IOANNIS OSORII SOCIETATIS IESV,

Tomus Quintus.

CONCIONVM,

A Dominica prima Aduentus, vſque ad Paſca Reſurre-
ctionis, cum omnibus ferijs Quadrageſimalibus.

AD CLARISSIMVM PRÆSVLEM
Doctorem D. Franciſcum Reynoſum.

CVM INDICE LOCORVM SACRAE
Scripturæ, & rerum memorabilium.



VENETIIS, MDCIIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

CLARISSIMO PRAESVLI, DOCTORI

D. Francisco de Reinoso, Pij V. Pont. Max. intimo olim Cubiculario, &c.

Ioannes Osorio è Societate Iesu. S. P. D.

CVM de edendo altero mearum Concionum libro cogitarem (præsul amplissime) tum bono ipsum nomine in vulgus exiturus speraui, si fautorem, & patronum nactus esset eiusmodi, qui eum studio legere, iudicio probare, authoritate illustrare, virtute tueri facile posset, quæ vt alijs non desint, tibi tamen suppetunt omnia cumulatè. Quis enim vspiam nostræ Societatis amantior? quis acrior ad defendendum, procliuior ad iuuandum, potentior ad augendum? vt cætera taceam tui in nos siuè amoris, siue studij, siue liberalitatis officia, partim publica; partim occulta: quæ eo pluris Societas æstimat, quo tu minoris. Etenim beneficia perinde sunt, ac dantur, vt enim tribuentis oratione & superbia fiunt leuiora, sic etiam eiusdem hilaritate ac modestia maiora, ingens enim beneficij cumulus est, & haud scio an etiam maior, quam ipsum donum non augere verbis, quod datur, sed vltro ingenueque largiri, tanquam qui donat, non tanquam qui numerat (vt ait Seneca) ne qui dedit vendidisse, qui accepit emisse beneficium videatur. Tanti seruitutem non emo, dicebat Græcinus Iulius, cùm à Per-

fico primum, deinde à Ribilio insolentibus hominibus afficeretur muneribus, neque illis debere me patiar, qui plus exigunt, quam tribuant, & verè; namque vendenti pretium, largienti gratia iure debetur, ei verò qui sic tribuit, cum neutrum debeatur, virumque soluitur: plus igitur exigit, quam dedit qui bis exigit vnum, maioremque petit mercedem, quam ipsum benefactum æstimetur. Salutem cuidam in triumuirali proscriptione Cæsaris amicus impetrauerat, amice hoc factum videbatur, verum numerauit in beneficio, qui fecit, at in maleficio, qui recepit; nam cum quotidianam benefacti commemorationem ferre non posset exclamat aliquando, trade me inquit Cæsari, malo enim ab inimico mortem, quam ab amico sic vitam accipere. Est itaque beneficij pars, & vt dixi, fortasse maxima silendo benefacere, & benefaciendo silere, vt & qui accipit non solum debeat beneficium, sed & etiam beneficij modum, & pater cœlestis qui videt in abscondito, & intimos animi sensus sine verbis intelligit, reddat cumulate mercedem. Societas igitur cum plurimis, & prope innumerabilibus tuis in nos meritis se sentiat obstrictam, & pluribus etiam obstringendam pro tua benignitate confidat, hoc nimirum vnum in te admiratur, & suspicit, quod ita facis omnia, quasi nihil facias, ita largiris beneficium quasi persolu as officium, ita demum es liberalis, vt semper tibi parcior fuisse, videaris Quibus rebus assequeris, vt cum sis omnibus gratus, facias tamen nos omnes ingratos. Quis enim tantam tuorum erga nos beneficiorum magnitudinem non dicam referendæ, sed ne cogitandæ quidem gratiæ consequi possit? refert tamen ille, qui potest, & cuius tu gratia facis, & referet quidem centuplum, idem enim qui factus est pro pauperibus sponsor, pro eisdem factus est debitor, qui recipit, inquit vos, me recipit, videlicet vt quod reciperet seruus persolueret Dominus, at quam mercedem? qui recipit, inquio, prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Expendamus, hæc prophetæ primum dixit, idest verbum diuinum explicantis, deinde non merce-

dem

dem à propheta, sed mercedem prophetæ, at quid sibi volunt hæc verba, mercedem prophetæ accipiet, nunc hoc significatur benemeritum de propheta æque magnam præmij partem consecuturum esse, atque ipsum prophetam? respondeat non meum, sed aureum illud Joannis os hunc ipsum locum explanantis, qui prophetam inquit recipit, sic fit eius particeps præmij, vt fit particeps operis, sic consors mercedis, vt consors meriti, sic socius triumphi, vt socius victoriæ. Etenim prophetiam quodammodo exercet, qui prophetam sustentat, & qui concionatori suppeditat victum, cõcioni suppeditat verbum vitæ, qui enim proficeret oratio, si deficeret orator? aut qua ratione doctrina traderetur, si doctor non aleretur? socius igitur est ministerij, qui aiutor est ministri, ac proinde iure metit cum illo, qui sementem fecit cum illo. Hoc itaque interest, inter eum, qui alit alios, & eum, qui alit prophetas, idest, bene viuendi magistros, quod ille fructum tantummodo capit officij sui, & quidem vberrimum, vt est opus nobilissimum, sed vt dixi tantum officij sui, at hic etiam alieni, quippe non solum vni bene facit, sed etiam omnibus, quibus is benefecerit. Qui igitur tot verbi Dei disseminatores, tot doctrinæ sacræ magistro, tot pacis compositores, tot vitiorum extirpationes, tot virtutum satores, tot sacrorum ministros, qui partim domi tamquã in castris suum quisque locum tenentes, partim foris tamquam egregijs excusores rem Christianam pro impertita à Deo facultate procurant, alit, adiuuat, auget, qua spe esse debet? quo animo? qua lætitia? qui cum docente, docet, cum concionante, concionatur, cum exhortante, exhortatur, cum pacificante, pacificat, cum catechizante, cathechizat: operatur porro in singulis, & singuli operantur in eo, alter ex superiori loco verba facit, alter ex inferiori, & is in vtroque, hic solum dirimit inimicitias, hic solum morientes aiuuat: at vero is in singulis singula, & in omnibus omnia peragit. Gaude igitur tantarum rerum adiutor, atque autor, etiam atque etiam, in Domino gaude, & in vno quoque eorum, qui in hac Christi vinea laborant, temetip-

ſum intuere, nam cum aliquem ex his populo diuina myſteria tràden tem cernis, vox illa tua eſt, cum alium egrotis animis medentem, medicina tua eſt, tum alium in finitimos pagos animarum cauſa excurrentem, excurſiones ſunt tuæ, cum alium denique inferorum, prædas expugnantem, victoria tua dicenda eſt, quod ſi tot tantaque minime huius ſocietatis opera genere ipſo pulcherrima, claritate eximia, vtilitate ſingularia, iure tibi aſcribuntur, quid mirum ſi ego minimus eiuſdem ſocietatis filius, hoc meum opus quantulum cumq; eſt, tuo nomini inſcriptum velim emittere? præſertim cum præter eam communem voluntatem, qua cæteros omnes vniuersè complecteris, me præcipuo quodam, & ſingulari ſtudiò, atque amore dilexeris, vt facilè mihi promittam placiturum munuſculum, cui ſic placuerit Author, teque non moleſtè lecturum ſcripta, qui libenter olim pro tua benignitate audieris ſcriptorem. Porrò magni ad operis commendationem intereſſe putaui, ſi vnum haberem iudicem, æquum grauem, eruditum, qui tot (vt in tanta multitudine,) eſſem habiturus iniquos, leues, imperitos, quibus, quo minor eſt ad iudicandum prudentia, & doctrina, eò impudentior ad reprehendendum audacia. Deinde, qui tandem mihi iure ſuccenſeat, ſi communi traherer ſcribentium cupiditate, & conſuetudine, atque (vt opinor) honeſta labores ſuos principibus, & clariſſimis hominibus offerendi, quo vel tutius ſub eorum nomine diuulgentur, vel plauſibilibus accipiãtur, quis inquam me iure reprehendat, ſi hanc quoque ſplendoris tui, & dignitatis cauſam ad cæteras etiam adiungerem. Verum hoc non tam libenter, quam neceſſario aiijs relinquo, ne ſi multum (quamquam quod multum eſſe poteſt in tanta claritate tuorum?) tamen ſi aliquid dixero, ne religioſæ modeſtiæ ſi parum dignitatis ſtirpis tuæ defuiſſe videamur, laudent igitur a'ij Reyouſorum, ſeu Autilliorum antiquiſſimam & clariſſimam familiam à priſcis uſq; temporibus origine repetita, & iam inde à Comite Domine Roderico Ciſnerio nobiliſſimo, ac fortiſſimo illius ætatis homine tuorum ſeriẽ

ordine

ordine ducant? Addant in prælio Nauarrum vt uocant Tolosę eum, qui in acie vexillum primus iuuexit, quiq; crucem primus in in cælo vidit fuiße, è Reinosis, ob eamque rem & crucis triumphum in Hispania celebratum, & eiusdem crucis signum tuorum stemmatum insignibus additum fuiße. Adiungant tantum fuisse tuorum splendorem, tantamque prę stantiam, vt Berenguellam Reginam Alfonsi IX. filiam, ab Henrico fratre potentissimo Rege propter intestina hodia vexatam, suis Autilli menibus receptã tueri potuerint, & eius filium Ferdinandum, quem sanctum appellant, & qui Hispalim postea, & cordubam expugnauit, in regni sede collocare. Ego enim pluris facio probitatem, pietatem, & modestiam tuam, neque tam laudo quod tantam gloriam maiorum tuorum uirtutib. partem acceperis, quam quod acceptam auxeris tuis. Maiores tu sic opibus, & regum gratia floruerunt, vt nunquam ab eorum latere penè discenderent, tu vero sic Pio Quinto Pontifici Maximo familiaris factus es, vt nihil in grauissimis totius ecclesiæ causis, aut sine consilio tuo decerent, aut sine tuo ministerio conficeret, vt neque sine te ocium, neque sine te negocium caperet: tecum laboraret, tecum domi, tecum foris, tecum intra, tecum extra cerneretur. Quod si tanta sanctitate vir ille fuit, quantum omnes prædicant, & semper predicabunt, qua innocentia, qua virtute, qua prudentia eße oportuit qui sic se illi probauit, qui nihil nisi bonum probabat. Iam vt te in Cardinalium numerum creatione proxima sequenti vellet asciscere, vt plane voluit, nisi mors ipsa præuertisset, quæ alia causa fuit, nisi tuæ industria, & virtutis opinio? cum indignum putaret, ut uel tua virtus illo clarissimo ordine, uel ille clarissimus ordo, tua virtute careret. Adde quod maiores tui sic Regum vt sint gratia, vt quod honestum est, ornarent suos, tu vero sic te gessisti in illa fortunæ altitudine, vt quod vt pulcherrimum est, ornares etiam alienos. Conuertamus enim oculos ad ea, quæ habes, & adeo, quæ largitus es, haud sciemus, an, sint plura, quæ dederis, quam sint ea, quæ accepe-

ris.

ris. Quotus enim quisque est in singulis Ecclesiis, quin prædicet se tibi deuinctum memoria beneficiorum sempiterna, sed finis iam sit, ne tua modestia moleste ferat, quæ oratio nostra libenter efferret, illud tantum adscribo, quod cum prælati, & regni magnates antiqua Castellæ ritu priuilegia à regibus irrogata confirmarent, & secundum ipsos reges subscriberent, etiam subscribebant Reynosi maiores tui, vt extant hodie cum multa plurimis Hispaniæ locis, tum maximè duo Fusillis per antiqua priuilegia amplius quadringentorum annorum, id quod apertissimum argumentum est, è numero procerum, Hispaniæ fuisse Reynosos. Quod igitur nomen alij honori ducebant olim suis tabulis suscribi, illud idem ego nunc meis libris inscribi, si tu mihi, Reynose clarissime dederis hanc veniam, iure meo postulo.

Ad Lectorem.

ETsi Conciones de tempore à prima Dominica Aduentus, vſque ad Reſurrectionis Paſca, primo noſtrorum operum tomo complexi ſumus, ob materiæ tamen magnitudinem, frequentioremque vſum, eadem de re quintum iam volumen, diuerſis tamen Concionibus in medium proferimus, atque vt eorum commodis conſulamus, qui tota Quadrageſima concionari ſolent, nullam eius feriam, quod primo tomo deeſſe videbatur, prætermiſsimus, valeque Deo Opt. Max. commenda.

TABVLA CONCIONVM, QVAE HOC

Quinto Tomo continentur.

feria

F I N I S.

AD LECTOREM.

SOLENT hoc tempore loci sacræ paginæ, qui in aliquo opere exponuntur, in breuem indicem conijci, quo facile inueniantur. Quam consuetudinem nos etiam sequemur. Verum quoniam interdum huiusmodi locorum duntaxat germanus sensus tangitur, interdum uero longa, & rationibus, alijsque scripturæ locis contexta amplificatio subnectitur, quæ maxime, ab ijs, qui concionandi munus obeunt expeti solet, ideo hic utrumque index conficietur. Quare lectorem monitum uellem, ne oculos in solis locis qui citantur in indice figat, sed ea etiam, quæ locis sæpe præmittuntur legendo percurrat, ex quibus locorum fusiorem explicationem petere possit.

INDEX AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE.

Quæ sparsim in hoc opere explicantur ab authore, secundum ordinem veteris, ac noui Testamenti.

EX GENESI.

EX EXODO.

Sum

EX IOB.

EX PSALTERIO.

Seruite

106 *Misit*

EX PROVERBIIS.

EX LIBRO ECCLESIASTÆ

EX CANTICIS.

Ego

Seruire

EX THRENIS

EX BARVC.

Multo

6 Hæc

EX MARCO.

EX LVCA.

Illa

10 Mihi

EX II. AD CORINTHIOS.

EX EPISTOLA AD GALATHAS.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Si ergo

EX EPISTOLA II. PETRI.

EX EPISTOLA I. IOANNIS.

EX EPISTOLA II. IOANNIS.

EX IVDAE EPISTOLA

EX APOCALIPSI.

FINIS.

INDEX REGVM,
QVAE IN HOC OPERE EXPLICANTVR.

Numerus indicat paginam, littera, cum apponitur locum paginæ.

A

B

C

D

Deus

peccato-

Q

R

S

T

Detran.

FINIS.

A DOMINICA PRIMA A

ADVENTVS.

Thema. Erunt signa. Luc. 21.

Augu. CVM sæpenumero D. Augustinus de supremo illo die concionem faceret auditoribus hodierna die excusationem rei huius afferens, ab eis petit, nec molestè ferant longum de eadem re sermonem frequenter audire, iram. n. præpotentis Dei in se ipsum excitaturum esse dicebat, nisi hãc materiam sæpe, ac frequenter eis in concionib. proponeret. At uero mirum non
B est hoc consilium ab August. susceptum esse, cum ipse humani generis seruator sæpissimè de eadem materia sermonem apud suos discipulos, ac sectatores habuerit, ut clarè cõstat in hodierna Euangelij historia, in parabola de uirginibus de sagena, de Rege petente rõnẽ, de dño veniente a nuptiis, de vinea, plurimisq; alijs sacri Euangelij locis. Neque mireẽ aliquis, toties de eadem re sermonem a Christo dño institutum fuisse, ea. n. ab æterno Patre precipue sibi commissa est ad enunciandũ, ut ipsemet testatur, affe
Luc. 4. rens illud Esaiæ vaticinium: Spũs Dñi super me, eo quod unxerit me ut prædi-
Esa. 65 catem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. Ne uero huius diei obliuio, aut ignorantia teneret aliquem, illam prędicauit. Adamus teste Iosepho, & Enoc, Beato Iuda in sua ca-
C nonica ita asserente Prophetauit aũt de
Iudæ. his septimus ab Adam Enoc: Ecce venit dñs cum sanctis millibus suis, reddere vnicuiq; scdm opera sua. Prædixerunt: huiusmodi diem oẽs Prophetæ, prænunciaueruntque Sybillæ, ex quib. Eritrea fuit, cuius de hac die vaticinatio scripta erat in Capitolio, quo hoies cuiuscunq; prouinciæ Romã adeuntes eam perlegerent. Eundem ẽt diem magnus ille Mercurius cognomento Trimegistus enunciauit Aegyptiis omnib. vero totius terrarũ orbis hominib. Apostoli, sacrique doctores prædicarunt. Ne uero inanis sit prædicatio nostra, gratia nobis opus est, qua a Deo opt. max. sanctiss. uirginis interuentu suppliciter imploremus.

Disputat D. Aug. lib. 2. de ciuit. Dei, qua rõne immortalis Deus aliqua mala Augu.
in hac uita impunita esse patiatur. Eius tñ īnsio ita se habet. Duæ inquit, ueritates mũdo ostendendæ erãt, prima, ĩ Deo esse prouidentia, scda uero, esse sęculum alterũ, quo pgimus, in quo immortalis B
vita, quæ immutabili æternitate cõtinetur, degenda est. Vt aũt hoĩes cognoscãt in Deo esse prouidentiã, qua Deus natura parens humana oĩa, diuinaq; moderatur, magnis quidẽ præmijs, ac donis ipse Deus virtutis amatores cumulat, quo suam in eos prouidentiã declarat, vt rectè regius ille uates ostendit, cũ ait, & dicet homo, si utiq; est fructus iusto, vtiq; est Deus iudicans eos in terra. Aliquãdo ẽt eadẽ de cã supplicijs, atq; incõmodis improbos, & pditos afficit, ut idẽ pphe-
ta testatur, vultus aũt Dñi super facientes mala, ut pdat de terra memoriã eorũ. Ps. 57.
At difficile aliã uitã futuram esse, dicere
mus, si in hac semper bona bonis, mala Ps. 33.
malis euenirent, manifestũ uerò est, alterũ fore uitã, cũ in hac multa bona præmio careat, plurima item mala nulla pę-
na, nullove supplicio plectantur. Vt er- C
go futurum aliud sæculum Deus optimus ostenderet, multa iustorum opera nullo præmio ĩ hac uita remunerat, plura ẽt peccata silẽtio dissimulat, & consulto impunita esse concedit. Ex hac vero sapientissimi Dei dissimulatione inepte qdẽ inferũt flagitiosi, nullo pacto homines in iudiciũ esse uenturos, neq; seuerissimũ illud Dei tribunal adituros, dicentes (vt scribit Apostolorum princeps Petrus) vbi est pmisso, aut aduẽtus eius? ex quo. n patres dormierunt, omnia si perseuerant ab initio creaturæ. Non tardat

A Dñs promiſſionẽ ſuã, ſicut quidã exiſti-
mãt, ſed patiẽter agit pp vos, nolens ali-
quos perire, ſed oẽs ad pñiam reuerti.
Mal. 3. Veniet aũt iudicis dies, q eos ab errore
hoc abducet. Qua de re optimè Mala-
chias. Inualuerũt ſuper me verba ueſtra
dicit Dñs, & dixiſtis, quid locuti ſumus
cõtra te? dixiſtis, vanus eſt, q ſeruit Deo
& ꝙ emolumentum, quia cuſtodiuimus
pcepta eius, & quia ambulauimus triſtes
corã Dño exercituum? Ergo nunc bea-
tos dicimus arrogantes, ſi qdem ędifica
ti ſunt facientes impietates. Conuertimi
ni, & videbitis, quid ſit inter iuſtum, &
impium, inter ſeruientem Deo, & non
ſeruientẽ ei. Ecce. n. dies venit ſuccenſa
quaſi caminus, & erunt oẽs ſuperbi, &
B oẽs facientes impietatem ſtipula, & in-
flammabit eos dies veniens, q̃ nõ relin-
quet eis radicẽ, & germen. Et orietur vo
bis timentibus nomen meũ ſol iuſtitiæ,
egrediemini, & ſalietis ſicut vitulus d ar
mento, & calcabitis impios. Conſiderãt
nũc flagitioſi ſe in altiſſimo dignitatis
gradu collocatos eſſe, ab oĩb. ſuſcipi, ne-
que aliquo uitæ, aut corporis detrimen-
to vexari, ideoq; ſpe, atq; aĩs inflati, ſe ip
ſos gloria, & pdicatione efferunt ꝙ ele-
ganter deſcripſit propheta regius: In la-
bore hoĩum non ſunt. & cum hoĩb. non
flagellabunť, iõ tenuit eos ſuperbia, &
obliti ſunt diuini iudicij, non reuerentur
Deum, non eſt Deus in conſpũ eius, in-
quinatæ ſunt uiæ illius in oĩ tpe, auferun
tur iudicia tua a facie eius, quid eſt, aufe
Pſ. 72. runtur iudicia tua a facie eius? Certè, pu
Pſal. 5. tat, non futurum iudicium. Sed certiſſi-
C mum eſt illud futurum eſſe, non igitur
dubitandũ eſt ad Dei iudiciũ oẽs hoĩes
ad futuros, cum hoc Xpi dñi verbis cõ-
firmatũ ſit, qui hmõi veritatem grauiſſi
mo hoc teſtimonio aſſeruit. (Cęlum, &
terra tranſibunt, uerba aũt mea non trã
ſibunt. In hoc ergo iudicio bona oĩa re-
muneranda ſunt, mala uerò punienda.
Pugnauerant Ephratæi cõtra Iephte, (ſa
cra Iudicium hiſtoria referente) & illis
deuictis, vnuseis aditus ſupererat, quo ĩ
terrã Ephram uenirẽt, uada, ſ. Iordanis.
Iud. 12 Conſtituit ibi Iephte Galaaditas, cũque
eo deueniret hõ, vt uada ſuperaret, dice-
batei Galaadita, dic ſchibolet, ꝙ inter- A
pretatur ſpica, Ephratæi aũt exprimere
non poterãt uocem illam Schibolet, ſed
dicebant. Sebolet, & hac rõne Ephratę⁹
eſſe dignoſcebatur, ac uita illico priua-
batur. Pergant Ephratæi (.i. abundantes,
ipſi abundantes in ſęculo, obtinuerunt
diuitas) quã maluerint, eã uiuendi uiã in-
grediantur, quã pro libito uelint, ut in al
terũ ſæculum emigrent, deueniendũ eſt
illis neceſſario ad uada Iordanis, qui ſi-
gnificat fluuium iudicij, ibi periculũ fa-
ciendũ eſt de oĩb. fęlices tñ, ac beati illi,
qui pronunciare norunt uerbũ hoc Schi
bolet, i. ſpica, fęlices, q eũtes ibant, & fle-
bant, mittentes ſemina ſua, quia uenien
tes veniet cũ exultatione, portantes ma- B
nipulos ſpicarũ. Tũc quidẽ interrogãdi
ſunt an eſurientẽ pauerint, ſitienti accur
rerint, egenorũ inopiã ſubleuarint, & c. Pſ. 125
Huiuſmodi uero pietatis opera ſi qs ne
glexerit, damnationi, æterniſq; ſuppli-
cijs addiceť. Nouiſſimũ hunc d.ẽ deſcri-
bit nobis diuinus diuinæ legis ſcriptor
Lucas, cum in hodierno Euãgelio inqt.

(Erunt ſigna.) Neq; vero loquiť Euan
geliſta de ſignis illis, q̃ frequẽter a nobis
ſine aliqua admiratione conſpiciunť, ut
eclypſes, bella, fames, peſtes, & alia hu-
iuſmodi, q̃ ab ipſo vniuerſi exordio oĩ-
bus nota ſunt, ſed erunt tunc alia ſigna
horribilia ſanè, adeoq; metuenda, ut p
eorum timore hoĩes areſcant, ſtupeãt, ac
exanimati concidãt. Quemadmodum. Simile
.n. æger q̃ primũ in grauem aliquẽ mor
bum incidit, appropinquantis mortis ſi-
gna præ ſe fert, ac cñ eius oculi offendun
tur caligine, pectus rauco quodã ſonitu C
turget, atq; effertur, & arteriarũ pulſus
deficiunt, tunc de eius uita penitus deſpe
ratur, & illum iam vita functum eſſe sẽ-
ſemus, ſic mundus, qui graui, & mortife
ro peccati morbo oppreſſus decubuit,
multis quidem ærumnis, ac laborib. ue-
xatus eſt, quib. mors futura ſignãbatur,
ſed iam prope illius interitum erũt alia
maiora ſigna, q̃ clarius proximam mor-
tem enũciabũt, cum duo illa clariſſima
mundi lumina, ſol nimirum, ac luna ob
ſcurentur, & ingẽs maris pectus tumẽs,
ac feruẽs uehemẽtiſſimũ ſonitum edat,
ac

A ac tādē pulsus, motu sq; cęlorū deficiant, Primum signū, quo mūdum ita fruit, co-
Gen. 1. gnouimus, lux q̄dē fuit, fiat lux, q̄ rerum oīum uita, decus, & ornamentū fuit: primū itē signum, ꝙ mortē mūdo ꝓximā esse oñdet, eiusdem lucis priuatio erit, quia solis, lunæq; splēdor, ac lumē auferetur, vt, n. sacer ille Ioānes vaticinatus est, sol
Apo. 6. fiet niger tanq̄ saccus, cilicinus, & luna tota sicut sanguis. Et sicut sol tenebris op pletus Xp̄i dn̄i mortē lamentatus est, ita ēt tūc hoīs interitū luctu, ac caligine deplorabit. Sed mirū ꝑfecto est, solē obscu rari, & cū sensus expers sit oīno, sensib. hac in re vti uideat̄. Dr̄ tn̄ sentire iuxta eam figuram, q̄ rhetorici prosopopeiam
B uocant, qua ēt usus est Psalmista cū ait:
Ps. 113 montes exultauerunt a facie domini, sic
Esa. 24 & Esaias, ait, tunc erubescet luna, & con fundetur sol, o detestādā hoīs duritiem, atq. imma nitatem? sol erubescit, & luna rubore suffunditur, cū Deū pc̄tis, ac scelerib. offensum intuet̄, hō uero nō erube scet, neq aliquo mærore huius rei causa
Gen. 3. afficiet? Irrisit olim filius Noe prēm suū nudū, quem reliqui, quo ad eius fieri potuit, contexerunt, sic ēt cæli, & elementa quasi cooperiuntur, & offenduntur tenebris, ne videant offensā, q̄ hoīes in Deū
Ps. 113. rerum oīum parentem conferunt. Quærit uates sanctissimus. Quid est tibi mare, ꝙ fugisti. & tu Iordanis, qa cōuersus es retrorsū? interrogemus, & nos solē & lunam, quid est tibi sol ꝙ suffusus obscu
C raris, quid tibi luna, ꝙ sanguineo rubore erubescis? Rn̄det Esaias, erubescet luna & confundetur sol. At qua de cā? sane pp
Iosu. 10. pc̄tā ab hoīe diu noctuque commissa. Sistit sol Iosue 10. dum ille Dei inimicos insequitur, gaudet. n. vehementer, lætat̄ sol si cum immortalis Dei hostibus bellum geras, eosq; odio, atq. armis ꝑsequa ris, si flagitia detesteris, & effrenatas ani mi passiones coerceas, præsto erit tibi hu iusmodi negotij dedito, & si opus fuerit, diem q̄ longissimè ꝓtraher, erubescit tn̄ grauiterq; tristatur, ac suo se lumine priuat, cum te pc̄tā in Deum optimū cōmit tentem cernit. Retrocedit libenter decē lineis in horologio Achaz, eo quod Ezechias honestam uitæ ōronem initet, & viam Deo gra tam ingrederetur, decem A que Dei ꝑcepta obseruaret, sed rubore q
dem suffusus dolet, te decem lineis retro
cedere, nullum Dei ꝑceptum nō uiolans 4. Reg. 20.
Erubescit in acerbissima Xp̄i dn̄i nece, & nudum eius corpus sua cōtegit obscu ritate, sed confunditur adhuc, eo ꝙ post Xp̄i in terras aduentū, eiusq; mortē, eum tu iterū tuis flagitiis, ac scelerib. crucifigis. Audias tn̄ obsecro rem valde ꝑtimescēdā. (Arescētib. hoīb. præ timore.) Vsq; ad nouissimum illum, de quo loquimur diē, in oī ꝑpotentis Dei ira, diuina micat clementia, & ut ita loquar, super aquam iræ, oleum diuinæ mīæ sup natat. Econtra verò in illa die quasi submerget̄ mīa, & Dei ira, atq; iustitia mirum in modū splendescet, atque idcirco illa dies, dies B
iræ merito nominatur. Cōsummatio ab Esa. 10
breuiata, inquit Esai. inundabit iustitiā. Quo loco sermo est de Xp̄i dn̄i morte, in Dei iustitia, ac uindicta quodāmō latet, & diuina duntaxat splendet mīa in hoīes, cum breui Chr̄i morte deleta peccata sunt, & iustitia quasi consumpta, & absorpta. Et uero in nouissimo illo tēpore adeo sūmi Dei iustitia patebit. in ipsā Dei mīam inundare uideatur, qua pp arescent hoīes præ timore, illudque Dauidis vaticinium uerum esse ostendetur, ꝙ sic se habet. Cognoscetur dominus iudicia faciens. Non agnouisti Deum clemē tem, ac misericordem, agnosces sanè iu-
dicantem, & ulciscentem, & quemad- Psal. 9.
modum homines ita perciti, minas iacta re solēt in hunc modum faciam quidem C
me a te dignosci, sic etiam minat̄ Deus in præsenti, tu me cognosces iudicia facientem, qui non agnouisti, nedum suspexisti mī impręstantem. Quamobrem pręclare Euangelicus propheta: Ingredere inquit in petra, abscōdere in fossa humo a facie timoris dn̄i, & a gloria maiestatis eius, in die illa incuruabitur altitudo uirorum, & sublimitas hominum, & eleuabitur dominus solus in die illa, & introibunt in speluncas petrarum, & in uoragines terræ a facie furoris domini, & exaltabitur maiestas dn̄i, cum surrexerit percutere terram. Hanc etiam illius die formidinem sacra regum historia de

A scribit dñm, ait formidabunt aduersarij
1.Re.2 eius, & super ipsos in cælos tonabit Iere
mias item. Ecce turbo dñi, furor egredi-
Ier.30. ens, procella ruens, in capite impiorum
conquiescet. Non irruet tempestas hæc in capita iustorum, quibus dr. (Leuate capita uestra, qm̃ appropinquat redemptio uestra.) Tantæ uero hæsitationis, ac formidinis causam illico Christus dominus adiunxit, cum ait.

(Virtutes cælorum mouebuntur.) Angelus assistit cuique orbi cælorum illum ordinato quodam motu ciens, ac moués, tunc verò angelica motione cessante, ipsi cælestes orbes a priori impetu agitati si ne vllo ordine mouebuntur, sicut quęuis rota hinc inde inordinate mouebitur, si
B ordinatus motoris impulsus intermittatur. Et hoc sibi uult Apostolorum princeps, cum ait: cęli magno impetu tráfient, .i. inordinatè, cientes ex quo fit, ut inferiora ẽt, q̃ teste Arist. a superiorib. reguntur ac gubernantur, absque ullo prorsus ordine moueantur. Virtutes ergo moueri, nihil aliud est, q̃ Angelos motores, cælorumque influentias cessare. Idem prædi-
Esa.13. xerat Esaias, super hoc inquit cęlum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, pp indignationem dñi exercituum, & pp irá furoris eius. Super hoc, i. pp hominũ flagitia, turbabo, ac funditus euertam oĩa. Ex quo facile homo perspiciet, quam sit
C ipse turbatus, & deordinatus; cum suæ turbationis cã omnia turbentur. Aptè q-dem deordinatio peccati totius uniuersi deordinatione punitur; in circuitu impij ambulant, sicut Deus immortalis pone
Psa.11. illos ut rotam, ut Psal. ait, & ut B. Greg.
Psa.82 asserit, qui in cunctis delinquimus, in cũ
Grego. ctis ferimur.

At hęc omnia quid ad me, inquies, qui huiusmoi diem non sum uisurus? Nescis sa-
Augus. nè, inquit D. Augu. si videbis, an non q a de die lla nemo scit. Sic demus hoc ita esse, ait Augu. quisque diem hunc necessario uidebit, cum ei mori aduenerit. tunc rationem es redditurus usque ad ultimũ quadrantem, & prædicta signa erunt, sol enim obscurabitur tibi oculi caligabunt & uirtutes membrorum commouebuntur, tunc si peccati maculas non deleueris, aresces prẽ timore, tunc æquissimũ Dei A.
tribunal adibis, & sententia, quæ in priuato illo iudicio prolata fuerit, in genera
li mutari non poterit, cito ergo videbis De.32.
iudicium tuum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

(Tunc uidebunt filiũ hoĩs) .i. veniet
tanta cum maiestate, inquit Remigius, Rem.
ut ab hoib. Deus agnoscatur, neque opinionum dissensione discrepabunt hoĩes,
quem dicant esse hunc filium, hoĩs, si Ba Ma.16
ptistã, Eliam, vel Hieremiã, iã nõ ẽ Deus absconditus, ut in primo aduentu, sed Deus nr̃ manifeste veniet, Deus noster, & non silebit, iam nõ solum notus in Iudęa, sed uidebit oĩs caro salutare Dei. Neque.n. veniet dissimulanter, & obscure,
alienam psonã simulans, seu detectus, & Psa.94
vniuersa curia cælesti circundatus, insi- B
dens nubibus tanq̃ earum dñs, & diuinis mentib. honorificentissime stipatus, & qui in primo aduentu uermis habitus fuit, nõ hõ, & qua si uermis conculcatus & pro tritus, factus opprobrium hoium & abiectio plebis, perditissimo Barrabæ
post habitus, & ab oĩb. ignominiose de- Psa.21
spectus, nunc supremus omnium iudex, ac dñs existens, singulari ueneratione ab oĩbus colatur. Nõ n. cõsentaneum est, maximeque decet, vt Christo Dño gloria deferatur, & angelico concentu, tubaque resonante cælesti, atque vniuersa cælestium curia comitante, in omnium ho-
minum Angelorumq; conspectu, honos C
illi restituat, & cognoscant cuncti, quis, & qualis sit hic hõ, & qui paruifactus est & quid magno apud omnes in dedecore fuit, quia æterni sui patris gloriam augere, ac propagare curauit, ut ipsemet fatetur: Ego, inquit, honorifico patrẽ meum, & uos inhonorastis me, modo iudicet mundum uniuersum, ut omnes honorificent eum, sicut honorificant patrem, iõ Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.

At quanto suffundẽtur rubore flagitiosi hoĩes in huiusmodi spectaculo constituti, cum eum Deum, ac iudicem esse agnoscant, quem dum huius lucis usura fruerentur, nulla sunt ratione reueriti, sed nihili eum ducentes, eius leges im
pru-

A prudenter uiolarunt. Diuinitus prędixit hoc Esaias, cũ ait. Ad eũ ueniẽt, & confundent oẽs, q̃ repugnãt ei. Prodeas nũc in mediũ, iniquissime Caipha, & intuere hoiem hunc, quẽ impudẽtissimo tuo ore blasphemũ esse dixisti, cũ tibi eximia animi, & corporis lenitate, ac mansuetudine respõdit, se uenturum esse in nubibus cęli, & aiaduerte, q̃ uera tibi enũciauerit, ac prædixerit. Conspice, superbissime Herodes, & agnosce illum, quẽ illudens, ad dementẽ reputans ueste, quadã ignominiosa induisti, summa, ac diuina sapientia esse præditũ. Coniice oculos, iniustissime, & crudelissime Pilate, in eũ, quẽ oium oculis contumeliose inspiciendũ proposuisti, quẽ flagellis cęsum, spinatum corona redimitum in crucẽ deniq; agendũ immanissimis tortoribus tradisti. Ecce nob.s perditissimi Iudæi, quẽ negastis esse regẽ uestrũ, perpendite nũc quæso an rex sit oium. Et certè quemadmodum Moyses, cui dixit Israelita, quis te constituit iudicem inter nos (ut sacræ literæ testantur) a Deo Israelitarũ iudex constitutus est, sic Chrs dñs, quem regẽ uestrum esse negastis, rex uester est. Veniant deniq; oẽs scelerati, ac perditi homines, & conueantur eum, de quo dixerunt, nolumus hunc regnare super nos regnum iam, imperiumq; tenentem, uenit enim regia potestate recepta.

Esa. 41

B

Act. 7.

Luc. 19

At egredimini uos et filiæ Sion, & uidete regem uestrum coronatum. Reuiuj scite, ac uenite o ...usti, & uidete hominẽ quem p̃ oib. dilexistis in quo uno spem omnem positã habuistis, cuius uerbis tribuistis fidem, cuius cã ieiuniis uigilijs, & uoluntaria corporis castigatione nos ipsos macerastis, pecunias in egenorum inopiam subleuandam impendistis, & honestis alijs, ac præclaris operib. diligentissime studuistis. Egredimini religiosi & uidete Chrm Iesum, cuius gra mundo renunciastis, & quem præ oib fluxis, ac perituris diuitijs, ac uoluptatib. miro quodam amore prosecuti estis hic est uerus Dñs, cuius uos ob equio ultro, ac spõte tradidistis. Ecce Germen dñi in magnificẽtia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio ijs, q̃ saluati fuerint.

C

Esai. 4.

Intuemini, obsecro, iudicẽ regem, ac dominum uestrum in summa gloria, amplitudine, ac maiestate constitutum, principes uero terræ misere deiectos. Hac decoratus maiestate ueniet humani generis iudex, ac redemptor Christus, cuius grauissimo, & uenustissimo aspectu incredibili lætitia iusti pfundent, improbi vero tristitia, mærore que sempiterno cõsumenf. Et tunc quidem lætissimis uocibus proclamabunt sci, ò nos fœlices, ac fortunatos, q̃ Deum sequuti, turpem, ac flagitiosam uitam reliquimus. damnati aũt summo quodã ai dolore tristissimisque fletib. ac lachrymis infœlicem, & miseram suam conditionem deplorabunt.

A

Clamabunt deinde sancti, & illã Apocalypsis uocem edent, uindictam, uindictam mete, qa uenit hora, ut metatur. Illud præterea Dauidis carnẽ usurpabũt, intende ad uisitandas oẽs gentes, nõ misearis oib. qui operanf iniquitatẽ. Qd si diuinus scriptor Ioannes uidens Apo. 1. hunc dñm cum gladio bis acuto in ore cecidt ad pedes eius quasi mortuus, quo tunc stupore impij homines formidabunt? Ecce nomen domini, inquit Esai. uenit de longinquo ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans, spiritus eius uelut torrẽs inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum.

Apo. 14

B

Ps. 58.

Apoc. 1

Esa. 30

Tunc ergo uidebunt oẽs filium hoĩs, sed illud. Tunc expendẽdum nobis est, illeque aspectus inspiciendus. Ac primũ est nunc, (ita loquar) & deinde est, tunc, nunc, quidem est hominis, tunc uero est Dei. Præterea, tunc, mia plenum est, pollicetur q; clementiam, tunc, autem iustitiam, & uindictam spectat. Nunc homo ab immortali Deo discedit, illumq; spõte sua deserit, sed tunc Deus . uertet se ab homine, qui quidem ægre, & magno sui animi dolore a summi Dei conspectu etiam inuitus distrahetur. Nunc denique homo, nulla habita in Deum obseruantia, operatur, tunc uero pra poẽs Deus nullis precib. flectetur, quin ab homine pęnas petat acerbiss.mus. Et certe hoc in illud tunc commutabitur, tunc

3

C

A mæstissimi interrogabunt Peccatores,
Rom.6 quē fructū habuimus in superiori nunc
in his,in qb.nunc erubescimus. At qua-
lis erit tunc seruatoris nr̃i aspectus? &
quis eo frui nō desiderabit? qs non vehe
menter appetet suis intueri oculis æter-
num ęterni pr̃is filium, humana forma
pp hoīes indutū? Quis illius nō amabit
aspectum,q̃ humani generis cā in crucē
actus,uitā, sanguinéq; profudit? Væ tn̄
uobis,flagitiosi hoīes,cōspicietis.n.illū,
sed adeo seuerum,ac rigidū,ut infera po
tius loca incolere,magis,q̃ illius uultum
intueri uelitis. Potentissimus Herodes
pertimescit illum adhuc puerum, & in
uili pſepio iacentem,qd fiet,cum ipsum
in suprema iudicis ptāte constitutum,&
B sn̄iam proferentē aspiciat? Cū templū in
greditur Iesus serui forma indutus, nū-
mulariorū mensas euertit, uendentesq;
& ementes grauiter flagellis cedit. Cum
ab æterno patre doctor, & magister in
monte illo Thabor declaratur,discipuli
eius præ tantæ maiestatis timore penè
de mortui cōcidunt,qd, rogo futurū est,
cū ipsemet tanq̃ supremus Angelorum,
hoīumq; iudex appareat? Imbecillus, &
sanguinis sudore pfusus in horto Geth-
semani unico duntaxat uerbo deiecit ho
stes in terram,quid iam faciet iudicatu-
rus,qui ista præstitit iudicandus.

Sed audiamus,si placet,quam ille pro
ferat sn̄iam.(*Ite maledicti.*) Cuius sn̄iæ
seueritatem, & magnitudinem, ut me-
lius expendamus,considerandum nobis
est tribunal illud, ubi ea sn̄ia profertur
quod quidem nihil aliud est quam nu-
C bes, ueniet.n. in nubibus cœli, & uero
nubes sunt quasi peristromata, & velū
diuinæ maiestatis,sub quibus Deus opti
mus maximus sæpe describitur, quia ut
Ps. 96. præcinit regius ille uates nubes. & cali-
Esai.6. go in circuitu eius,& tam apud Esaiam
Ex.13. q̃ in Exod.sub nube,& nebula immor-
talis Deus cōspicitur,& in hodierna E-
uangelij historia eundē in nubib.iudicā
tē audiuimus. Quemadmodū.n.nubes
incomprehensam illius magnitudinem,
infinitamq; maiestatem alijs sacræ scri-
pturæ locis repræsentat,ita in hoc immē
sam,& a nullo vnquam perceptam ipsi⁹

Dei iustitiam significat,q̃ tm̄ aduersum A
flagitiosos hoīes elucebit,quantum gra-
uitatis, & malitiæ ipsorum flagitia, &
pc̃tā habuerint,cum uero pc̃tō,& offen-
sa in Deum infinitā quādam malitiā con
tineat,infinita sane erit iustitia,q a uindi
ctam de illo sūmet infinitus Deus, atq;
adeo pęna puniet infinita,quocirca vtrū
que est incomprehensum, & quod perci
pi nulla rōne pōt. Atq; iccirco iudicium
fert Deus in nubibus collocatus. Verum
formidabilis hæc sn̄ia, & nullis unq̃uā
sęculis audita,qua ęternis pęnis,atq; cru
ciatu rei addicuntur,non nisi ab æterno
Deo infinitaque iustitia ferri poterat,ne
que illam alius,quā immensus ipse De⁹
executioni mandarent. Quis.n.pr̃ uel iu B
dex plurimis ēt offensus lacessitus uidēs
filium,uel rerum innumeris,& acerbis-
simis torqueri cruciatib. & in ardentem
fornacē cōiectū mille annorum spatio p
petuo exuri,quis inquam miseratione cō
motus huiōi pęnas semoueri, uel eas sal
tē magna ex parte leniri,non iuberet? so
lus inq̃ Deus,qppe qui infinite iustus,ē,
tā graui diuturnoq; supplicio improbo-
rū scelera puniēda esse iudicat,q̃ huma-
nū captū,& iustitiā superant,& iō ex nu
be profertur. Veniamus ergo ad sn̄iam
ab huiusmodi iudice iustissime latam.

Ite,)inquit,(*maledicti.*) Quam terribi
lis, ac pertimescenda sit damnatis hæc
Xpi dn̄i uox,in illis Apocalypsis uerbis Apoc. 1
aliquomō explicatur,uox illius,(scribit
Ioānes)tāq̃ uox aquarū multarū. Apud Eze. 1.
Ezechielē ēt dr̄. Quasi sonum aquarum
multarum, & quasi sonū sublimis Dei, Ps. 69.
.i.quasi maximū sonū,i sacra.n.scriptu- C
ra ea,q̃ Dei dr̄ır,maxima eē significant,
q(ut omittā plura alia testimonia)ex il-
lo Dauidis carmine clarè constat, vbi in 1.Re.2.
quit Propheta, & arbusta eius cedros
Dei,i.cedros altissimas,& eruditissimas
Ite,ecce uerbum,de quo, ego facio uer-
bum in Israel,q quicunque audierit,tin
niant ambę aures eius,discessistis,a me,
ego a uobis recedā, dereliquistis me, de-
relinquo vos,ite igit̃.discedite a me,Id quo
pget hō a Deo opt.abstractus, & diuul-
sus? ē ne ali⁹ De⁹,q eū excipiat? inueniet̃
ne ali⁹ Dn̄s,q̃ seruū a Deo abiectum re-
cipiat?

A cipiat? Maximũ ſanè malũ à Deo recede
re,q̃a eſt receſſus ab oĩ bono,& acceſſus
ad oẽ malũ. Ite,sũmã quandã pœnã ſigni
ficat,q̃ theologi uocant pœnã dãni, & in
priuatione diuinæ uiſionis dñt conſiſte
re. Quam ob rẽ merito in Ap. ſcribitur.
Ap.22. Beati,qui lauãt ſtolas ſuas,ut ſit poteſtas
eorum in ligno uitæ, & p portas intrent
in ciuitatẽ,foris canes,& venefici, & im
pudici,& homicidæ,& oĩs,qui amat, &
facit mendaciũ. Idẽ ſanè ſignificat,foris
canes,ac,ite,diſcedite. Inter grauiſſimaſ
que ſñias,quę ab hoĩb. proferũtur,ea cẽ
ſetur ſeueriſſima,in qua proſcribit reus,
neq. ab aliquo eius cã ſuſcipitur defendẽ
B da,ſed illũ committit iudex à quocunq;
interficiendum,& tunc hmói hõ proſcri
ptus dr. Hoc quidẽ ſibi vult, verbum il
lud. Ite,diſcedite, nullo pacto veſtram
defenſionem,propugnationẽve ſuſcipio
Gen.4. proſcripti eſtis. Hac de cã ualde timidus
aiebat Cain, ecce eijcis me hodie a facie
tua,oẽs ergo,qui inuenerit me, occidet
Thr.3. me. Quid igitur facies perdite,ac ſcelera
te hõ? quo ibis,cũ à sũmi, ac prępotentis
Dei cõſpectu eius, Dæmonib. torquen
dus,igniq. ſempiterno cõburendus tra
daris? Diuina mĩa hucuſque tui extitit
propugnaculum, iuxta illud Prophetæ.
Miæ dñi, quia non ſumus conſumpti,
hęc uero ſi te deſerat,omnia ſane in te v
num inſurgent,& aduerſus te arma,ui
Iere.16 resq. ſuſcipient. Exulabis profectò a pa
tria illa cæleſti. Non.n.uidebit,inquit Ie
remias,cum uenerit bonũ. Neq. intueri
poteris ciuitatem illam, de qua regius il
Pſ. 86. le uates loquitur in hunc modum. Glo
rioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Neque
ẽt faciem patris cęleſtis ulla unquam tpe
aſpicies,ideoque orabat Dñm ſanctiſſi
Pſ. 50. mus Propheta Dauid. Ne proijcias me
a facie tua. Quæ autem ſint huius ſenten
tiæ uerba,quæ ſequuntur audiamus.

Maledicti,inquit,cur ergo, Deus opti
me cũ eos a iucũdiſſimo tuo aſpectu abij
cias,non afficies aliquo ſolatio,bene po
Pſ.108 tius,q̃ male illis precando? Dilexit male
Ma.21 dictionem.ait Propheta,& ueniet ei, no
luit benedictionem, & elongabitur ab
eo,maledixit Dñs ficui,quę ſtatim aruit
neque aliquem unquam fructum reddi-
dit,ſic hõmi homines quibus Deus opti A
mus maledixerit, nullum opus æterno
Deo gratum,ac iucundũ efficient. Addit
Chrs,(in ignẽ) Cũ eos, Deus immortalis
à cæleſti patria repelles, & acerbiſſima
maledictione afficias,da illis,obſecro,lo
cum aliquem amœnum,& arborib.con
ſitũ,ubi uitam cũ aliqua ſaltem iucũdita
te degant. In ignẽ inq̃t illis, uobis cũdũ
eſt. Aptus ſane lectus,perpulchrumq.cu
bile,vbi molles,ac delicati hoĩes cõquie
ſcãt,qui manũ igni applicatã, breui tpis
ſpatio habere uix poſſunt. Et quis ex uo- Eſ.33.
bis, rogo poterit habitare cum igne de
uorante,& ardoribus ſempiternis.

Adiungit deinde Chrs Dñs, dãnatos B
ęterno igne eſſe cruciandos, ite inquit,
(in ignẽ ęternũ) ſi acerbiſſimo ignis cru
ciatu flagitioſos hoĩes addicis,conſtitue
ſaltem eis tps,Deus optime,in quo tan
to ſupplicio finis imponat, ſuccenſus eſt
ignis Babylonicus ad 49.cubitum aſcen
dens,non peruenit ad 10. qui eſt nume
rus venię,& remiſſionis. Idẽ ignis Baby
lonycus combuxit eos,qui ipſum excita
bant,q̃a eodem ẽt Dæmones ardent. O
ęternitas incomprehenſa.q̃ ſi quis atten
to aĩo conſideret, non dubito, quin tur
pitudine relicta,ad honeſtam ſe uitæ rõ
nem reciperet, Hęc ſunt,quę uos ſcelera
ti homines expectant,hę ſunt pœnæ,qui
bus perpetuo cruciandi eſtis, & tamen
non timebit? ſanè non percipimus ęter
nam hanc pęnarum durationem.

At clementiſſime Ieſu,ad horum do C
lorem leuandum, mæroremq. minuen
dum gratos illis ſocios adiunge,quorum
conſuetudine ipſi aliqua ex parte recreẽ
tur. Audite miſerrimos,& infęliciſſimos
ſocios,quib. cum uitam,ſocietatemq.ini
re illi dẽnt. Qui paratus eſt diabolo, &
angelis eius, Ecce infęliciſſimũ ſodalitiũ
quo dãnati magis dolebunt, ſed iure op
timo eos ſibi ſodales ad iungũt,quorum
ẽt flagitiorũ comites extiterunt. Recte
quidẽ illis aptari põt id Deu.32.congre- De.32.
gabo ſuper eos mala,& ſagittas meas cõ
plebo in eis. Locus ille inferiorũ ẽ quaſi
oĩum malorũ aggregatio, ſicut etiã bea
titudo cæleſtis bono rũ oĩum contuber
bium dici pt. In cęlo q̃dẽ oẽs ſenſus iucũ-

A ditare afficiunt,in inferis verò,odor, tactus,& qui liber alius sẽsus,tristitia, ac dolore maximo cruciat. Sed quo pacto
Simile cum hæc uera eẽ fatearis, flagitiosam ad huc uitã suscipitis? Vt vero odium, quo Deus pctm̃ prosequtur,melius pcipiamus finge aĩo mrẽm, q mero quodã amore filium suum cõplectitur, ita tñ succensa filium,quẽ mirifice diligebat,in fornacem detrudi iubet,ubi ille longissimo tpis spatio ardet,nr̃ tñ nulla frãgit mĩa, sed diutius filiũ ardere patit,incredibile sane facinus a filio susceptũ esse dicerẽ,cũ pijssima mr̃ filio ardenti mĩam non tribuat.
Ier.49. Perpende itẽ illius clemẽtiam,q clementissimas ẽt mr̃es more,& pietate superat
Pro. 1. cum ipse dicat,et si illa oblita fuerit, ego
B non obliuiscar tui, & tñ ita hoĩum pctis offendit,ut eorum cã ipsos hoĩes perpe-
Ma.11 tuo igni comburendos tradat, sed nulla prorsus miseratione cõmotus dicat, ego in iuteritu uestro ridebo,& subsannabo cũ vobis id,ꝙ timebatis,aduenit. O malum ualde quidem pertimescendum, timete eum,auditores,qui postquam occiderit corpus,hẽt potestatem mittendi in gehennam ignis. Neq; uero solum hmõi verbis Deum timendum esse iudicatur, sed etiam pctm̃ ipsum,quod et corpus interficit, & animum deinde æternæ damnationi addicit.

Hanc,de qua locuti sumus,diem sanctissimus ille Baptista pdicabat Genimi
Luc. 3. na uiperarum,ait,quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira? securi ad radicẽ arboris posita est,omnis ergo arbor,quæ nõ facit fructum bonũ,excidet,& ignem
C mittet Quæ quidem uerba tm̃ apud auditores ualuerunt,ut accederent ad eum publicani,dicentes,Magister,quid faciemus. Milites ẽt Romani, qui diuinis honoribus sua idola psequebant,dũt idem tidem,quid faciemus, ut fugiamus a uentura ira? Eisdẽ profecto uerbis nobis utẽdũ est,nisi mẽs nr̃a a sua sede,& loco dimota planè desipiat. Hunc finẽ spectat hodiernum Euangelium in prima hac aduentus die propositũ,nimirum,ut nobis consulentes,nobiscum ipsi considere mus,quid facturi simus, ut pertimẽdam Dei irã declinemus. Cum Deus optimus maximus in animũ induxisset,ut Aegy- A
ptij primum tritico abũdarẽt,deinde ue- Ge.49.
ro illo maxime egerent, uoluit Pharaonẽ sui consilij fieri participẽ. Iosepho eã tpis uicissitudinẽ pdicente,ut hac rõne, cum terra tritici abundantiã suppeditaret,frumentarius cõstitueretur, q eo tpe, quo in magna annonæ charitate uersarentur Aegyptij,illis ad uictũ necessaria suppeterẽt. Eodẽ oĩno mõ se uobiscum gerit Ecclesia admonet.n. hoĩes, ut hoc tpe, quo Dei gr̃a, & benignitas in aĩos abundanter diffundit,& ille,qui plenus gratiæ, & ueritatis cælestiũ fructum copiã, & abundantiã suo in terras aduentu dilargitur, ut hoc inquã tpe paremus nobis necessaria in sterile illud iudicij
B tps,qñ oĩa ira, iustitia, ac seueritate plena erũt. Et quemadmodum auceps,qui Simile
aũt aliq̃ aucupari, illiq; mortẽ inferre ni tit, ea utit industria, ut prius illi uulnus infligat,q̃ aucupis strepitus audit,qui uero autẽ aucupari negligit,clamorem tollit,uocibusq; ac strepitu illam fugat,& abigit. Sic humani generis seruator,quia non vult mortẽ pctõris,sed ut conuertat, & uiuat nos clamoribus excitat, strepituq; & aquarũ fremitu, fugã nobis amicissime suadet. Qd diuinitus pdixisse vr̃ regius ille uates,cũ ait. Dedisti metuen- Pal.56
tib.te significationem, ut fugiant a facie arcus,ut liberentur dilecti tui. Arcus dñi distentus est contra te. Arcũ suũ tetendit & parauit illum, & in eo portauit uasa mortis,ꝙ si te lethali uulnere uellet percutere,nõ te præmonere, sed vulneraret citius,q̃ tu putares,urget tñ modo, & in C
tendit arcum, cõtendit uocem,ut fugias a facie arcus. Para igitur,& reserua,quæ tibi in nouissimo illo die erunt necessaria. Neq; existimes oĩa tibi suppetere, ut ille alter diues,cuius promptuaria plena erant,eructãtia ex hoc in illud, sed penuriam,atq; indigẽtiam,qua ptemeris post hac considera,& cum quadam ait formi dine rõnem,q̃ redditurus es,tecum ipse subducens,quid faciam,inquies,ut fugiã a uentura ira. Sed proh dolor. Diues sum,ais tu,& nullius egeo, cum sis pauper,miser,ac miserabilis. Qd si egestatem agnoscis tuam, dic, quid faciemus. Apo. 3

Et

A Et quidem ecclesiasticus reddet tibi responsum in hunc modum. Ante iudiciũ præpara iustitiam tibi,& interrogate ipsum,& in conspectu Dei inuenias propi-
Ecc.18
1.Co.11 tiationem. Quod aliis quidem uerbis, sed eodem prorsus spiritu doctor ille gẽtium Paulus scripsit, si nos metipsos, inquit, iudicaremus, non vtique iudicaremur, iudica ergo te ipsum,& non iudicaberis. Perpende diligentissime scelera a te in Deum optimum patrata, eaque demisse, atque humiliter deterge confessione, ut ea in seuerissimo illo tribunali tegantur, & miro quodam silentio dissimulẽtur, ac denique tuam contra te sententiam profer, pęnasque persolue, antequam a iudice illa feratur,& æternis cru-
B ciatibus addicaris. Atque hoc sane est iustitiam ante iudicium præparare. Qđ
Iob.23 quidem præstitit sanctissimus Iob ut explicat D.Greg.lib.6.mora.cap.14.in illa uerba. Quis mihi hoc tribuat, ut agnoscam,& inueniam illum,& ueniam vsque ad solium eius, ponam coram eo iudicium,& os meum replebo increpationibus. Eia ergo auditores discutite uos ipsos diligenter, & animus nouissimo illi iudicio adestote,& scelerum maculas confessione delentes, ad honestam vos vitæ rationẽ referte, si enim fiet ut tam in hoc
C primo, quam in illo secundo Christi Domini Aduentu cęlestem iudicem benignum, clementemque experiamini, illiusque gratia, ac beatitudine perfruamini &c.

Dominica Secunda Aduentus.

Tu es, qui uenturus es, an alium, &c. Matth. 2.

Vidimus superiori Dominica secundum Christi aduentum spirantem iram, plenumque minarum. Quem formidanda, ac pertimescenda signa, atque portenta præcessura ostendimus. Nimirum signa in sole, luna,& stellis. Proponendus nobis hodie ante oculos est primus ille iocundissimus Christi aduẽtus, suauitatis, mīæ, amorisq; plenissimus, quem etiam sua signa præcesserunt in so- B
le, luna,& stellis. Non quidem signa, q̃ formidinem nobis, ac timorem incuterent, sed quæ hoĩum animos incredibili lætitiæ uoluptate,& amoris suauitate ꝓfunderent. Audi vero hæc signa Apo.12
signum magnum apparuit in cælo mu- Ap.12.
lier amicta sole,& luna sub pedib. eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. Signum magnum Maria miraculum grande, sed signum amoris, & grãæ sole amicta iustitiæ stellis ornata, sed q̃nam est luna illa, quæ sub pedib. eius est utique Ecclesia, quæ dr̃ Cant.4. pulchra
ut luna, quæ ad pedes Mariæ obuoluta Can.4.
recipit à sole (quo illa amicta est) lumen splendidissimum, iõ monet Bern. ampli- Bern.
ctamur Marię uestigia fratres mei,& de- C
uotissima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur, teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis, potens est.n. vellus est.n. inter rorem,& aream, mulier inter solem,& lunã. Maria inter Christum,& Ecclesiam constituta. Aue Maria.

Soletis, qui in ꝓfundæ noctis quiete suauẽ aliquib. concentũ exhibere vult, eos dormientes primũ excitare ne in vanum ipsis torpore, ac sõmo consopitis tã suauis harmonia ꝓponat, ad eos uero excitandos solet manibus pedibusq; ꝓstrepere,& inqetudinẽ arte moliri, ut ẽ somno euigilent. Volens ergo Ecclesia nobis
proponere optatissimã illam musicam Can.2.
mũdo, q̃ mirũ in modũ exoptabat spõsa cũ dicere, sonet uox tua in auribus meis vox.n. tua dulcis, ut aĩæ nrę excitentur, ꝓp quas illa fit, eamque audiant, clango-

A rem terribilem tubę iudicij nobis proposuit,quo illi, qui uitiorum somno sopiti sunt,& hi,quorum grauantur corda crapula,& ebrietate,& curis huius uitæ explicari possint. Hora est, inquit Paulus, iā nos de somno surgere,sicut.n.in fine, mundi oēs mortui excitabuntur tuba illa,& resurgent ēt,qui in nouissimis terrę, & abyssis erunt, sic eodem mō tuba nobis proposita,si intime consideretur, sufficiens est,excitare oēm peccatorem,licet profundissimo somno sit oppressus.
Ro.13

A hō a falsa in ueram fælicitatem tendit, primo dēt discedere a uisibilib.& eorum amore,deinde tendere in cælestia consideratione,& amore,& uirtutum exercitio. Quod etiam sancti patres docent dicentes, mysticæ theologiæ duo esse officia,quib.ad perfectionem uenitur,carnalium affectum mortificatio,& cōtemplationis studiū,sicq.hō a se ipso deficiēs,&
Plato. in Deum tendens è terreno cælestis euadit. Quam ēt Theologiam Plato sępe inculcat,& longissimè declarat:sed eā tandem duob.verbis concludit dicens,hoīs fælicitas in auersione,& conuersione sita est,i.in auersione à terrenis, & ad cælestia conuersione. Sequitur in Euangelio
B (Ei dixit,quis est,qui tradet te.)Se etiā hinc Ioan.commendat, ꝙ illi Xp̄s aperuerit proditorem. Qn̄ noluit rex alicuius domestici proditionem maxime considerat,cui ex domesticis illam declaret,
Simile ne forte ēt is,cui ipse fidit secretum,proditionis socius sit. Securus Xp̄s est a Ioāne nullam ei imminere proditionem fidelissimum sui in eum aīum ostendit aperiens ei proditorem. Quod uerò Petrus tunc se ipso consequi ausus nō est,ut proditorem nouerit,hoc p Ioannem obtinere curat, ei innuens,ut q̄rat. Quo nobis insinuat,ut ea,q̄ a Deo obtinere non ualemus nr̄is meritis,p Ioannis intercessionem curemus nobis concedi, q dilectus cum sit,exaudiet. Sed Petrum de Ioanne solicitum audiamus.(Domine hic autē quid.)Vellet eum sibi socium adiungi in passione,ne solus ipse esset. Multi.n. ut
C recta faciant,ac iusta,expectant,ut alii talia primum faciant,ne ipsi singulares appareant. Sed non sic tibi agendū est, sed crucem porta,licet solus relinquaris, solus.n.non es,qui Christum sequeris. Licet ergo socios tuos videris se uitiis tradere,vel aliam viā sequi,tu Christū sequere,de socijs nihil cures,quid sit, cum tibi Christus socius sit,qui ait,(sequere me.) Vbi etiam nota,quod cum sibi Christus p̄clarum nuncium dedisset mortis crucis,optauit,qu d simile Ioanni, & hoc o-
Ma.16 ptasse credendum est, cum ait, dn̄e (hic autem quid?)Vbi auertenda maxime erit mutatio, qui.n.sic crucem perhorrebat,ut Christo crucem suam dicenti rn̄-
A deret,absit a te dn̄e,non erit tibi hoc, iā crucem non horreret,imo eā Ioanni p̄catur. Nec hoc mirū est, uiderat.n. in Iesu suscitato, & glorioso mirabilem crucis fructum,quid mirum si illā iā magni faciat,sibique.& Ioāni ēt optet eandem. Iā experientia nouit ueritatem dicti illius honestauit illum in laborib. & cōpleuit labores illius. Crucem ergo magnificāt sancti,tū quia eā sibi uident maxime proficuam,tum quia in ea Deū maxime glorificant. Sic cum dixisset Ioannes,significans qua morte Petrus esset clarificaturus Deum,interrogat continuo Petrus. Ps.108.
B (Hic aūt quid?).i.qua morte clarificabit te? Pro cuius intelligentia nota initio Ecclesiæ fuisse summam malitiam hoīum, & summam patiētiā sanctorum,malitia quidem maxima,& obdurata,impletum tunc est illud Ps. induit maledictionem sicut vestimentum,(ecce exteriorem malitiam,sicut uestimentum exterius)& intrauit sicut aqua in Interiora eius, & sicut oleum in ossib.eius, ecce interiorem summe radicatam. Adorabant tunc vitulum cum lætitia,& gaudio, ꝙ tm̄ erat Ex.32. malum,ut Moysen tabulas frangere cōpelleret legis. Q̄d ipsum est malū,ꝙ Eze. uidit,senes,i.idola colētes floribus ad nares admotis, qn̄.n.in pc̄tō iam delectaris exultans in reb.pessimis,lętaris,cum male feceris,iā in p̄fundū mali descendisti.

C Contra,malitiā tantam opposuit Xp̄s testimonia,non tā doctrinę,q̄ sanguinis. Psa.93 De quo.1.Ioan.3.tres sunt,qui testimoniū dāt in cælo,pr̄,verbū,& Spūs sāctus, & tres vnū sunt,qui testimoniū dant in terra,spūs,aqua,& sanguis, & hi tres vnum sunt. Ecce tria in terra testimonia, Spūs sāctus,qui visibiliter dabat̄ in cōfirmatione,seque per linguas ōndebat, a- Psa.93 qua baptismi,qua fiebat maxima mutatio uitæ,& sanguis martyrum. De quo martyrū testimonio p̄clare loquitur Ps. Eleuauerunt flumina Dn̄e eleuauerunt flumina uocem suā mirabiles elationes maris,mirabilis in altis dn̄is,testimonia tua credibilia facta sunt nimis,i.aq̄ multæ,q̄ sunt populi multi dederunt uocem magnā cōtra Xp̄m, & mare ipsū impij Psa.76

Ro-

A Romani mirabiliter elatum est oĩ sua potentia contra Christum, sed mirabilis
Psa.67 tunc apparuit dñs, cum mirabilis fuit in sanctis suis Deus Israel dans fortitudinem plebi suæ, benedict⁹ Deus. Patientia.n. & sanguis martyrum Præclarum extitit Christi testimonium, iõ martyres testes dicunt, id.n. martyr est Græce: testimonia hæc uerè credibilia facta sũt nimis, quia nullum certius est testimonium, q̃ illud, quod sanguine confirmatur. Idem Petrus, ego dñe clarificabo te morte crucis. Ioan. qua te morte clarificabis? quale ipse reddet testimonium? Vere Ioan. illustre dedit testimonium,
Ge.45. frater Christi est, ex eodem pr̃e, & matre, ex eodem pr̃e, iõ similis est Christo in gratia, ex eadẽ matre, & iõ dat ei sci-
B phus sicut Beniamino in quo augurari solet Ioseph, i. calix passionis, in quo solet Deus augurari, & dignoscere, qui sint sui: passione.n. electi probantur, an Deo fideles sint, hunc ergo sciphum ei promisit Christus cum ait, calicem quidẽ meũ bibetis. Bibit vero ingressus dolium feruentis olei, quod si Deus miraculo illum seruauit, martyrij palmam non amisit. Bibit etiam relegatus in Patmos insulã.
Ma.20 Sed maxime bibit ad stãs cruci Christi, cum.n. diuersa genera suppliciorum in republica sint, ut nobiles & ignobiles puniantur, diuersis quidem supplicijs, licet eadem morte, sic Petro, ut occidat̃, crux conceditur, sicut Xp̃o. Paulo ensis, Matthæo lancea, Barthol. gladius, Iacobo ensis, alteri Iacobo fustis, sed quid Ioanni reseruat̃? vtiq; Chr̃s, crucifixus, hic fuit eius gladius, hic eum martyrem fecit, & idẽ doloris gladius, qui cor Mariæ transuer-
C berauit, s. Xp̃s in cruce, hic idem Ioan. martyrem fecit. O illustris s. mart. quem Xp̃i dolores mart. effecerũt, reliqui martyres corpore passi sũt, & corpore, quod odio prosequebantur, ideoq; non multũ curabant, si illud paterentur, sed Ioan. in Chr̃o dilecto summè passus est, & in aĩa transuerberata dolore, calicem quidem meum bibetis, verè calicem Christi bibit Ioannes, dum Christi passione ipse torquetur, meritò iuxta eum in cœlo est, qui ei est adeo coniunctus in terra.

In Circuncisione Christi Domini. A

The. Vocatum est nomen eius Iesus. Luc. 2.

Mire nostram spẽ erigit, quod Deus negotia nostra inchoet sanguine fuso, & nomine Iesus vsurpato, quod significat hominum propugnator. Loqui- Heb.12
tur sanguine, loquitur, & nomine, q sanguis loquatur, Paulus affirmat, dicens melius clamare, quam sanguinem Abel, qui vindictam, clamat, sed Christi sanguis misericordiam, quia solo amore funditur: nunc enim melius dicere possumus, ecce quomodo diligebat eum, q̃ cũ Iudæi viderunt eum solum lachrymantem, nunc enim lachrymas, & sanguinẽ fudit. Clamat ergo sanguis iste ad patrẽ, Ioã.11.
& exauditur, clamat ad nos, ut audiam⁹, B
eumque diligamus. Simul uero nole clamat, uocans nos ad se adeo dulci nomine, quo ostendit esse hominem refugiũ. Dulcissimum profecto nomen, ac desideratissimũ, sicut.n. dulcius nihil, nec optabilius salute, ita nullum Dei nomen sic dulce, ac Iesus. Vt de eo loquamur, & de salute per eum nobis allata, gratia indigemus. Commune hoc fuit oĩ religionĩ Latinorum, Græcorum, ac Barbarorũ, ut aliqua mysteria suæ religionis sublimia solis principib. & sacerdotibus dicerent, absconderent vero a vulgo hoĩum. Hoc Parthi, Medi, Aegyptij, Phrygij, Asiani, & Africani fecerunt, Clemens Clemẽs
Alexandrinus, ait, Pythagoram, & Platonem ea, q̃ mysterijs erãt referta, sic tradidisse, ut sine doctore intelligi non possent, & ea præceperunt, solis principib. & sacerdotib reuelari. Origen. & Hyl. dicunt, Ori.&
qñ Deus legem Moysi dedit, eam popu- Hyl.
lo exponere præcepit, sed altissima my- C
steria in ea recõdita soli Aaroni, & Iosue ostendit, & illi successorib. suis exposuerunt, nec uero mysteria ista soli vulgo hoĩum occultabantur, sed ẽt amicis suis Deus abscondebat. Vnde dominus loquens Moysi ait, ego dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotenti, & nomen meum Adonai, non indicaui eis. Vbi primũ notandum, vbi

A vbi dicit in Deo oĩpotenti esse Hebræis in Deo Sadai, ubi Adonai, esse nomen Iehoua, quod dicebatᶜ ineffabile, quia ut Theodoretus auctor est, lege cautum erat, ut solum sacerdos in sancta sanctorum hoc nomen vsurparet, & quando le gentes legem hoc inueniebant nomen, loco eius dicebant Adonai, i. Dñs, quem morē interpres sequens ait, nomen meū Adonai pro Iehoua non indicaui eis.

Primo ergo ostendit Deus patrib. nomen suū Sadai, quod componitᶜ ex verbo dai, qd significat sufficit, & ex littera sin, quæ proponitur verbo dai, & significat qui, vnde Sadai, idem est, a qui sufficit, uel qui sufficiens est, quo nomine se Deus ostēdit ditissimum, & a quo omne

Ps. 103 bonum sperare debemus ſm illud Psal.

B Dante te illis, colligent, aperiente te manū tuam, &c. Sicut. n. inter creata, sunt, quædam entia, quæ per se subsistunt, quę substantiæ dicuntur, alia vero, quæ accidentia nūcupantᶜ, q̃ a substantia pēdent, sic inter oīa entia Deus inde pendens est solus; sibiq; sufficiens, oīs vero creatura ab eo pendet, ille ergo nihil a creatura recipere pōt, & creatura nihil pōt hẽre, nisi a Deo, si oīs creatura in nihilū verteretur, ad Deum nihil pertineret, homo vero sic a Deo pendet, ut nec cogitare a se quidpiam posset oīno. Ideo Psaltes ait, adhæsit aīa mea post te, adhæsit, inquit, quasi accidens substantiæ, a qua pēdet. Hoc nomen antiquis Deus patribus reuelauit, sed nomen Iehoua vsque ad Moysen in mundo non ostendit.

Theo. Iehoua ut Theodoretus ait, & Lipon, in 6. c. Exodi significat qui est, & aliquid

C esse facit, & sic est, idem cum illo nomine, qui sum, & hoc dicebatᶜ Dei nomen proprium, & ꝙ nulli creaturæ vnquam communicauit, qa significat pelagus essendi non limitatum, Alia. n. noīa Dei limitata sunt, ut hoc dicant cum esse & non illud, hoc vero Deum oī esse osten-

Exo. 3. dit. Refert Lipom. super Exod. 3. hinc Aegyptios sumpsisse, ut in templis suis scriberent de Deo, ego sum, quod est, quod fuit, quod futurum est, velū meum nemo vnquam reuelauit, i. nullus est, q me facie ad faciem viderit, vel qui abyssum mearum perfectionum agnouerit. A

Sic ergo intelligitur, quod dicit Moysi Exod. 6. apparui patrib. in Deo diuite promittente, & omnipotente: sed non in Deo implente promissa, quia promisi eis terram fluentem lac, & mel, cuius tamē, nec passum eis dedi, ut dicit Stephanus, tibi uero in Deo Iehoua, qui est, & alia esse facit. i. implet promissa quia eis dabo terram hanc, vel alijs non ostēdi meā infinitatem essendi, ut tibi, vel eis non Act. 7. ostendi vim noīs mei, ad mirabilia facienda, qñ inuocatur, sicut tu experieris.

Sed veniens Deus in mundum faciē suam reuelauit nobis, secreta patefecit impleturque illud Hiere. 31. Non docebit vltra vir proximum suum dicens, co Hie. 31 gnosce dominum, omnes enim cognoscēt me a minimo usque ad maximum, repleta est iam terra sciētia domini, qua B si aquæ maris operientis, suumque maximum nomen omnibus palam fecit, (Vocatum est nomen eius Iesus.) Hoc nomen ostendit ipsum esse Sadai, diuitem in omnes, qui inuocant illum, vniuersale omnium remedium, in quo nobis est thesaurus infinitus, meriti, & satisfactionis. Ideo Paulus gratias ago Deo meo pro uobis semper in gratia Dei, quæ data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, ita ut nihil uobis desit in omni gratia. Hoc est, etiam ipsum nomen Iehoua addita litera sin pp humanitatem, modo uerè complet promissa, & in lege veteri figurata, licet. n. Moysi dederit terram illam, sed ibi promissa erant alia. s. gratiæ abundantia per Christum danda, iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. ante ego ap- C paruerat in Deo promittente, iam apparuit in Deo implente promissa, iam diuina bonitas magis enituit, iam nomini diuini inuocati uis apparet in hoc nomine Iesu inuocato, in quo dæmonia eijciant, & innumera miracula fiant. Sed qui Saluator hoīum dici voluit, ut nomen impleat, nec vacuum portet, omnia, quę ad salutem hoīs necessaria erant, implere debuit, hoc ergo nobis hodie uidendum, quæ sunt, quæ ad Saluatorem spectāt, & quo

A quo ea oino, ac pessime, Xps ipleuerit.

Salutis nrę negotium tria includit primũ, tanquam principiũ, 2m tanquam mediũ, tertiũ tanquam finẽ, primũ pteritũ, 2m pñs, tertium futurũ, & oĩa pertinent ad saluatorem, & ea operari tenetur, qui saluatoris nomen usurpat, primũ opus redemptio est, 2m iustificatio redẽptorũ, tertiũ glorificatio iustificatorũ, nihil. n. redimi nos prodesset, si p iustificationem ad nos nõ deueniret redemptionis fructus, & iustificatio non adeo proficeret, nisi glorificatio sequeretur: nam si in hac uita tãtum sperantes essemus, miserabiliores essemus oibus hoibus: nõ qui saluator dr, vt opus hoc perficiat, oportet, ut redimat, iustificet, & glorificet, & oĩa hæc Christus perfecit factus nobis, ut Paulus ait,

1.Co.15
1.Co.1

B iustitia sanctificatio, & redemptio iustitia nos redimens, sanctificatione iustificans, redemptione glorificans, & quos prædestinauit, hos & uocauit, hos & iustificauit, quos iustificauit, hos & magnificauit. Sed quõ vniuersa hæc impleuerit videamus & dicamus de primo, s. redẽptione, peccauit homo pctm̃ graue nimis, traditus, est dęmoni iustissimè, qui .n. magis credidit, & obediuit diabolo, quam Deo, iustum est, ut ei tradatur, 2. Pet. 2. a quo quis superatus, est, eius & seruus est iõ dr dęmon princeps huius mundi. Dilexit ille maledictionẽ veniet ei, noluit benedictionẽ elongabitur ab eo in hac misera seruitute. Quo pacto hõ uersaretur, quam misere tractaretur. uerbis exprimi non põt, satis sit eũ dicere dęmonis seruum, quẽ a peccato in peccatũ, a culpa in

Rom.8

2.Pe.2

C culpã trahebat, & tandẽ in infernũ ducebat. Hanc describit mirã, Eph. 2. Memores estote, quod aliqñ uos eratis gentes ĩ carne, q eratis illo tpe sine Christo, alienati a conuersatione Israel, spẽ non habentes, & sine Deo in hoc mundo, & pmiserat 2m principem potestatis huius aeris. In figura expressa erat hæc captiuitas in Aegyptiaca seruitute ubi uiros nascentes iugulabant Aegyptij & Israelitas subiiciebant in operib. duris luti, & lateris impediebant Dei sacrificia, & tãdẽ post plurimos labores eos flagellis cędebant, iõ Ps. Quid est hõ, quod memor es eius, aut filius hoĩs, quoniam uisitas eum.

Eph.2.

Psal.8.

A Vbi in Hebræo hr, qd est Enos, quod memor es eius? aut filius Adam, quoniam uisitas eum? Hieron. in traditionibus hæbraicis ait. Enos a radice Anas significat, adeo malis esse obrutum, ut euadendi nulla sit spes, attende quo homo peccando deuenerit, ut dicatur Enos, i. sic malis obrutus, ut ea euadere non possit. Et hac rõne ait Hieron. primus homo in mundo natus post damna peccati uisa in morte Abel, uocatus est Enos. Gen. 5. qui agnoscens se nomine uel suo dicente, sic malis circundatum, cępit inuocare nomen Domini componens uocales, quibus a Deo adiutorium peteret.

Hiero.

Gen.5.

Adeo misera erat hæc captiuitas, & tãti mundi clamores inuocãtis nomẽ Dei, ut licet hõ Dei esset inimicus, & decreuerit tñ Deus eum liberare, ac redimere a tã misera seruitute, eumq; in libertatem asserere, Dignũ perfecto decretum bonitatis, & clementiæ diuinæ. Redemptionẽ misit dñs populo suo. Licet. n. in homine esset culpa nihilominus tñ in eo pseuerauit Dei imago, q illũ impulit, ut figurã suã mundaret a pctõ, & licet inimicus esset, per iniquitatẽ, sed tñ filius erat quia naturam silem diuinæ habebat, & cum condiderit hoiem, ut ruinas impleret angelicas, Dei propositũ perire non debuit, diabolica inuidia id curante, & cum solum bonitatem suam ostendisset cum his, q nõ ceciderant Angelis oportebat eandẽ ostendi, & agnosci cum peccatum destrueret, misertus peccatoris. B

Ps.110

Sed quod fuit remediũ a Deo tanto malo missum, vt resarciretur? Altissimum profecto, dignũq; Deo, quod alius ab ipso nec cogitare quidem posset. In creatione dederat hoi figuram suæ silitudinis, ad reparationem mittit ipsissimam sui similitudinẽ, uerbũ suũ, q est figura substantię eius. Factus fuerat hõ ad imaginẽ Dei in creatione, ad reparationem vero, ipsa Dei imago, ipsum uerbũ caro factũ est. Sicut. n. qñ ex aliquo exẽplari, exemplũ aliquod scribitur, si forte exẽplũ mõdis sit refertũ affert exemplar, & ex eo corrigit exẽplũ. Sic nunc Deus fecit, hõ exemplum, est diuinæ imaginis, faciamus ho- C

A minem ad imaginē, & ſi̅litudinē nr̄am, illud, ad ſignat hoīem ad Dei exēplum fuiſſe conditū, erat hō culpis mendiſque plenus, qa pr̄ mendacij dæmon illū repleuerat eis optimū remediū exēplar ipſum diuinæ ſi̅litudinis veniat, ſ. filius, ut corrigatur hō. ego ſum ueritas, ait ille qua corrigēda oīs falſitas, & iō filius venit ī mundū q eſt (ut ſic dicā) originalis figura, & ſi̅litudo patris, & ſic verbū caro factum eſt. Hoc ēt Dei decretum, hoc verbū in carne poſitū mundū vniuerſū implet ſpe diuinæ miæ, maxima, & plura promittit nobis q̄ cogitare valeamus & innumera beneficia in naturā humanā diſcenſura oſtendit, poſt quā i illa eſt diuinū uerbū. Quia ſi eū ſoū hēret tranſcriptū diuinæ imaginis, hoc delinitum

B culpis, adeo delicta a Deo eſt q̄tum oſtē

Rom.5 dit donum ipſi datum a Deo, poſtq̄ exēplar hēt diuinæ ſi̅litudinis, & uerbum ipſum imago Dei i carne eſt, q̄ nō recipiet a Deo? Hoc eſt argm̄ Pauli. Si cum adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus ei per mortē filij eius, multo magis iuſtificati ſalui erimus ab ira per ipſum Qn̄ diſtantiā unius rei ab altera ſignificare volumus, dicere ſolemus, differunt, quaſi uiuū a picto, prima Dei imago erat de picta, q̄ in hoīe poſita eſt, ſecunda uero, q̄ iā eſt in humanitate eſt uiua, differt ergo inter primum, & ſm̄ donum, quod

Ps.106 inter viuum, & pictum. Miſit uerbū ſuū & ſanauit eos, & eripuit eos de interitio nib. eorum, & ſic gr̄æ, ac fauores humanam naturam poſt Chriſtum excedunt immenſum antiquas gratias hoī collatas. Si ergo prius datus eſt Deus ipſe, q

C iam illi oīa nobis donauit quō nō cū il-

Ps.149 lo oīa nobis donauit? Hinc Pſa. lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum, & filię Sion exultent in rege ſuo, laudent nomen ei⁹ in choro, q. d. lætetur Iſrael in Deo creatore ſuo, qui eum fecit, & exemplum ſuę imaginis dedit ei, ſed filiæ Sion, i. Eccleſia exultet in Rege ſuo, Chriſto, beneficio adeo excellētiori, & eius nomen laudet. Huius exemplum eſt nobis in Thobia iuniore quem u dit Raguel patruus, & gauiſus ait v..., quam ſimilis eſt iu-

Tho.7. uenis iſte conſobrino meo. Sed cum nouit eundem eſſe, non potuit ſe continere A ſed ſuper eius humeros cadens oſculatus eſt eum, & ait, benedictio ſit tibi fili mi. Initio Deus naturam humanam cōſpiciebat, ut filij ſui ſi̅litudinem, iam uero quaſi filium ſuum, quia illi coniuncta eſt natura in ſuppoſiti unitatem.

Venit ergo Chriſtus in remedium, & redemptionem captiuorum. Sed quō facienda eſt hæc redemptio? cui eius priū ſoluendum eſt? & quod erit pretium? & Ps.109 quō ſoluendum? Vtique redemptionem miſit Dn̄s populo ſuo & redemptionem ſummam, & copioſa apud eū redēptio, vt præclare impleat nomen ſuū. Sed cui pretium reddendum eſt? vtiq; patri, non dęmoni, non. n. hominem dæmon poſſidet, qa iuſta eius ſit poſſeſſio, nam men B

dacio, & deceptione cū rapuit nec eum tenet propter ius, q ipſe in eum habeat, ſed pp ſupremi iudicis iuſtitiam pcipientis ei tradi in ſeruum, tenet il um ac cuſtos in carcere uinctum, quaſi carnifex puniendum, vnde redemptionis pretiū non eſt dęmoni tradēdū, ſed Deo, cui debetur, quique cū fecit trudi in carcerem. 1.Pe.1.

Sed quod erit pretium huius redēptionis? quæ pecunia? vtique redimētis ſanguis. Nō corruptibilib. auro & argento Heb.9 redēpti, eſtis ſed pretioſo ſanguine agni immaculati. Lex. n. eſt, ſine ſanguinis effuſione nō fit remiſſio; & ratio eſt, quia in peccato delectatio interuenit, in ſanguinis effuſione dolor, at contraria contrarijs curantur, merito ergo non remittitur pc̄m̄, niſi ſanguinis fuſione. Et cū pc̄m̄ ſit capitale crimen dignū morte. In quacūq; hora comederis, morte mo- Gen.2. rieris, an non morte digna proditio i re gē? quid obſecro proditio in Deum? ſan C guinē regis fundi pro pc̄ō, neceſſe eſt. Dū peccatum committis, leue tibi vr̄, ſed ue te crimen morte dignū admittis, quod deleri, niſi Chriſti ſanguine nō ualuit. Sed nū tm̄, ac tam amplū earū pretiū, pro nobis redimendis, Deus dare voluit? attende quæſo. (Poſtq̄ conſummati ſūt dies octo, ut circūcideretur puer.) Quid die natiuitatis lachrimas fudit, hodie ſanguinē effundit. Lachrymæ ab aīæ vulnere procedere ſolēt, ſāguis a cor

poris

A poris vulnere,vt ergo ostendat,corpore, & aĩa nſi remedium agere, & utroq; ſe nſa intendere, iō hodie ſanguinem cum lachrymis fundit.Qd ſi pueri ſanguis in Circũciſione fuſus paruus eſſe videť, ne quantitatem attendat,ſed qualitatem,v-na.n.gutta mille,mundis emẽdis ſupereſt, quia ſanguis Dei eſt, & uirtus in ea
Heb.4. diuina,& ſic oĩa pt. Si.n ſanguis hircorum & taurorũ,& cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spũm ſctũm ſemetipſum obtulit, emundabit conſcientias noſtras ab operib.mortuis.Mō puer eſt,parum ſanguinis dat, quia parum hẽt creſcet puer, creſcentq; dies, creſcent etiã labores, &
B vnde ſanguinis perfluent ab eo. Sic Thobias, quõ potueris eſto miſericors,
Tob.14 ſi multũ tibi fuerit, multũ tribue,ſi paucum, paucum ẽt impertiri vñ. Ita nunc Xps parum tribuit,poſtea uniuerſum ſãguinẽ dabit. Sanguis iſte,quid nunc de ſignat,niſi pluuiam veſperi futura? rutilat.n.mane triſte cælum.Sed nunc iã incipit ſoluere, qa uidet ſup ſe infinitum debitum iō cito ſolutionẽ inchoat pficet vero in cruce,vbi uniuerſum fundit prætium,oẽm ſãguinẽ,merito ergo pfecto tãto opere Ieſus uocatur ſaluator,qa opus hoc pficit mirè, redimẽs mundum de toto rigore iuſtitiæ, & cum poſſet ſãguinis gutta id perficere,noluit, ſed uniuerſum dare ſanguinem,ut copioſa ſit apud eum redemptio. Merito hac ratione a nobis laudandus eſt Benedictus Dñs Deus Iſrael,qa uiſitauit, & fecit redemptionem
C plebis ſuæ,& cæleſtes oẽs in ęternum de hoc tanto opere eum laudabunt, dicen-
Luc. 1. tes redemiſti nos dñe in ſanguine tuo.
Apo.5 Tm̃ in nos hoc eſt beneficium collatum, vt nullo mō ęquale reddere poſſimus,ſaltem,vel eius recordaremur, gřas agẽtes Eſ.Memẽto horum Iacob,& Iſrael,qm̃
Eſa.44 ſeruus meus es tu, formaui te ſeruus meus es tu Iſrael, non obliuiſcaris mei. Deleuit,ut nubem iniqtates tuas,& qua ſi nebulam peccata tua,reuertere ad me, qm̃ redemi te. Laudate cœli,qm̃ mĩam fecit Dñs,iubilet extrema terra,reſonate montes laudationem ſa.tus, & omne lignum eius,quoniam redemit dñs Iacob. A

Secũdum opus redemptoris, iuſtificatio redẽptorum eſt. Primum opus iã oĩno perfectum eſt, ſed ẽm reſtat, nec primum ꝑdeſt alicui, niſi ſcdm adſit: oẽs .n.q dãnabantur redẽpti ſunt,nō ꝓ nřis Ioan.8
tm̃ peccatis mortuus eſt, ait Ioã. ſed pro totius mundi, hic decepti ſunt hæretici Titi 3
hæc con'undentes, & iō redemptionem ſufficere dñt. Ad redemptionem nō fuit neceſſaria uoluntas tua, ſine te perfecta eſt,nō ex operib.iuſtitiæ, q̃ fecimus nos. ſed ſcdm mĩam ſuam ſaluos nos fecit, ſed ad iuſtificationẽ neceſſariã eſt uoluntas tua,cum adultus es, factus eſt.n.oĩb. obtemperantibus ſibi cã ſalutis æternæ, redẽptio oĩno perfecta eſt,cum ille dixit, B
cõſummatũ eſt Heb. 10. vna oblatione He. 10
conſummauit in æternum ſanctificatos iuſtificatio uero durat uſq; in mundi finem. Videndum ergo quõ hoc opus optime Xps exequatur,cum ad redemptoris officium ac munus pertineat. Hoc opus multã includit, quorum primũ uocatio
eſt, quos prædeſtinauit, hos & uocauit. Ro. 8.
Adeo extra ſe peccator eſt, ut profunde dormienti compararetur,q magnis uocib. excitãdus eſt. Sed quantas,qualeſq; Xps dederit mundo uoces,qs enarret? ipſe.n. dum uixit,erat circumiens, & prædicãs regnũ Dei,& ille ait, Hierĩm, Hierĩm,
quoties uolui congregare filios tuos,quẽ Ma.23
admodum cõgregat gallina pullos ſuos ſub alis,& noluiſti? Deinde miſit ſuos,
in oẽm terrã,exiuit ſonus eorum,& in fi Pſ. 18.
nes orbis, &c. Et queãdmodũ in primo
ope ſuo ſanguini nō pepercit: ita in ſcdo C
ſuorũ ſãguini nō parcit, ſed innumerus ſanguis in hoc opere fuſus eſt. Sed q̃ di-
ligenter hoc opus exequať, ut oſtẽdã, te Apo. 3
ipſũ in teſtẽ adduco, quoties expertus es illud,ego ſto ad oſtiũ,& pulſo? quoties interius te uocauit, quoties exterius,reuocat errantẽ,amplexať redeuntẽ, ſuſtinet redire nolẽtẽ,iã minus intẽtat, iã blãdiť, importunus Deus nobis eſt, opportunè, & iportunè arguit,obſecrat,ac increpat. Scdm ad hoc opus iuſtificationis ptinẽs eſt unio nřa,cũ Xpo,ut mẽbrã ſimus ui-
ua eius per gřam,gratificauit nos in dile Ioã.17
cto filio ſuo,de quã orãs přem ait, ut oẽs

A sint unum, sicut tu pr in me, & ego in te ut ipse uitis sit, nos uero palmites. In hac unione instituit sacra, qb. ei unimur
Ioan. 6 & maxime Eucharistiam, de qua dr, in me manet, & ego in eo. Hac unione facti iusti sumus, & participamus gratiam Xpi, & oia eius bona, qa unu cu simus in eius uiuimus uita. Et sicut in unione mirabili hypostatica hoi diuina attributa cõmunicata sunt, sic nos pro nro modulo Xpo uniti, eius bona participamus sicut et pp unionem aiæ corpus participat oia, q in ea sut. Hoc ergo opus quotidie perficit, & magis magisq; cõsumat,
Phil. 1 qui cœpit in uobis opus bonu, pficit usq; in diem Xpi Iesu, ut Paulus ait, tu ergo
B accede ad eum, & pete ut hoc opus in te cõsumet, si non pp te, pp nomé suu, quo se adstrinxit, ut hoc opus perficiat. Dic ei, ministerium tuu imple. Libenter uero se intendere huic operi hodie demonstrat nõ abhorrẽs pctores, quoru uestib. induitur, q valde mirandum est. Qd. n. rex pauperem induat, nõ mirum, nec qd ueste sua ei det, ut Ionathas Dauidi, sed q Rex pauperis, pannosa, & disruptam uestem induat pauperis amore, hoc mirandu maxime. Hoc aut, nunc Christus amoris signu exhibet, in similitudiné factus carnis pcti, quo ondit, non se abhor
3. Reg. 17. rere pctores, sed qrere. Iõ Elias, & Elise⁹ super mortuos incubut, ut ondat, nõ abhorrere Deu pctores mortuos, imo incu
4. Reg. 4. bit super filiu pater pdigu, qué osculatus
Lu. 15. est, & amplexatus. Horent sorores La-
C zarum, sed non Christus, iam ait, tollite
Ioã 11 lapidé, illæ dnr, fætet, Christus exeat. Licet ergo maximis onereris peccatis, accede ad Christu, saluabit te, quia Iesus est.

Sed adhuc quata cura negotiu hoc iustificationis exequatur, ex hac rõne colligi põt. Oia Christi opera intendut honorem, & fructu, honoré pris, fructum nostrum, q honorem, qsierit, patet Rom.
Ro. 1. 1. factus est ei, i. patri, & ego ero ei in pa-
Ioan. 8 trem, ipse erit mihi in filium, & non qro gloriam meã, sed gloriã eius, q misit me.
Esa. 9. Qd uero nobis fructum qrat pr, qa par-
Luc. 2. 14. uulus datus est nobis, & natus est nobis hodie saluator. Vtrumq; Angelus cõiunxit, gloria in altissimis Deo, & in terra

pax hoibus. Sed considerãda maxima A
Dei in nos dignatio, eiusque mirabile artificium in bonum nrum, ut illud Chrs maximè qrat, q illa duo, q diximus, non sut ad inuicé separata, ut in hoc qrat gloriã pris, in illo pfectum nrm, sed ambo pr coniunxit, ponẽs gloriã suã, in pfectu & bona nostro, uoluitq; pr glorificari in salute, iustificatione, & perfectione nra.
Sic dixit filius Ioã. 15. in hoc pater meus Ioã. 15
glorificatus est, ut fructum plurimu afferatis, & efficiamini mei discipuli. Et hoc
ét est illud Pauli ad Philip. & hoc oro, Phil. 1
ut charitas uestra magis, ac magis abundet in scientia, & in oi sensu, ut probetis
potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in B
dié Xpi, repleti fructu iustitiæ, p Iesum Christu, in gloriã, & laudé Dei, gloria ergo Dei est, repletos nos esse fructu iustitiæ, ex quo manifeste seqtur, q serio, quã taq; aïa cõtétione Xps bonum nostrum & exaltationé intédat, qa cum sume patris gloriam desiderat, ut tm decet filiu, & hæc sita sit in nostri exaltatione, hanc
summe curat. Hinc ipse Ioan. 6. oé quod Ioan. 6
dat mihi pater, ad me ueniet, & eu, q uenit ad me, nõ eijciã foras, qa descendi de cælo, non ut faciã uoluntaté meã, sed uoluntaté eius, q misit me, hæc est aut uoluntas eius, q misit me, ut oé, q dat mihi, nõ pdã ex eo. Nullu ergo reijcit Christus ad eum uenientem, quia hæc est uolũtas & gloria patris. In cuius etiam testimonium, cum cursum passionis, ut gigas pcurrere uellet, ait, ut cognoscat mundus,
quia diligo patrem, & sicut mandatum C
dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc. Sed obsecro, q nobis maior pt esse, consolatio, qd maius spei nostræ admi-
niculum, quam nosse, Deum gloriam Simile
suam posuisse in nostri exaltatione? Si Rex Hispanium omnem gloriam suã, & magnitudinéuellet ostendere in exaltando genere tali hominum, quanta spe, qui ex illo essent genere, beneficia pascerent. Pater æternæ, quando a te meruimus, ut negotia nostra filio tuo commendares, ut propria, & quasi honoris tui, quę sunt commodi nostri? Modo bene Iesu intelligo qua ratione hominibus, tanta bona facias, nec dum na-

tus

A tos,es,iam sanguinem fundis,nó miror, quæ facis, & facies, cum omnia facias pp patris tui honorem,qui in commodo nostro é. Qua potiori oratione ad te ibimus,quam ista,glorifica in me patrem tuum,& ostende in beneficijs mihi conferendus,quantum desideres glorificare patrem. E fonte adeo immenso, qualis est amor gloriæ patris,q riui ,pfluent,ni si tramites immensæ aquæ: Hinc ēt nomen vsurpat Iesus,i.hominum saluator & propugnator, quia ueniens gloriā patris quærere, eam sitam inuenit in nostro commodo, & sic adeo serio hoc curat,ut nomen inde sibi vendicet.

Sed dubitas,qūo gloria Dei maxime B apparet in bono nostro? Respondetur, quia in hoc maxime Dei ostendit boni tas ostendit quidē in eo, quod sine vllo suo commodo vniuersum condidit, sed magis in hoc,quod bona gfæ homine dederit,volens eum esse gratia,quod Deus natura,sed maxime in eo,quod cum his oībus ingratus inuentus homo fuerit venierit sibi naturam humanam vnione suppositi. Quis crederet, cum posuisset imaginem tuā in hoīe,& ille ingratus esset,postea seipsum collocaturum in humana natura? Quæ amatoria pocula ab Exo.15 hominibus Dñe accepisti? quis a te tm̄ extorsit bñficium? utiq; sola diuina bonitas,quæ in hoc maxime declarat. In super cum virtus causæ magis appareat in efficiendo,qua in dissipando,licet operibus iustitiæ Deus glorificet, glorificabor in Pharaone,gloriose magnificatus est, C equū & ascēsorē deiecit in mare,sed hoc dissipare est,cū uero miseretur,tunc facere dr,ac opus exercere. Vnde cum absolute in scriptura dr Deus facere,miam si Iob 9. Ps. 16. gnificat. Hoc allegat Iob,contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuā &c. In operibus ergo miæ maximè Deus gloriosus est. Iō Ps. Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. Merito ergo Christ⁹ Dñs saluator dr, qui adeo intendit operi iustificationis nræ,ꝙ fin est saluatoris munus

Iam vero de tertio saluatoris munere,i. glorificandi iustificatos, dicendum Ge.47. nobis est,& hoc maxime Chrs exequitur. Duplici rōne Ioseph in optima terra Aegypti fratribus prædia tribuit,prima: quia fuit hoc Pharaonis mandatum fratres tui venerunt ad te, in optimo loco,fac eos habitare. Secunda, qa fratres sui erant. Vt ergo maximis bonis homines Xps in cęlo ditet due sūt causæ,prima uoluntas patris eius,secunda, ꝙ fratres eius sumus. Dat ergo hominibus stolam duplicem ut Ioseph, Beniamino,quia frater erat uterinus. Angelis Ge.41. vna datur diuina uisio,hoīb. hæc, & amplius gloria corporis, in qb. homini datur oīno perfecta salus in utroq; hoīe,vt merito hoīum saluator dicatur. Lex nihil ad perfectum adduxit,solū hoīes duxit in conspectu terræ promissæ, sicut Moyses populum sed a longe eam salutauerunt, Sed Christus uelut alter Iosue B cui nomen Iesus concessum est,introduxit homines in illius terræ possessionem cęlum aperies sanguine suo, Habentes itaque fiduciā in introitu sanctorum per sanguinē Christi, sciamus eum esse omnino Iesum,nihil ei deficit ad perfecti sal uatoris munus. Interrogat Aug. lib. 16. Heb.10 cōtra Faustū c. 19. an hoc nomen Iesus, Augu. aliqñ in scriptura prophetatū, & respōdet,esse quidem Exo. 23. ubi locutus dñs Ex.23. de Iosue ait. Ecce ego mitto Angelum meum,qui custodiat te, & præcedat in via tua,& introducat in locum,quem pparauit tibi? obserua eum, & audi uocē eius,nec contemnemdum putes,quia nō dimittet,cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Ait ergo Aug. scrutet scripturas Iudæus, & videat, an de aliquo Angelo dictum sit,est nomen meū in illo,quod vero Christi typum gesserit Io- C sue patet,quia non Moyses,sed Iosue introduxit populū in terrā promissam, qa nō lex,sed gfa Chri nos in cęlum introduxit. Idem dicit Orig. homi. 1. in Ioan. & addit,ꝙ qui prius dicebatur Iosuę qñ dux præficitur,fitq; Christi figura, accipit nomen Iesus,est ergo nomen meum in illo,scilicet,nomē Iesus. Sed cum multi alij typum Christi gesserint, cur hic Orig. solus nomen hēt eius. Respondet Abel Christi typum gessit,sed occis,Isaac immolatu,Ioseph uēditu,sed Iosue vincētis,

A & triumphantis,& introducentis in terram promissam, quod est finis saluatoris, ideo ille nomen habuit Christi, & non alij.

Sed nobis ualde considerandum verbum illud,nec contemnendum putes, quia est nomen meum in illo. Visus mũdo est pater Ignarius strenuus quidem miles Cæsaris, sed contemnere milites, solemus ad ea quæ Dei sunt, sed ne contemnendum putes,quia est nomen meũ in illo, quo mirabilia peregit. An non minima societas est, & tempore nouissimo uenit,cum charitas friguit, sed ne contemnendam putes, quia est nomen Iesus illa:hoc nomen eam effudit per vniuersum orbem,&tres principes nostris diebus traxit ex remotissima Iaponia ad
B Ecclesiam & innumeros infideles, hoc nomen eam fecit omnibus iustis amabilem,demonibus terribilem,& hæreticis formidandam, ut Iesuitas uocent omnes catholicos hæretici Germani.

Omnibus uero nobis Christi exemplo illud colligandum est,vt impleamus nomina nostra,nec vacuum nomen portemus,aut inane, Christiani nomen habes?magnum plane nomen, age digna
1. Pe. 2 nomine tali. 1. Pet. 2. vos autem genus electum,regale sacerdotium, gens sancta,populus acquisitionis, ne degeneretis in belluas,&diaboli mancipia Apoc. 3.nomen habes,quod uiuas,& mortuus es,non enim inueni opera tua plena coram Deo,nomen Christiani, nomen est vitæ,quia fides uiua uiuere facit, si mor-
C tua est Christianus mortuus est,fides ue-
Ge.30. ro semper clamat cum Rachel Gen. 30.
Hiero. da mihi liberos,alioqui moriar ubi Hiero. quasi filij nostri opera bona sunt, qđ ex volunrate candida prodeunt, unde maledicti in lege steriles sunt, quod in spiritu potissimum est accipiendum. B. Maria in epistola ad
Maria. Ignatium ait, mores, & vitam uoto conformes. Concordet ergo illorum vita cum nomine,professio sentiatur in opere.

In Epiphania Domini. A

Vbi est qui natus est Rex &c. Matt. 2.

Maxima scientiarum est, Deum q̃rere,& hæc dr̃ in scriptura scia sãctorũ hodie inquisierunt eũ reges,& inuenerũt,illos sequamur,& nos inueniemus similiter. Gratia stella est, quæ nos ducit ad Iesum, vbi deficit natura, & ars gratia proficit, natura integra mater erat,in Deum nos ducebat, sed lapsa nouerca est,nos abducens a Christo, gratia ergo est,quæ hoc perficiet opus. Sed vbi hanc & Christum inueniemus? vtique inuenerunt utrumque Magi in Maria,inuenerunt puerum cum Maria matre eius ad eam accedamus, &c. Sap. 10.

B Sicut primo Adamo ẽino principe in terra condito continuo oẽ animal diuino istinctu ad eũ uenit vt ab eo nomen acciperet, ita scdo Adamo uniuersorum hrẽde in mũdo nato,continuo hominum cordib. insedit,principem in mundo esse ortũ. Iõ hoc p̃sagiẽte Augusto nomen dñi oblatũ a senatu recusauit, ut Orosi⁹ scribit. Sicut. n. nouo oriẽte planeta, qui tunc dñatur, solet tpis mutatio fieri, & in hominum corporib. influentiæ nouæ sentiri, & infirmi melius sese hẽre,& q hãc uidet mundi mutationẽ,nescit,qũo facta sit,vel a quo, sed interrogatus Astrologus onderet sydus,a quo hæc oĩs mutatio effecta est. Ita ualẽs Deus iponere finẽ tpi sterili, rigido, ĩfirmoq;,dareq; initiũ tpi acceptabili, salutifero, & annis maximæ benignitatis, misit in mundũ, ut sup eũ regnaret planetã nouũ, a quo oĩa hęc bona procederent. Sic cecinit Ecclesia,sydus refulget iã nouum, ut tollat oẽ noxiũ. Hic factũ est, ut saluatore mũdũ intrãte pax vniuersalis firmaret, quã ille effecit tamq̃ priceps pacis de hocq; tpe ex Sybillæ oraculo sũptũ ẽ a Poeta. Orosi⁹ Simile C

Iã redit & virgo, redeũt Saturnia regna. Ex tunc piscina vt dici, magister historiarum, sanare cępit ægrotos, Angelo aquã turbante. Ex tũc ẽt credendũ est mentib. hoĩũ multa bñficia collata, multas cordiũ ĩ melius mutationes, multas in pectorib. inspirationes, quia iam gr̃æ Virgil. Magis.

tempus

A tpus inceperat, & perfecti agentis est sine mora actionem inchoare. Cũ ergo Christus in mundo ortus esset, agere statim cœpit, quarum rerum causam ignorarent multi, sed sia Maria, & Angelo quęrerentur, dicerent, hæc oĩa a Xpo bonorum fonte sydereque nouo orto procedere, & effici. Hanc tpum mutationem
Ps. 147 oñdit Ps. ante faciem frigoris eius, quis sustinebit? emittet uerbũ suum, & liquefaciet ea, flabit spũs eius, & fluant aquæ.
Ps. 64. Cępit iam annus abũdans, de quo Ps. benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebunt vbertate, pingue scent speciosa deserti. i. benedices oĩ benedictione cęlesti anno benignitatis tuæ p
B coronam, per circuitum, mihi non erit bñdictione plenum, visitasti terrã, & inebriasti eã, multiplicasti locupletare eã, prius namque posuerat Deus firmamentũ, ut diuiderent aquas, q̃ erãt sup firma-
Gen. 1 mẽtum ab his, q̃ erãt sub firmamẽto, uñ oĩa liberata ad nos descẽdebãt, sed Xpo veniente ad nos rupti sũt cæli, & fontes
Esa. 64 abyssi magnæ apti sunt. Qd petebat, qui orabat, utinam disrumperes cœlos, & descenderes. Vñ iam non ad mẽsurã dat Deus spũm, sed abũdanter, sicut ergo in quireremus, videreq; curaremus planetã, q in cęlo ortus talẽ mũdi efficeret mutationem, ita omnib. desideratissimũ erat uidere Deum hominẽ factum, a quo hæc mundi mutatio facta est. Hoc desideriũ stella est, qua Christum inq rimus nec. n. inuenitur, nisi q̃situs, q̃rite, & inuenietis. Grandis res immẽsũ opus Deũ in
C uenire, sed difficile, difficilia q pulchra.
Iob 27 Attẽde difficultatẽ Iob 27. hẽt argentum uenarum suarũ principia, & auro locus est, in quo conflatur, sapiẽtia uero ubi inuenit? ꝙ quis est locus intelligẽtiæ? Vere nisi ipse se manifestet, nõ inuenies. Ideo
Gen. 1. sponsa, indica mi'hi, ubi pascas, ubi cubes in meridie, sed manifestat se q̃rẽti eum. Hinc Azarias Proph. 2. Paral. 15. si quæsieritis eum inuenietis, si aũt derelinquetis eum derelinquet uos. Et Asa rex eodẽ ca. si qs non q̃sierit dñm Deũ Israel, moriat a minimo vsq; ad maximũ, a viro vsq; ad mulierẽ, & subiungit, ꝙ fecit populus, in tota uolũtate sua quæsierunt Deum, & inuenerunt. Sed dñe nõ ne dif-
A ficilis hæc lex est, ut non inueniaris nisi quęsitus? lex qdem iustissima, & dignissima, quę oĩno scribatur, & in publicum ueniat, ac obseruatur, nõ te inueniet domine, q non quęsierit te, thesaurus tãtus nõ inuenitur nisi quęsitus, & sicut inueniens eũ inuenit uitam, q me inuenerit inueniet uitã, ita qui non quærit, nec inuenit, inueniatur a morte. Quærũt reges & inueniũt, q a in tota uolũtate sua quęsierũt eum. Ostẽdunt uero in tota uoluntate sua eũ quærere, ꝙ patriã relinquunt ꝙ tãto discrimine corã Herode alium regẽ ꝓclamãt. Sic Deus q̃rit uult eo animi conatu, ut eius cã uniuersa contemnant B
si quis nõ odit patrem, matrẽ, vxorem, & filios, adhuc & aĩam suã, nõ pt meus esse discipulos, ꝓbatos uerosq; amicos Deus desiderat; & ijs se manifestat. Probat, tẽtatq; Deus Abrahã, tolle filium tuũ, quẽ diligis Isaac, & offer illũ super unũ montium, quem mõstrauero tibi, pficit Abrahã opus, q̃tum ex eo fuit, statimq. a Deo audit, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti unigenito tuo pp me, benedicẽs benedicam tibi. Cura tu, ut talia ꝓ Deo perficias opera, ut merearis audire, quia fecisti hanc rem, sicut enim qui magna munera a rege expectat, in bel o constitutus committit se peri culis, & ingentia facta perficere curat, ut eis rex dicat, quia fecisti hanc rem non. n. cuiusuis labori, & operi hæc uerba dicuntur, quia fecisti hanc rem, sed maximo, talibusque operibus quærendus Deus. Et si sic quæsieris C
sine dubio inuenies. Grãde opus Deum quærere, & paruus corde, ac pusillus est, q aliud quã Deum quęreret. Filij hoĩum vsq. quo graui corde? vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mẽdaciũ? Sicut puer, qui uolantes seqtur papiliones, quos uel nõ assequitur, uel si forte assequat, nihil hẽt, quasi qui seqtur uẽ. ũ, & apprehẽdit umbrã, sic q attendit ad uisa mendacia.

Sed qũo quęram, & inueniam Deum. Primo hoc firmiter in corde tuo statue. Deũ quæsiturus sum, sicut ille, q ait, tibi dixit cor meũ, exq̃siuit te facies mea, faciem tuã dñe requirã, totũ in hoc cor intende. Deut. 4. cum quęsieris Dominum Deu. 4

A Deum tuum inuenies eum, si tñ in toto
Sap. 6. corde quæsieris. Et Sap. facile uī ab his
qui diligunt eam,& inuenitur ab ijs,qui
Pro. 2. quærunt illam,et Pro.2.si q̃sieris eã quasi
pecuniam, & sicut thesauros effoderis il
lam,tunc intelliges timorē dñi,& sciam
Dei inuenies. Reges hodie quęrunt inue
niūt,sequamur eorum uestigia,ducti.n.
Esa.60 illi sunt cælesti lumine, iuxta il ud. Esa.
60. ambulabunt gentes in lumine tuo,
& reges in splendore ortus tui,splendor
Christi fuit stella illa.
(Cum natus esset Iesus, ecce Magi.)
Prius uenit Xp̄s,deinde Magi venerunt
p̄uenit ille seruos suos, beneficia confert
prius,quã officia suscipiat, uenit Xp̄s in
Can.2 Bethleē, ueniunt deinde Magi, sed Xp̄i
aduentus pura mīa, illorum vero aduen
tus debitus ex iustitia. Petierat sponsa,
B ueniat dilectus meus in hortum suum,
& comedat fructum pomorū suorū, ue-
nit iã dilectus,implet spõsa p̄missū,dans
ei poma sua, natiuitas ergo Xp̄i tēporalis
cã est nr̄æ spūalis. Sicut primus Adã na
turæ pr̄, sic secūdus grāæ pr̄, factus est;pri-
mus homo in aīam uiuētem,sed nouissi-
mus Adã in spūm uiuificantem,quasi pa
ter futuri sęculi,iã ergo incipit generatio
nem hanc spūalē filiorū Dei. Nec obstat
huic gñationi,quod puer est, qa sicut pri
mus Adã cõditus est a Deo perfectus in
uita naturali, ut posset filios generare,
ita secūdus perfectus est in grā,gnaret filius
De.31. pr̄,cur.n.est? Iõ dictū est mulier circun-
Esa.8. dabit uirum, & anteq̃ sciat puer uocare
C p̄rem,& m̄rem, auferetur fortitudo Da-
masci,spolia coram rege Assyriorum,in
huius ergo testimonium,(ecce magi.)
Ro. 1. Magi,i.sapientes,si.n.Pau. dicit se de
bitorem sapientib.& insipientib.quō ijs
dem debitor Xp̄s nõ erit? q ergo insipiē
tes pastores ad se traxit, mō sapientibus
debitum soluit. (Ecce magi.)Sed quō
sapientes uocat, qui stultam fecit sapiam
huius mundi? hac lege uocat,ut qui uult
sapiens esse inter uos stultus fiat. Vę,qui
sapientes estis in oculis,& coram uobis-
metipsis prudentes. Vide quō hi stulti
facti sunt,an non stultitia apparet infan
tem in p̄sepio positū adorare humiliatur
ergo sapiens,sicut ille,qui ait,nihil me ar

bitratus sum scire inter uos,nisi Christū A
& hunc crucifixum, & sic paruulos fiet, Phil.3.
implebiturq. in eo illud,reuelasti ea par-
uulis Ecce ergo Magi,sed pastores pro-
pe Christum erāt,iõ nocte natiuitatis uo Mat.2.
cantur,& ueniunt reges uerò p̄cul sunt,
ideo tardius ueniunt. Pauper facile acce
dit ad Xp̄m,prope.n.est, diues longe,iõ
difficilius,sed Xp̄o ueniente uos,qui era
tis longe,facti estis p̄pe,iõ tanto affectu
desideratus Xp̄s ab Esa. est, vtinam dis- Esa.64
rumperes cœlos, & descenderes, a facie
tua montes fluerent, sicut exustio,ignis
tabescerent,& aquæ arderent igne, quis
mons non humiliabitur coram Deo pue
ro? aquæ multe populi multi Apoca.14.
gentes ergo,oēs a calore maximo supera Ap. 14
tæ ardebunt Christi igne. Qñ ignis excel
lit,uincit aquã,qñ aqua excedit,uincit i-
gnē,tantus ergo de cælo descendit ignis, B
vt oēm uincat aq̃, iõ hodie aq̃ uertuntur
in uinū, ut ignẽ oēm nr̄am frigiditatē
per Christum in calorem conuertendã,
(Ecce magi,) apparuit maxima uisio ru-
bi in mundo,sicut ergo ait Moyses: Va-
dã,& uidebo uisionē hãc magnã, sic dñi Exo.3.
reges,eamus,inquiramus, uideamus ui-
sionē sūmã,Deū hoīem,(ecce Magi.)Ec-
ce uenit colūba in arcã, ut manu Noe in Gen. 8
eam,recipiatur,ecce gētilitas ad eccl̄am, Ma.13
(ecce magi.)Iã thesaurus est in agro, iã p̄
tiosa margarita in mundum(ecce magi,)
ecce negotiator diues auro plenus uenit
ut emat agrū illum,margaritã illã. Iã cū Luc.1.
apparuerint uiscera mīæ Dei nr̄i,quibus
nos uisitauit oriens ex alto(ecce magi)
ecce filius prodigus gentilitas. s. uenit, C
reditq. ad patris domū,& p̄sternēs se di Lu.15.
cit,pater peccaui in cælum,& corã te, &
offerēs se in mercenarium,suscipitur in
filium(ecce magi)audita Salomonis fa-
ma uenit regina Sabba cum muneribus
(ecce magi,) exploratores gentium ue- 3.Reg.
niunt explorare p̄missã terrã,secūq. de- 10.
ferre botrum illum,de quo scriptum est, Nu. 13
botrus cipri dilectus meus mihi, (ecce Cant.1
magi)ecce Rebeccã ornatã montibus ue
nientem obuiã Isaac qua sic ille lætatus
est, ut dolorem ex matris morte, scili- Ge.24.
cet Synagogæ ei relictum tolleret,atque
delerent,(ecce magi,)ecce Iaco. furatur
bene-

A bñdictionẽ Esau,gentes bñdictionẽ Israelis. Hodie repudiatur inobediens Vasthi Synagoga,& introducit Hester pulchra. O ineffabile mysterium,& oĩ considerationẽ,& ponderatione dignissimũ q in extasim Paulum rapuit,qui.n.desiderat Dei in Synagogã amorem,& blãditias,q eam creauerit nutrieritq; quasi dilectũ filiũ, in brachijs portauerit, flagellauerit Pharaonẽ,duxerit eam p mare,& desertũ colũna ignis,& nubis, pauerit manna cælesti : & potauit aqua de petra, cõstituit eã sup excelsã terram cũ tñ gẽtiũ videret oblitus,deinde vero descẽdẽs in terram,& cũ hoĩb.conuersatus oĩno reiecit Synagogã,gẽtes in domum suã admittẽs. Hoc admiratus Pau.expauescit, nec quid aliud loquatur nouit, q altitudo diuitiarum spĩæ, & sciæ Dei, q incomprehẽsibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius,quis cognouit sẽsũ dñi?aut quis cõsiliarius eius fuit? Ro.11. adeo est pfundũ hoc mysteriũ,ut paueat oĩs, & cõtremiscat qui illud perpẽderit.

Ge.27. Heste. Ro.11.

Sed obsecro dñe,qñ obliuisceris populũ dilectũ?qũo uel saltẽ eius patres nõ cõsideras? Abrahamũ, qui nõ dubitauit patriã relinquere,filiũ imolare Isaac, & Iacob fideles tibi, quibus tot exhibuisti promissa, Moysen, & Dauid, adeo tibi caros?ubi tãtus sacrificiorũ sãguis coram te effusus?an hæc a tua excidere memoria?& si in eius locũ susciperes populũ, qui tibi aliqñ inseruisset,uel æqualia prçstitisset obsequia,num adeo mirũ,sed suscipis gentes,quæ adorauerunt scu'ptibilia,dęmones,& ĩfima queq; aĩalia. Sanè ad hæc dicet,nobis dñs, ab ingratis tollẽda esse dona Dei,q ille dat p gratia sua, cui libuerit,a Iudæis iuste toduntur,gentibus misericorditer dantur, oẽs ergo timeamus,& paueamus,ne fo te,psillamus,& oẽs iustitiæ nr̃æ non recordẽtur amplius. Nec verò vllus diffidat,qa siuo lueris Deo adhęre, obliuioni tradentur vniuersa peccata tua, & in domũ Dei reciperis,sicut nunc gẽtes suscipiunt. Eze. 33. iustitia iusti nõ liberabit eũ,in quacũque die peccauerit,& ĩpietas ĩpij non nocebit ei,in quacũq; die conuersus fuerit. Minus uerò fidẽdũ ubi in patrib.iustis, & sanctis aduocatis si impius esse uolueris, Sicut.n.cũ pditionẽ molitus est quispiã,oĩa patrũ eius obseqa obliuioni tradunt,oĩs sanguis,quẽ p regib. fuderunt & cũ inuẽta fuerit,& depħensa mulier, adulterio,statim ob iuscit vir oĩum obsequiorum eius,& oĩs amor's pteriti:soliũq; recordat adulterij pñtis. Sic Deus nr̃ tecum aget,cauẽdũ ergo nobis maximè,ne reijciamur,& in nr̃i locũ admittatur alius. Nouit.n.dñs.Luciferum de cæli altitudine pcipitare,& Iudam ab apostolatu reijcere,& latronem de cruce assumere secũ in paradisũ, & Magdalenã de immũditia in cęlũ usq; leuare. Iõ seruite dño in timore,& exultare ei cũ tremore,apprehendite disciplinã,ne qñ irascatur dñs,& pereatis de via iusta. Qd si & hi,q iusti sunt, Deoq; adhęrẽt ĩ timore,& tremore esse debẽt,quidni peccatores paueãt? Cõfide ergo, si uis cõuerti in mĩa eius,q uocat gentes, paue iustitiam eius,q dereliquit Synagogã,uia.n.inter spẽ,& timorẽ optima,& secura est ad Iesũ inueniẽdũ. Sub his duab.alis proregẽdi sumus cũ Psa.sub vmbra alarũ tuarũ ptege me,nec ergo sic iustitiã declinesvt desperes,nec sic in mĩam, ut uanè fidas.

Eze.33 Psal.2. Psa.16

Ab oriẽte)venerunt,egrediunt de patria,ut Christum inuen ãt,Herodes manet in Ierusalem,nec inuenit. In lectulo meo(ait sponsa)per noctem qsiui, queın diligit aĩa mea, quæsiui eum, & non inueni. Bern.quem in lectulo tuo quærens non inuenisti,proculdubio inuenires, si in eius lectulo quæreres,in cruce,s. ut ergo Christum inuenias, oportet ab intellectu,& uoluntate tua discedere,sic eduxit dñs Abrah m de terra,domo, & cognatione,sicut ergo ad fidem oportet intellectum captiuari,quod est educere cũ a terra sua,& ad peregrinam ducere, sic ad probos mores captiuanda est uoluntas. Deinde reduci a Deo quo ipse uoluerit,patere, nec ei contradicas. Ducit te Deus,per uiam paupertatis,infirmitatis,dolorum, uoluntas tua acquiescere non vult, sed cum Deo pugnare,ut altera uia ducatur,infœlix tu,si uoluntasvincit tua,ibique accidit illud,quod de quibusdam Psalm.ait,dimisi eos fm deside

Can.5. Bern.

ria

A ria corpis eorum, ibunt in adinuentionibus suis, peribis in hac uia. Cōsiliū ergo
Psa.80 illud suscipe Iob 22. acquiesce Deo, & pacē habeto, & p hæc habebis fructus am-
Iob.22 plissimos. Duci ergo te a Deo permitte: id.n. significat acquiesce Deo, & pacem habeto i. esto contentus sorte, quam tibi Deus tribuit. Cum a sene interrogaretur Ioan. isti qui sunt? & vnde venerunt? pclarè respondit Domine tu scis, optima
Apo.7. sanè responsio, dubium tibi subrepsit fidei, dic, Domine tu scis, si dubium, quō in tot laboribus mihi sustinendum? Dñe tu scis, Nouit ille, qui hæc ordinat, acquescam ego Deo. (Vidimus.n. stellam eius in oriente & venimus statim tanto cordis ardore) cum diuinum videris lumen continuo veni, cum illud tibi acciderit, quod Paul. ait. Deus, qui dixit, de tene-
2.Co.4 bris lumen splendescere, ipse illuxit in
B cordibus nris, qre eum festinanter, ut hi qui dieb. tredecim longum iter cōfecerūt si.n. tardus es, & lento incedis gradu, qn tam longū iter conficies? Surge, comede
Sed uerba sequentia adhuc dure so Cyril. nãt. Quid mihi, & tibi? Cyril. li. 2. in Ioã Chrys. nem, Chrys. hom. 20. in Ioannẽ contra Maximus. riũ colligunt, s. reuerentiã, q̃ filius matri Gaudẽtius. debet, exẽplo ei⁹, quã hodie X p̃s prętat. Maximus hom. 1. in festũ Epiphaniæ, & Gaudẽtius tractatu 2. dñt, Mariã spiritu prophetico afflata penitus vinum, & ministris dixisse. (quodcunq; dixerit uobis facite.) Quib. uerbis patet, illi duram rñsionem non fuisse, cum secura de miraculo fuerit. Sed q̃uo uerba ista aspera nõ Iustin⁹ sunt? Audi Iustinum Philosophum, in signẽq; martyrẽ in li. q̃stio. q̃one. 136. interrogat, an liceat parẽtes aspernari, & rñdet, oĩno nõ licere, sed obijcit, vt̃ X p̃s aspernari, cum dicit, quid mihi, & tibi? rñdet, sensus est nr̃æ curæ nõ est, ad me, vel ad te pinet si vinũ deficiat, si tamen ex singulari tua charitate uis, ne deficiat vinum, dic ministris, ut q̃ dixero, faciant C non igitur verbis matrem increpuit, quã operib. cohonestauit hæc Iustin⁹. Quod vero additur (Nondũ uenit hora mea.) Sic est accipiendum, licet tp̃s miracula patrandi nondum venerit, tñ pp te, & petitionem tuam, faciam miraculũ ante tp̃s constitutum, cũ nõ sim alligatus tẽpori q̃a miracula alia non fecit vsque ad Ioannis incarcerationem, sed q̃a Marię nihil negari põt, pp eã hoc pueniti miraculũ Augustinus explicat, nondum uenit hora mea, in qua me ostendã filium tuum, in cruce, scilicet. Alij ut Chrysost. nondum apparuit necessitas, quæ est tp̃s faciendi miracula. Et tandem Richeri⁹ A lib. 3. de laudib. virginis c. 19. ait increpa Richerius. ta Maria non est, q̃a oĩs expers culpę, q̃ filius manifestauit faciens quod petit, nec. n. facere, si male peteretur, sed propter nos responsio illa data est instruendos primum non a matre accepisse, unde miracula faceret, sed a patre, vnde se Deum ostendit, s̃m ne in spiritualibus agendis parentum curam geramus, nec ad eos nimium efficiamur, sed solum Dei spectemus gloriam.

Sed sedm legitimũ sensum, quo X p̃s significat quid mihi, & tibi, i. quid mihi tecum est, est. n. Hebræa phrasis, cũ duo datiui media coniunctione ponuntur, id significare ut Ioel 3. verum ñ quid mi B hi, & uobis Tyrus, & Sydon? & Matt. Ioel 3. 27. nihil tibi, & iusto illi, & Matth. 9. q d. Matth. nobis, & tibi Iesu filij Deo pro quo nos 27. & 9 dicimus, (quæ me quieres, vel quæ tienes tu q̃ uer cõmigo?) sic ergo accipiendo, cõmunis expositio est, hoc miraculum nõ s̃m naturam quam a te accepi facturus sum, sed s̃m diuinitatẽ, in qua nihil tunc cõe est, ideo te nunc non agnosco, qñ ut Deus operaturus sum, qñ, uero secundũ humanitatem, quam a te habeo, patiar, tunc te agnoscam in cruce. & discipulo te commendabo, ideo subiungit, nondũ uenit hora mea. i. hoc passionis tempus, qñ reagnoscam, ita Augustinus Beda Aug. D. D. Thom. Lyra, & interlinearis, Dicen Thom. dum ergo verba hæc dura non fuisse, q̃a Beda. in uerbis non tantum attendendum est, Lyra. quid sonant, sed quo vultu, & quomodo & interli. proferantur, nam eadem uerba diuerso modo prolata, & iracundiæ, & amoris C esse possunt, vultus ergo & uox tollunt illam ambiguitatem. Hæc ergo uerba dixit matri Christus uultu hilari, & dulcissimo qualem semper cum matre habuit, ac si diceret. Quid properas? sine modo paululum, faciam, sed tempus commodius expecto, agnouit Maria filium annuisse suis precibus ex eo quod ministris dixit, quodcumque dixerit uobis facite. Quod uero sibi annuerit, non ex verbis colligitur, ergo colligit, Maria ex vultu, & modo dicendi, expectauit uero, ait Chrisost. ut defectus vi Chris. ni

A ni manifestaret, vt miraculũ eẽt clarius. Sed vltimo dicamus, Mariã, hic dure tractatã, atq; a filio reprehensam in maximũ nobis cõmẽdandum mysterium. Qđ tanta est in nos Mariæ charitas, & beneuolẽtia, ut uideat reprehensione digna. Deũ a sanctis reprehẽsum pp ineffabilẽ in peccatores mĩam sæpe audiuimus in scriptura. iam diuina mĩa dr excessus Dei, iã propter nimiã charitatem suã, iã multus ad miserendum, iam uino inebriatus, iam obiurgant illum propbe
Hab. 1 tæ, ut Ionas, & Habacuc. quare non re-
Ps. 93 spicis cõtẽptores, & taces deuorante im
Ma. 10 pio iustorum ser & Ps. vsq; quo peccato-
Lu. 15. res dñe iam de hoc murmurant, qui pri-
B ma hora uenerũt iã filius senior irascit. Ad quid hæc oĩa in scriptura inducunt? num in Deo culpa? num, quid reprehensione dignum absit, sed ut tãta significet mĩa, ut limites excedat humani iudicii & superabundãs uideat, ut ergo eius magnitudo declaretur, licet sit iustissima, de ea tñ, ut de reprehensibili solet loqui scriptura. Simile hodie Mariæ cõtigisse uĩ, tanta eius in nos mĩa, cura chãtitasque ut oret pro oĩb. ẽt ad eam non pertinentibus ẽt pro profligatissimis, cui Xp̃s, quid ad te, & ad me de his, q inimici sũt? Quasi eã reprehendit Xp̃s, non qp̃ reprehẽsibile illa præstiterit, sed ut maxima, & superabũdãs eius in nos cura demonstretur. Quia hęc est illa spõsa Isaac, q̃ nõ solum hoĩ, sed & camelis potũ tribuit, & in hoc dignoscitur Dei spõsa, si pctõres oẽs reci
Ge. 24. piat, si ẽt eos, qui lõge sunt, trahat. O vnicũ hoĩum refugium, si superatus fuerit
C ab inimicis populus tuus, peccaturus. n. est tibi, & cõuersus orauit in domo ista, tu exaudies de cęlo, & reduces eos in terram suam: tu ò beata virgo templum hoc es, ò ergo unica spes nostra salue, tu, quæ anteuenis miraculorum tpa, fac ut ante tempus recipiamus a filio tuo, quæ propter nos non meremur, te. n. præsente factum est, ut usus rationis accelerare tur ante tempus Io. Baptistæ, te petente ante tempus miraculum hoc factum est, te ergo petente donentur nobis cõtinuo, quæ in longum erant, tempus differentia. (implete hydrias aqua.) Refert hic

Iansẽ. ex Epiphanio hoc die aliquos fontes manasse uinum pro aqua in tanti miraculi recordationem. Versa aqua in uinum est, quod miraculum pgnosticum fuit eius, quod Deus cum suis facturus est, iustus. n. aqua in uinum, uertitur contra reprobis vinum in aquã his duobus uniuersa constat scriptura. Aqua. n. tribulationum iustorum, in uinum uertenda est consolationis, contra vinum consolationum improborum, in tribulationis aquas uertendum. Eze. 39. egredien A Iansẽ. Epiph Ez. 29.
tur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma clypeũ, & hastas arcum, & sagittas, baculos, & contos, & succendent ea igne septem annis, & non portabunt ligna de regionib. B
neq. succident de saltibus, quoniam arma succendent igne. Modo ignis succenditur tribulationum in arboribus iustorum, sed postea peccator, quia arma fuit diaboli, lignũ erit, quo ignis inferni succendatur. Vt ergo omnis iustus cõfidat aquas tribulationis eius in uinum cõuertendas, hoc primum miraculum operatur. Præterea (implete hydrias aqua.) Timoris, ut uino gratię, & charitatis implemini. Hoc uinum ab eo accipere debemus, q ait: ego sum vitis vera. Vidit tres propagines pincerna Pharaonis, & ex altero eorum vinum Pharaoni exprimebat, tres propagines tres sunt personæ diuinæ: a quibus procedit vinum gratiæ, sed singulari ratione ab una propagine vinum hoc colligimus, a Christo. s. qui hanc nobis dat, & meretur, per quem habemus gratiam, & redemptionem restituti, ut pincerna in gradum prístinum. C Ioã. 15 Ge. 40.
Sed primum, ait Xp̃s, implete hydrias aqua, timore. s. cuius defectu innumera peccata inundant. Ideo Ps. confige timore tuo carnes meas, Chryso. quis tenebit equum ferocem, nisi timoris fræno? iste est fortis armatus ait Berna. custodiens atrium suum: replendi ergo sumus hoc timore. De Christo ait Es. replebit eum spiritu timoris Domini. Sed nunc timorem cum seruulis est, uertit Christus in vinum amoris, cum perfecta charitas foras mittit timorem. Ps. 118 Chry. Bern.

Præterea. (implete hydrias aqua.) Gre. Greg.

A hom.6. in Io. etiam si stultum id uideatur, & vino efficiendo contrarium. Vt hinc discas Christi mysteria. Sicut aqua illa verbo Christi versa est in uinum sic ex uino fit sanguis Christi, verbo Christi accendente, nec curioso inquirēdum, vt quid aqua infunditur? quodcunque dixerit uobis facite, quia quod stultum uidetur mysterium est grande. Sic Naamā iussus mergi in Iordane ait, vt quid hoc? nonne meliores fluuij Syriæ? non agnoscebat vim, quæ erat in prophetę verbis, quam obediens expertus est. Sic Baptisino, quę est ista tanta uirtus aquæ, vt corpus tangat, & cor ambulat, nisi faciēte verbo, ita in reliquis est sacramentis, quibus uerbo uirtutis diuina additur. Similiter te habere debes cum Deo, in omnib. his, quę de te uoluerit, subiicere illi, & quo uoluerit dirigere, perge, licet tibi appareat minus conueniens, nihil uino magis aduersum, quam aqua, & ex hac Deus vinum conficit, tibi vr̄ incongrua infirmitas, paupertas, Deus tñ perficiet opus suum, quo illi placuerit medio.

Augu.

B

Ps. 44. Quodcunq; dixerit vobis facite.) Primum, quod a Dei sponsa petit Ps. est. Au
Ps. 47. di filia, et vide, ne sis uelut aspis surda obturans aures suas, quæ non audit uocem incantantium, audi uocem cęlestis incātatoris, fietq; in te, quod incātata aspide, quæ nulli nocet, sic qui diuino uerbo incantatus est, nulli est nocuus, nullū mordet, aut lædit, vider, ac si non uideret, habet vxorem, quasi non habens. Audi ergo Christi uocem, & esto ei quasi concha se aperiens rori cęlesti, & eum cum colle C gerit, clauditur, fiuntq; in ea margaritæ, sic suscipe in te Dei uocē, & oi bono plenus eris. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur sicut in crassitudine anima vestra, inclinate aurem ut stram, & uenite ad me, & feriam uobiscum pactum sempiternum Esa.55. sed quod hoc pactum? tu eris mihi sponsa, ego sponsus tuus, dilectus meus mihi, & ego illi, &c.

Esa.55
Can.2.

A

Concio II. In Domini. secunda post Epiphaniam.

Them. Nuptiæ factæ, &c. Ioan. 2.

PRimum Xp̄i signum hodie factum Ioan. testatur, & Mariæ oratione factum est, ostendit ergo hodie Maria duo primum misericordiam in nos, uoluntatemque nostris necessitatibus occurrendi, secundum potestatem, qua efficaciter obtinet, quod nobis uelit occurrere, misericordia eius certos nos facit, quod possit, dignitas matris ostendit. Huic matri dictum uere est, quod Salomon dixit, pete mater mea, neq; enim fas est, 3.Re.2
vt auertam faciem tuam, eius ergo intercessione gratiam nobis concedi exoremus. B

Basil. de abdicatione rerum ait, qui vult omnes saluos fieri Deus, diuersos instituit status, ut omnibus prouideretur remedium facile salutis, ut ubi hic non congruit, altero possis facile uitam ducere. Et cum virginitatis status altior sit, & difficilior, de quo proinde Iesus dixit, qui potest capere, capiat, noluit ad tātam difficultatem quempiam obligare. Solet quidam dominus, aliud difficile petere, vnde grauia quædam hominibus offert discrimina, quibus hominem probat, vt non absq; difficultate cœlum petatur sed ad perpetuas uincendas, quę in statu virginum sunt obligare noluit. Matrimonium ergo concessit, quo hominum species propagaretur, & fragilitati hominum prouisum esset, qui non se possent continere. Ipse ergo primum matrimonium instituit in paradiso, qd' postea consecrauit in sacramentum, & est eximium sacramentum in significatione, significat enim unionem verbi cum humanitate, & Ecclesia, ut Pau. ait sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Xp̄o, & Ecclesia Cum.n. status hic multum hēat ex his, quæ ad mundum, & carnem spectauit, uoluit illum spiritualem reddere, sacramentum instituens

Basil.

Ma.19

C

Eph.5.

A tuens,& cum p'ura hēat impedietia uiā spiritus, uoluit in eo gratiam dare, qua
Greg. spiritualiter in eo uita duceretur, & impedimenta vincantur. Greg. Est quædā via plana, facilis, in qua obstaculum nul
Simile lum est uiatoribus est alia difficilis inter uepres,& ramos, in qua impedimenta sunt, quæ uiatores detinent,& aliqñ vulnerant. Via quidem virginum plana, &
1. Co.7 sine impedimento, coniugatorum vero plena impedimentis. De quibus Paul. 1. Cor.7. tribulationem tñ carnis habebūt
D. Th. hmōi. Vbi D. Tho. per carnis tribulationes intelligit occupationes in tpalib. solicitudines, curasque. Cōtra oīa ista impedimenta sacr̄m instituitur, quo gr̄a cōfertur,& ut in sacr̄m cōsecraret, venit X p̄s ad nuptias, quia uirgo viam in cælum a-
Simile git, sed equo vectus, facileq. plus itineris conficiens, sed vxoratas quasi pauper, q oneratus filijs, & vestibus pedibus iter
B agit multo labore,& sero deueniet adhospitium, ad cælum quidem veniet, sed oneratus, lassatus,& multa cum difficultate, a qua ne uincatur, gratiam in sacramento recipit.

Sed ut his, qui matrimonio iungūtur, ostendat, qūo se in hoc statu habere debeant, regulas ex Euangelio, colligere licebit, f. ut fiat matrimonium in Chana Galileæ, adsit X p̄s,& Maria,& discipuli. Quæ ut commodius intelligantur, & optimū proponatur exemplum his, q matrimonio iuncti sunt, attendendum est, qualiter se X p̄s dn̄s habuerit in duobus matrimonijs, in quib. ipse spōsus est, quorum figura est humanum coniugium, atque adeo illa dēt imitari, ut perfectū sit. Primum X p̄i matrimonium celebratū est in virginis utero, cum uerbum diui-
C num humanitati nr̄æ in suppositi unitatem copulatum est, quod aliqua ratione matrimonium dr̄, propter naturam conuenietem diuersitatum, licet persona vnica sit. 2m fuit cum Ecclesia, quæ cōgregatio fidelium est, q celebrari cæptū est eodem tpe quo primum, sed perfectū in cruce est, cum dixit, consummatū est. Vi
Ma.27 dendum ergo nobis est, qūo se in his habuerit coniugiis X p̄s dn̄s, inde.n. quasi ex exemplari colligere debent, qui matrimonium contrahunt, qualiter se habitu- A
ri sint. Et primum oīum intentio, finisq: illarum desponsationum, & q impulit, ut desponsaretur, non fuit sponsarū nobilitas, pulchritudo, aut diuitiæ, q̄ in spōsis nullæ erāt, nec uerò delectationis, & dulcedinis desiderium, qm̄ his desponsationib. id non est assequutus, sed crucem sed dolores, sed opprobria. Intēdit ergo filios procreare in glīā, & honoré patris sui, patriarchas, martyres, virgines, confessores,& dum in cęlum redeat, duabus turmis filiorum congregatis, sanctorū, f. ex veteri,& nouo testō, ut alter Iacob, q Ge.32.
dicit, ecce regredior cum duabus turmis faciles ei apparent labores omnes, quos B
pertulit, nec solum seruit 14. annis ut Iacob, sed 33. & denique vsque ad morté, & multo plures laborasset, si opus esset, Esa.53
ò maximus amor sponsi, si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semē longæum, & misit Deus filium suum factū Gal.4.
ex muliere, ut adoptionem filiorum reciperemus, ut talis in mundo generatio esset, quærentium dn̄m, quærentium facié Dei Iacob, voluit humanę naturæ,& Ec Psa.23
clesiæ desponsari, & uitam profundere non dubitauit, hic finis, hæc intentio desponsationum Christi fuit.

Sed uideamus, vnionem, dilectionem huiusque opera cum sponsis. Vnio summa est cū natura humana, maxima post illā, q̄ est in trinitate, maxima cū Ecclesia, vt vna sit cum ea caro: unus spiritus: amor inexcogitabilis: qualis uniuerso libro Canticorum exprimitur & opera il C
lam satis testantur cum enim in sponsis non esset aliud, quam dolores, & miseriæ, sponsus verò ornatus esset infinitis perfectionibus, sic tamen sponsas dilexit ut earum dolores, miserias,& paupertatem assumens sibi, illis contulerit diuitias suas, opera, nobilitatem, pulchritudinem. Perspice an hæc fecerit,& primò cū prima sponsa humanitate, f. dilexit eam sibique vniuit vnitate suppositi,& oīa in fima, quæ eius sunt, sibi assumpsit, de eoque vsurpantur, eique tribuuntur sicque dicimus, Deum passum, crucifixum, flagellatum,&c. contra omnia, quæ sponsi sunt maxima desponsa dicuntur, sic dicitur-

A tur hõ Deus, adorandus ab Angelis, creator cęli, & terrę tanta.n. vnitas eius cum humanitate est, vt idiomatum sit cõicatio. Cum secunda vero sponsa similiter, ac cum prima se habet suo ordine, Chrs .n. dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam &c. mortuus est, ut illa viueret, paup factus, ut eam ditaret, sanguinem fudit, ut lauaret eam, eius mala accepit, ut sua ei bona tribueret, & qui eam tangit, tangit pupillam oculi mei ad eam mittit omnes administrationis spiritus, dulcedines, delitiasque cęlestes, ecce finem desponsationis Christi, ecce vnionem, amorem, & opera eius cum sponsis suis.

Eph. 5.

Zach. 2

Hoc exemplari ob oculos posito, facile erit nosse, quale debeat esse matrimonii inter fideles si.n. illud figura est mrimonij Christi, illud poĩa dẽt imitari. Sicut ergo Xps non intẽdit spõsæ pulchritudinem, ita fidelis cum uxorem ducit, intendere non debet pcipuè spẽm, ac decorem, sicut fecerunt filij Seth. ducentes in vxores filias Cain, sicut scriptura dicit videntes filij Dei filias hominum, qd essent pulchræ, acceperunt uxores ex oĩb. quas elegerant. Nec vero intendere dẽt delectionem, vt septẽ uiri Saræ filiæ Raguelis, pp q̧ in eos dæmon ptãtẽ habuit. Sed intendat generationem filiorũ Deũ timentium, ac colentiũm, sicut intendit Thobias Angeli mon.tu, & sancti pr̃es, quam doctrinam Thobiæ Raphael longe disseruit, & eo factum est, ut dęmõ cõtra eum nihil agere potuerit. Deinde coniugum dilectio similis esse debet Xp̃i dilectioni in Ecclesiam, & humanitatẽ suã Ephes. viri diligite vxores uestras, sicut Xps dilexit Ecclesiam, & tradidit semet ipsum pro ea iam non sunt duo, sed una caro, ait Pau. illudq; colligit ex illis uerbis, erunt duo in carne una, uñ debet diligere uxorẽ tanq̃ seipsum. Qua rõne non seorsũ fęminã condidit Deus, sed ex uiro eam desumpsit, ut eã diligeret, tanq̃ partem sui, & os Adæ Eua datur, ut non erit uir solicitudinẽ suam cõicare mulieri & fortitudine uirili mulieris infirmaportare. Mulier verò tanquam caput uirum

B

Gen. 5.

Tho. 3.

Tho. 6.

Eph. 5.

C

Gen. 2.

Eph. 2.

reuereri dẽt. Iõ Paulus, mulieres subditæ sint viris, sicut dño, quia vir caput est mulieris. Vñ Pet. sic ornabant se sanctæ mulieres, ut Sara, vocãs Abraham dñm suum. Multis nobilib. mulieribus nunc mos est, viros dñs uocare, vsus est scripturæ, primum à Sara vsus habitus, & à Petro laudatus. Sicut ergo Xp̃o subiecta est Ecclesia, ita mulieres subditæ sint viris suis in omnib. Eph. 5. Filii ẽt docendi sunt in Dei timore, qui finis coniugij est. De quo innumeratũ dicta, tũ exẽpla in scriptura diuina repies passim. Quę oĩa, vt recte fidelibus pstari possit, maximũ beneficium in lege grã concessum hoĩb. est, dum mrimonium sacrum a Xp̃o est institutum, q̧ digne suscipientibus grãm confert, ut castitas seruet coniugalis, mutuaq; fidelitas, & amor, & educatio bona filiorũ fiat. Qui vero hoc sacrum in mortali pc̃õ recipit, hãc ñ accipit grãm mortaliter peccat, estq; sacrilegiũ, iõ optimum est consilij confiteri añ desponsationẽ. Verũñ est postea recedente fictione gratiam huius sacramenti dari.

A

1. Pet. 3

Eph. 5.

B

Ex dictis sequitur, qua rõne multa infausta sint matrimonia, & in eis uinum deficiat lętitię, nec fidelitas seruetur, nec amor, nec filij educati sint, ut decet, quia nuptiæ tuæ factę non sunt in Chana Galileæ, non in eis Xp̃s fuit, non intentione debita nuptias es ingressus. Chana zelũ significat, Galilęa transmigrationẽ matrimonium ergo in Chana Galileæ fit cũ ea intentione nupsisti, eo zelo, ut filii procreentur, qui a terra in cælum transmigrent, tum fit Dei amore, & gloriæ eius desiderio, & in Galilæa, i. transmigratione matrimonium contrahit, cum q hñt vxores, tanq̃ non habentes sunt. Si uero nupsisti tanq̃ æquus, & mulus, ut libidini uaces, & Deum a tua mente repellas, quid mirum si Asmodeus in te potestatẽ habeat, quod sonat dissipator, si, nupsisti, ut filij Seth pp pulchritudinem, quid mirum dicat tibi Deus, quod illis dixit, non permanebit spiritus meus in homine, qa caro est, & quod ex hoc matrimonio gigantes oriantur, ut olim, qui republicam turbent, & permant ?

2. Co. 7

C

Gen. 6.

Si etiam non vocasti Iesum, & Mariã si cau-

A si causam istam cum Deo non tractasti ofone, sacrificijs, & eleemosynis, sed so-
Pro. 19 lũ cũ amicis, & cõsanguineis, qd mirum
Ecc. 16 si tibi nõ ex uoto succedat? Hic Sapiens, domus, & diuitiæ a parẽtib⁹, a dño autẽ propriè uxor prudẽs. Et Eccl. pars bona mulier bona, & dabit uiro pro factis bonis tu vero, ut tibi bona mulier detur, non a Deo obtinere factis bonis, sed vanitatibus, vestibus, nutib. id te assequutu rum credidisti, illa uerò, ut sibi acquirat virũ bonũ, putat sibi exterminandam faciẽ unguẽtis, quid mirũ si innumera ue-
Ge. 27. niant incõmoda? Sic nupsit Esau cũ ijs, quæ offendebãt patris, & Rebeccæ oculos. Quãaliter Abraham, & Eliezer, ut sponsa n cõueniẽtẽ accipiant Isaac, orãt dñm, & mulierem piã, & mĩam exercentem quęrit Eliezer, & datur ei Rebecca,
B i. impinguata. Si tu ergo a dño uxorem petis ofone, dabit dñs impinguantẽ domum tuã, si Deũ ducem haberes & An-
1. Reg. 17. gelum eius in uita tua & desponsatione tua, ut Thobias, concedet tibi vxorẽ optimam, si ut Dauid pliareris plia dñi, cõcederet tibi Deus filiã regis in coniugem, si in operib. optimis exercitatus vinceris Cariat, Sephar, reciperet Axã in vxorem
Iud. 1. Iud. 1. cui irriguũ dat superius, & iferi⁹.

Sed forsan ais, nupsi iã, non ut debui, & iõ deest vinũ mihi, nunquid remediũ non est? est certe, ut ergo aquæ in uinum vertantur tibi, ut oĩs dolor in cõsolatio-
Eccl. 8. nem, fac, quod Maria pręcipit ministris, quodcunq; dixerit uobis facite, Ecclesiastes, qui custodit pceptum, non experietr quicquam mali. Si christiana institueres nunc uitã cum oĩ domo tua, oĩa tibi pro-
Esai. 3. spera essent, ad te. n. respiceret Isiã illa
C dicite iusto, qm̃ benè, nihil. n in fauitum & infęlix iuit o euenit. Amico tuo aliqñ congaudes, & fausta acclamas, vulgo dr, (daste el para bien,) aliqñ verò cum eo cõtristaris, & de ifaustis doles, vulgo dr, (daste el pesame,) sed iusto cum nihil in faustum sit, semper dicito ei, qm̃ benè, (siemper le dael para biẽ,) ẽt cũ patit, etiã cũ morit, qm̃ preciosi eius labores, preciosa & mors. Si iustus es, mu ta accidẽt tibi mala, tibi sæpius filius in obediens est, quia tu patri, tuo Deo non obedis, eũ malum exemplum filij ostẽdas, illos bo A nos esse desideras? nec lac, nec cib. sic in eius uertitur substantiã ut patris exempla, quæ filijs intimis hæręt visceribus, si mala verba, prauaq; opa in te uident, peruerso cibo, potuq; qd boni in eis esse poterit? Audi quid de Susanna scriptura Da. 11. loquatur, erat timens Deum, parẽtes. n. illius, cũ essent iusti, erudierunt filiã suã fm legem sicq; illa adeo casta fuit, ut dixerit, melius est mihi absq; opere incidere in manus uestras, quam peccare in cõspectu Dei mei, optima profecto re ponsio oĩ tentationi sic eam liberauit dñs & aquam laborum, & tribulationum eius uertit in uinũ lætitiæ, & honoris. Quod verò de matrimonij statu dictũ est, verũ etiã habẽt in oĩ alio statu, qa. n. sine diuino consilio nec recta intentione statum B tuũ ingressus es, inde vniuersa mala tua procedunt. Si. n. sacerdos Dei zelo, & amore sacerdotium ingressus esset, vnus regno integro sufficeret, obsisteretq; diuinæ iræ, & igni, ut Aaron, & Samuel, mõ uerò tales sunt sacerdotes, non q irã Dei mitigẽt, sed potius puocẽt, qa sacerdotes facti sunt, nõ ut Deo placerent, & ab his, quę mũdi sunt, secernerentur, sed vt ambitẽt honores, vt Alcimus, Annas, & Caiphas, vnde mirũ non est, vobis ea contingere, quę illis. Eo credo deberes sacerdos ordinari, qd ore ptulisti, usurpãs Dauid verba, dñs pars hæreditatis meæ, Psa. 15 & calicis mei, pars mea Deus in æternũ. Tu uero sacerdos factus es, ut comedas, & bibas, sicut filij Heli. Ophni, & Phi- 1. Re. 1. nees, qd miraris, si Deus habeas iratum? Vis sacerdos fieri, nec inspicis, an donũ habeas orationis, & castitatis, uis ædificare templum dñi, cum nec domum tuã ædificaueris, nec scias fundamenta pone C re, nec ædificata armis propugnare, ut faciebant reædificantes templum. Vis offi cium Moysi, nec tamen tabernaculum 2. Es. 4. separatum habes ab alijs Vis Aaron esse, nec tamen laminam auri habes in frõte nomine Dei sculptam, quid miraris si deest tibi vinum, imo si uersum sit in fel aspidum? Et tandem si in status tui labo ribus non ad Deum accedis, ut modo 1. Reg. Maria, sed ad Pythomissam ut Saul, q̃ vlt.

speras

A speras cõsolationẽ? qđ uinum? nisi quod
4.Re.1 Saul, quod Ochozias, consulens Acha-
Ps.116 ron? Si ad Deum accederes cum Psal. ad dñm cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me, verteret aquam tuam in uinum.

(Vocatus est aũt Iesus) Tales esse dẽnt fidelium nuptiæ, ut ad eas uocari Chřs posset. Auderes ne tu ad tuas eum uocare nuptias? minime quidem, tot. n. in eis profana, tot peccata, tot excessus, coram Iesu ea agere neutiquam auderes, ubi. n. Iesus, oĩa modesta, ac tẽperata esse oportet alias inter te, & Iesum non conueniret.
Amos. 3. Amos 3. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit? q. d. non conuenit mihi uobiscum, quia legem meã uiolatis, iõ nõ ambulauimus, nec erimus simul, iõ reijciam uos. Ideo cum sanctis esse, & ambulare dř Deus, quia eorum cõ-
B sentiunt volũtate Iosue 1. Sicut fui cum
Iosue.1 Moyse. ita ero tecum, non te deseram, ne
Gen.5. que dereliquã Gen. 5. Ambulauit Henoc
Gen.6. cum Deo, & in c. 6. Noe uir iustus atque perfectus fuit in generationib. suis, cum Deo ambulauit. Sic tibi peragenda oĩa, quæ ad matrimonium pertinent, quasi psens esset, & uocatus Iesus: hi uocauerunt eum ad nuptias, qa ante sacrum nõ erant, uocari necesse fuit, modo uero cũ sacrum sunt, ipse adest non vocatus.

(Vinũ non habẽt.) Iã incipit Maria officiũ suũ peragere, quia mediatrix est oĩs boni nostri, & tanq̃ mř oĩum, quæ ad filios ptinent, curã gerit. Sed interim attẽ de dæmonis astutiam, suadere conatur, i Dei conuiuio vinum deesse, in suo uero abundare, hacque persuasione conuiuas oẽs ad se trahit. Si a te interrogem, cur dæmonis domũ petis? cur eius cõuiuium frequentas? respõdebis, vř mihi uita hęc dulcis, ac læta, cõtra Dei conuiuiũ aspe-
C rũ apparet, & sine dulcedine. Sed quod ĩ signis hæc falsitas sit, oñdendũ est, uidendumq. in Dei cõuiuio uinum esse principio bonum, in fine uero optimũ, excellẽtissimũq; contra in dęmonis conuiuio principio malũ, sed in fine pessimum; & fel draconũ vinũ eorũ. Sed ut hoc intelligas te, si modo aĩalis sis, rectum huiusce rei iudicem nequaquam esse scito. Audi
1.Co.2 Paul. 1. Cor. 2. aĩalis hõ non percipit ea, quæ sunt spũs Dei, stultitia. n. est illi, & A
non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur, spiritualis autem iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur.

Quo loco D. Th. ait: Cum aĩa sit actꝰ D.Th.
corporis, aĩalis ille dř, qui alligatus corpori corporea solum percipit, & eis solis afficitur. Iõ Iudas Apostolus in sua Canonica. Hi sunt, q̃ segregãt semetipsos, aĩales, spũm non habẽtes, hi spiritualia non Iud.
percipiunt, qa ut dř Ecc. 3. Multa supra Ecc. 3.
sensum hoĩs ostensa sunt tibi, & Ecc. 22. Ecc. 22.
Cũ dormiente loquiť, q narrat sapientiã stulto, oĩa. n. q̃ Dei sũt, stulta ei apparẽt.
Eccl. 10. In uia stultus ambulans, cum Ecc. 10
ipse sit insipiens, oẽs stultos æstimat, vñ ex defectu intellectus sic iudicat aĩalis, quia spiritualiter examinař, i. quia spũalium examinatio fit spũaliter, nam infe- B
rior non põt iudicare ea, quæ sunt superioris, sicut sensus non põt iudicare de intellectu, sic nec intellectus de his, quæ sunt spũs Dei. Sed spũalis iudicat oĩa, qa nomine spiritualium accipimus substantias incorporeas, & aĩam nostram, qua parte non alligatur organo corporeo, & illuminatur diuino lumine, & accẽditur charitate, qđ cum in aliquo fit, hõ dř spiritualis. Sed qũo hic iudicat oĩa, & non
iudicatur? Rñdetur cũ D. Th. qui rectè D.Th.
se hẽt in se rectum ẽt iudicium hẽt circa singula, qui uerò rectè nõ se habet in se, errabit iudicans, uigilans. n. rectè iudicat se uigilare, & aliũ dormire, sed dormiens non habet rectum iudicium de se, nec de vigilante, vnde res nõ sunt tales, quales uidentur dormiẽti, sed quales vigilanti: eadem rõ est de sano, & infirmo in iudicio saporum, de debili, & forti circa iudicium ponderum, & peccatore, & C
studioso circa agibilia. Vnde 5. Eth. dř, 5. Eth.
studiosos regula est omnium humanorum. Iõ Paul. ait spiritualis iudicat oĩa, quia illustratus a Deo, uerum habet de oĩbus iudicium, carnalis secus, quia obscuratus est, & malè se habens, unde iudicare non põt spiritualem, sicut nec dor
miens uigilantem. Inde Paul. mihi pro 1.Co.4
minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Et præterea, nullus rectè inter duo dijudicare potest, nisi utrumque agno-

A agnoscat, oẽ, n. iudicium presupponit apprehensionem iudicandorum, pctõr ergo, qui diuina nõ gustauit, de his iudicare non pt. Constituat ergo iudiciũ hoc in eo, qui & diuina, & humana gustauit, adeamus ergo uiros, qui in utroque fuerunt cõuiuio, & ab eis audiamus dĩam inter Dei, ac mundi conuiuium. Consulamus regium Psaltem, qui gustauit ea, quæ mundi, & carnis sunt, & ea, q̃ Dei, il le. n. post concupiscentias suas aliquãdo peregrinatus delicijs carnis fruitus est, in Dei etiã mensa sæpe uersatus est, quale uero repererit uinum in mundi conuiuio, sæpe testatus est, ostendens fel esse draconum uinum eorum, & venenum
B aspidũ insanabile, contra uero de Dei cõuiuio ait: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quam abscondisti timé-
Psa. 30 tibus te, & versus ad eos, qui in alia sedét
Psa. 33 mensa ait, gustate, & uidete, quoniã suauis est dñs, gusta, ait, & si multo maiorẽ dulcedinem in eo non reperies, recede.
Mal. 4. Et Mala. propheta, conuertimini, & videte, quid sit inter seruienté Deo, & non seruientem ei. Sicut. n. q unũ ex litiganti bus audit, dicit, nihil iustius, q̃ ꝙ hic loquitur, qui verò & alterum audit, diuersum iudicium profert, sic pctõr unum solum audiuit, solum, ea: q̃ carnis sunt, expertus est, diuina non gustauit. Tãdem cer-
Esa. 65 ta est veritas illius. Es. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurientis, ecce serui mei bibent, & vos sitietis, ecce serui mei lętabuntur, & uos cõfundemini, ecce ser ui mei laudabunt p̃exultatione cordis, et vos clamabitis præ contritione cordis, & præ angustia spiritus vlulabitis. Licet ergo aliquid dulcedinis in uitijs sit, plus
C tñ est amaritudinis, & licet aliqd asperũ in uirtute, sed plurimum est dulcedinis. Implete hydrias aqua. Erant sex hydrię aquæ in purificationem Iudæorum quia
Mar. 7. ut dr̃ Mar. 7. Phari. & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, non manducant tenentes traditionẽ seniorũ, & alia multa, q̃ sunt tradita illis seruare baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorũ & lectorum. In hunc ergo vsum positæ erant sex hydrię, quib. significãt in sex mundi ætatib. quæ Xp̃m pcesserant, nihil oĩno fuisse pter aq̃; oĩa erant umbra A
frigida, egena, & uacua elementa: ueniẽs
vero in mundũ Xp̃s oĩa vertit in uinũ. Gen. 2.
Discurramus modo per sex mundi ætates, & aq̃ earum contemplemur frigidã, q̃ Xp̃s in vinum vertit pretiosum. Vide aq̃ primæ ætatis, formatur Adã ex terra virgine die sexto, datur ei vniuersi dominum, ex latere eius dormientis educitur Eua, quid hæc omnia nisi aqua frigida? tolle hinc aquam istam, veniat vinũ, ueniat horum veritas, & adimpletio. Ecce sexta mundi ætate formatur Xp̃s ex terra uirgine, daturq; ei potestas in cęlo, & in terra, & ex latere illius in cruce dor-
miẽtis prodit Ecclesia pulchrior, q̃ Eua, Eph. 5.
quia nõ hñs maculã, nec rugã, sed ut sit Gen. 4.
sancta; & immaculata. In eadẽ ętate edu B
cit Cain Abel in agrum eumq. occidit so la inuidia, pp quod scelus vagus, & psu gus eijcitur super terrã a conspectu dñi. Hoc, quid aliud, quam aqua frigida est? tolle aquam, veniatque vinum, populus Iudaicus inuidia sola extimulatus, edu-
cit Christum extra ciuitatem, eumq; in Gen. 6.
agro occidit, pp ꝙ a Deo maledictus, profungus, & dispersus uersatur in vniuersa terra. Veniat secunda hydria, ætas secunda in Noe, fecit ille arcam, ut mundũ saluaret, uidet arcum in signum fęderis, plantat uineam, & vinum bibens nudatur. Tolle aquam, ueniat uinum; quis mũdum exiguo ligno saluauit nisi Xp̃s? quis arcus fæderis nisi Iesus? qs inebriatus amoris uino, nisi Iesus, in cruce nuda tus, à Iudæi irritus, a gentibus cooptus?
Veniat hydria tertia ab Abraham vsq; C
ad Moysen plena, sane aquis figuratum illud, numera stellas si potes, sic erit semen tuum, filium in sacrificium ducere
hæc omnia in vinum Xp̃s uertit vniuer Ge. 22.
sa implẽs. Illud Isaac, ecce odor filij mei Ge. 27.
quasi odor agri pleni, cui bñdixit dñs, ille Iacob baculus, illa scala, quid nisi a-
qua? en uinum Xp̃s in odor agri pleni, Ge. 28.
scala nostra, ipse in baculo transiuit Iordanem, & regressus est cum duabus turmis. Quid Ioseph uẽditus triginta argenteis, & saluator mundi dictus, & fastigiũ
uirgæ eius adoratum, nisi aq̃, q̃ in uinũ Ge. 47.
Xp̃s reddiderit, ea oĩa ueritati reddens?

Veniat

A Veniat quarta in Moyse, plena est hydria immensa aqua figurarum rubo, virga, sacrificij, arca testamẽti, agno paschali, uaca rufa, quid ea omnia nisi aqua in vinum per Christũ versa? Veniat quinta in iudicibus, & regibus Israel, quid Iosue, Sampson, Gedeon, Dauid cũ Goliat pugnans, sapiens Salamon? tolle aquam hanc, ueniat Christus, qui uerus est Iosue, nos introducens in terram promissam, fortior Sampsone, plusquam Salamon, fortior Dauide? Reliqua etiam in sexta ætate per Machabęos gesta, omnia in figura contingebãt illis, quæ Christus
B plenus gratia, & ueritate impleuit. Id e-
Ioan. 1 nim significat plenum esse ueritate, idest, impletione omnium eorum, quæ figuris, & umbris fuerant prius expressa. Et cum per Christum ueritas, & gratia data sit uerè aquam mutauit in uinum, cum legem mutauit in gratiam. Ideo primo miraculo aquam in vinum uertit, quia eo voluit finem sui aduentus in mundum ostendere, qui fuit, mundo gratiam lætitiamque spiritus concedere. Impletum est illud Ioelis: Dabo eis
Ioel. 2. vinum, & oleum, redundabunt torcularia. Vinum suum dæmon dederat, sed il
Prou. 4 lud, de quo Prouer. 4. Comedant panem impietatis, & uinum iniquitatibus bibãt sed fel draconum uinum hoc, an non ue-
C nenum terrena delectatio, quę animam inficit ac interficit? Vinum uero Christi
Deu. 32 gratia eius est, spiritualisque delectio, quæ sub cruce, & mortificatione est, torcular vade procedit hoc uinum crux est. Quis vero carnali mundo persuadeat, sub cruce, ac pęnitentia, vinum esse lætitiæ? uerè lætitia est, uinum est, sed absconditum in hydria aquæ, quam magna multitudo dulcedinis tuę dñe, qua abscondisti. Hoc est Christi mysterium & legis gratiæ sacramẽtum, sicut ille sub humanitate passibili diuitias diuinitatis contexuit, sic
Psa. 30 sub cruce, ac mortificatione posuit diuinitatis stillicidium, & spũales delicias potiores oĩb. terrenis, hoc est legis gratię proprium, hoc eius mysterium, hoc eius sacramentum, huc ergo accedamus audiẽtes illud: Bibite amici, & inebriamini charissimi, &c.

Dominica III. Post Epiphaniam. A

Thema. Domine si uis potes, & cat. Matth. 8.

DVo miracula nobis hodie proponũtur in Euangelica lectione, alterum leprosi, Centurionis alterum vtriusq; fides magni facienda est, sed præcipuè Centurionis dicentis, (dñe non sum dignus, &c.) Quæ uerba adeo placuerunt Christo dño ut dixerit admirans, non inueni tantam fidem in Israel, & Ecclesia ea re B
posuit in locum sacratiorem. Missæ ante Eucharistię sumptionem. Rupertus hic Ruper.
ait, his duobus miraculis significari salutem spiritualem per Christum dandam populo Iudaico, & gentili, leprosus Iudæus legi subditus erat, quem ideo ad sacerdotes mittit, ut legis deferat munus, & ideo iudaicum populum rectè significat, Centurio ex gentium erat populo. Vterque populus infirmabatur, uterque Christi eget auxilio, iustitia aut Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & sup omnes, qui credunt in eum. Non est distin- Rom. 3
ctio Iudęi, & Gręci, omnes peccauerunt, C
& egent gloria Dei. Rom. 3. quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Vt hæc palam faciamus, necessaria est gratia, &c. Perpetua admiratione dignum est, adeo paratum Deum esse remedio nostro, sic nostris attendere commodis, ac nostra egere, ac si ille nostri indigens esset, & in bono, ac commodo nostro eius esset sit a beatitudo, cum tamen eius hoc nihil intersit, sed uerum sit illud Iob Iob. 21
quid prodest Deo, si iustus fuerit? aut quid ei conferre, si immaculata fuerit uita tua? Contra uero nos ita negligentes sumus in Dei obsequio, in uoluntate eius implenda, ac si ad nos hæc nihil pertinerent, cum maxime nostra intersit. Hoc verò hinc uel maximè perspicere licet, quod cum uoluntates duæ necessariæ sint, ut peccatori sanitas, & diuina gratia reddatur, altera Dei, altera peccatoris, sicut in reconciliatione duorum inimicorum, utrinque debent cõuenire volun-

A voluntates Deus uoluntate sua pfto est, tu uero secus, Sine tua uoluntate, Deus te iustificare non vult, postquam illa peccauit sed quid amplius a Deo desiderare poteramus, qua ut diceret, fiat uoluntas tua sicut volueris, ita fit. In hoc ergo mirabile est, quam facile nr̃ Deus dicat, uolo, mundare, quam prompta sit diuina voluntas, has cõciliet amicitias, quã facilis ad ignescendũ, imò adrogandũ, & vrgendũ, hominẽ ut eas ineat, quasi sua interesse, non nostra. Contra uero q̃ difficilis, & morosus homo, cuius oĩno interest, quam tardus, ac durus. Accidit aliqñ, hominẽ in puteũ, aut fluuium cadere, & cum de uita mortali periclitatur, q̃ ventus est, adhuc tñ sic anxiè liberari curat, ut si aliquid manuteneat, quo speret se liberandum, omnino non dimittat, licet ei abscindatur manus, adeo corporalia discrimina, & pericula uitare curamus. Cum uero peccator in eodem versetur discrimine amittẽdi æternæ uitæ, non curat, non angitur. Attende discrimen, in quo se uersari, dicit Psaltes, cum ait, Emitte manũ tuã de alto, eripe me & libera me de aquis multis. Et iterũ: Veni in altitudinẽ maris, & tẽpestas demersit me, & iterum: Ne absorbeat me profundum, nec urgeat super me puteus os suũ. Mittit ad te Deus uersantem in hoc periculo manũ suã, tenet manũ tuam & tñ tu Dei reijcis manum; & auxilium, summus profectò aĩæ salutis despectus insensibilitas maxima. Est tibi apud iudicẽ cã capitalis, ex qua uita, honor, & uniuersa sobstantia pendet, nullũ nõ lapidem moues, ut tibi ex uoto succedat, oĩum ẽt minorũ te seruũ exhibes, dum putes aliqd tibi profuturum, quod si aliqñ iudicis uoluntatem potes ex piscari, si eum beneuolum reddere, te coram eo humilias, & multa promittis, & quæ potes, pstas. Et tñ cũ sit tibi causa altera, a qua pendet uitę æternitas, fęlicitas summa, honos æternus, & iudex ad te diuertat, te rogat, amicitias tecum inire vult, & eum reijcis. Si uel scintilla in nobis rõnis, permaneret, nihil aliud nobis agendum esset, quã ad hui⁹ iudicis pedes nos prouoluere, uestigia pedum exosculari, ueniã petere, meliora ,pmittere. An non amens, qui succensas uidẽs uicinorũ domos, suamq; iã proximã incẽdio, nec quęrit auxiliũ ferentes, aquam dantes? Vides tibi appropinquare inferni ignẽ, & innumeros eo igne consumptos, nec aq̃ gratię quęris, quę ignem extinguat? Nos ergo difficiles, ac morosos redit insipientia, & inscitia nr̃a, pp quam stulti dicimus. Deũ uero facilẽ, ac benigniũ, ẽt si millies sit repulsus, pstat summa bonitas & infinita charitas. In tpalib. nob s concedendis, aliqñ difficilẽ se exhibet, sed in gr̃a, & peccatorũ remissione nunquam, nisi facillimũ, ac prõptissimũ, Cuius rei rõ in promptu est, est.n. Deus pr̃, pr̃ uerò amãs vnicè filiũ, si nouit, aliqua filio p necessaria esse in his cõcedẽdis benign⁹ psto, ac facilis est, at si filius ab eo petat nõ necessaria, est voluntaria, q̃ appetitui porius, & uoluptati deseruiant, qua necessitati, ut in ludo cõsumat, & comessationib. in his pr̃ licet amãtissim⁹, difficilẽ se præstat, & austerum, nõ facile donat. Ita uerũ hoĩs malum summũ discrimẽ, extrema necessitas est peccatũ, huic continuo accurrit Deus infinita sua bonitate, & amore pmotus, nõ sic in tpalib. quę sæpe in cõcupiscentias nostras petimus. Sic Iacob. 4. petitis, & non accipitis, eo q malè petatis, ut in concupiscentijs uestris insumatis. Ex quo facile pspici põt, summum pcti malum, & summum Dei odium in illud: quia sp parates est illud oĩno delere, ac destruere, & quamuis, ut pctũm deleatur necessarius sit eius sanguis ut ad munditiẽ leprosi, adhuc dicis, (volo.) Summũ illud esset odiũ, quo ego inimicum prosequerer, qñ ut eum confoderem, qui ad scapulas meas est, non dubitarem, me ipsum prius transuerberare, ut inimicum simul occidam. Vetus hõ nr̃, ait Paulus, simul crucifixus est cũ eo, uetus homo est homo pcti, hunc ut Christus crucifigeret, se crucifigi uoluit, & ut uitam, & regnum peccato adimeret, sibi uitam eripi passus est. Summum etiam odium inimici esset, quem ut occideret quispiam, non dubitaret filiũ suũ occidere, qui inter eos medi⁹ esset. Illud pater ęternus in peccatum odiũ oñdit, vt

Margin notes (left): Simile; B; Ps. 148; Ps. 168; Psa. 68; Simile; C; Simile
Margin notes (right): A; Simile; B; Iac. 4.; Simile; C; Ro. 6.

A vt filium de medio sustulerit, ut peccatū deleret. Facilitas ergo veniæ, quæ peccatori concipitur, non est argumentum leuitatis peccati, sed potius summæ eius grauitatis, summi odij, quo illud Deus prosequitur, dum semper paratus, illud destruere, ac delere, licet ei uita admittatur. Est autem iudicium summi in nos amoris, summæque beneuolentiæ.

1. Co. 2 Vt ergo opere impleret, qd dictū est, vt peccatū destrueret. (Cum descendisset Iesus de monte sequutæ sunt eum turbæ multæ.) Vocat Xpm Paul. Dei uirtutē, & Dei sapientiā, ostenderat se Dei sapiētiā in monte, in quo docuit viā uitæ, aperiens os suum, nunc descendens ostendit se Dei uirtutē in miraculis, qb. doctrina confirmat. Descēdit ēt, ut eum seq possi-
B mus, si. n. in cęli stetisset mōte, quis eū se-
Eccl. 2 qui, aut cōsequi valeret? Quis est homo, ait Salomō, qui possit sequi regem factorem suū? non poterat homo ascēdere ad Deū, descendit Deus ad hominem: Post hæc in terris uisus est, & cum hominib.
Baru. 3 conuersatus est Baruc. 3. Factus est no-
Ioā. 14 bis uia, ueritas, uitæ exemplū, excusatio nulla nobis relinquitur, si eum nō sequimur, ille descendit, ut operib. impleret, q̄ in monte uerbis docuerat, ut verax inue-
Acto. 2 niatur, qui dicit: Cæpit Iesus facere, &
Simile docere. Sicut. n. artifex postquā uerbo docuit discipulum, opere eū iterū docet instrumentum artis manu propria capiēs, & illis operans, & tūc plene instituit di-
Luc. 9. scipulus, ita Xps prædicauerat paupertatem, descendit cum diues esset pro nobis adeo factus pauper ut dicat, vulpes foueas habēt, & uolucres cœli nidos, filius aūt hoīs non hēt ubi caput suum recli-
C net, dixerat: Beati qui persequutionē pa-
Mat. 5. tiuntur, descēdit, ut opere illud impleat,
1. Pe. 2 qui cū malediceret non maledicebat, cū pateretur, non cōminabat, dixerat, beati
Psal. 7. misericordes, descendit mias faciens, & hac arte innumeros post se rapit, (sequutæ sunt eum turbæ multæ.) Sic Ps. Exurge dñe Deus in præcepto, quod mandasti, & Synagoga populorum circūdabit te. Exemplum. n. quod ob oculus ponit, multo magis nos mouet q̄ quod solo au-
Aristo. ditu percipimus, ut Arist. ait. Cū Xpi doctrinam audis, uirtutē auditu percipis, A
cum exēplū intueris, oculis uirtutem uides, dicebat uero ethnicus Plato adeo Plato
pulchra uirtus est, ut si oculi cernerētur, mirabiles sui excitaret amores. Hac rōne curauit Deus sp in mundo esse uiros omni virtute preditos, qui exemplū sint virtutis, eam ob oculos nobis proponentes. Sic inter mundi corruptelam uoluit Noe esse iustum, ac temperatum. Abrahamum peregrinantem, ac obedientem, vt spei, & fidei, ac obedientię exemplum mundus haberet, in Aegyptū Ioseph duxit, ut castitatis, & timoris Dei sit exemplar, & tres pueros in Babylonia, ut orationis, & diuinę laudis magistri sint. Iob posuit inter dracones, & struthiones, ut mirabile patientię det documentum in aduersis, & in p̄speris modestię, & mię, B
sic Thobiam, Dauid, & oēs denique iustos in mundum destinauit, ut illi exemplo essent. Sed quia horum exempla nō adeo magna erāt, non adeo illustria, tandem ipse factus est exēplum nostrum, di-
cens, exemplum meum dedi uobis, ut Ioā. 13
quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis, ad hoc ergo ē monte descendit.

(Ecce leprosus.) Si Deus non descēderet, quis ad eū accedere auderet? antequā
descēdisset, sanctissimi ad eum vix acce- Ex. 19.
debant, Moyses in montē ascendit, nec Exo. 3.
accessit ad Deū, donec eum uocauit; post dies aliquot, ad rubrū aspicere idem non audebat. nec mirū, quia tanta est diuina maiestas, ut coram ea tremant ptātes. Sed qua de re tremunt? num de offensa aliqua in eū? absit, sed quia ei obsequuntur, tremunt, quia tantę inseruiunt maiestati. Non vidisti aliqn̄ loquentem, vel in-
seruientē regi, qui turbatur, & tremit prę C
maiestate eius, quē alloquit? sic tremunt quodam modo potestates, quia infinitæ seruiunt maiestati, cui pares esse nō pos-
sunt obsequio. Sed ò miserrime peccator, Psal. 2.
qūo non tremis offendens Deum, cum tremant potestates, ei obsequentes? Seruite domino in timore, & exultate ei cū tremore, tanta. n. maiestas timenda est, ēt cū eam diligis & ei obsequeris, qūo ergo timenda cū offendit? Sāctorū timor, & reuerentia non seruilis, sed filialis est,

agno-

A agnoscens infinitum deberi obsequium tanto Deo, infinitumq; amorē, cū aūt vident se id pstare non posse timēt, reuerentur, agnoscuntq; nihil esse, q pstant, sicut qui debēs mille, & unū tm̄ habēs, illud dat creditori, timens, dat & tremēs.
Hes.14 Videt Hester. Assuetum in regni solio sedentem, auro, & gēmis fulgentē, timet & cadit exanimis, donec descendit ille de sollio, & eam amplexat, tunc recuperato aīo, audet eū alloq. Vt ergo accederemus, descendit Xp̄s de monte, iā cōfidenter, accedit leprosus, iā erant appropinquantes ad Iesū publicani, & pc̄tores accede & tu, sed reuerenter vt leprosus.

Sed attēde, qs accedat. Leprosus. Eorum, q i terra versabant leprosi maxime erant destituti, ac ab oīb. derelicti a ciuitatib. arcebantur, nullus ad eos accede-
B bat, sub Deo semper erāt, hi ergo ad Xp̄m accedunt, non abundantes in sæculo, nō potētes. Loquutus sum ad te in abundā-
Iere.22 tia tua, & dixisti, nō audiā, ait Iere. Deū
Deut. audire uolumus tua prosperitate. Hoc
32. nos docet Salomon, hoc Roboā, hoc illi de qb. incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, de reliquit Deū factorē suum. Ni
Ex.32. hil est, quo Demon nō obtineat a corde delitijs dedito, sed populus meus mādu- care, & bibere, & surrexerūt ludere, i. idola colere. Diaboli adinuentio est, te de licijs onerare, multa tibi dare, quib. inniti possis in terra Deo verò ad inuentio hæc oīa tollere, vt ad eū accedas cū lepro-
Oseę 4 so. Nouit nos fictor noster Oseę 4. quasi vacca lasciuiens declinauit Israel, Vbi Chaldeus vertit, qm̄ sicut bos, qui saginatur, & recalcitrat, sic rebellat pp multi-
Iere.5. titudinē bonorū Israel Hinc Ier. 5. satu-
Oseę 10 raui eos, & mœchati sunt, in domo mere-
C tricis luxuriabantur, & Oseas uitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei, f̄m multitudinē fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exube-
Zach.1 rabit simulachris. Zach. uidet Angelum equo insidentem, & plures eū sequentes, q dñt pphetę, per ambulauimus terrā, & ecce oīs terra habitat, & qescit. i. eēs in securitate, & abundātia sunt, tunc ppheta ad Deū, vsquequo Dñe non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda, q-bus iratus es quasi dicat, totus mundus
A in pace, & delicijs, & populus tuus afflictus, & mœrēs? Rn̄det ei Dn̄s, deciperis o Zacharia, reputās irā, quā potius miam dicere debuisti. Zelatus sum Hierusalē, & Sion zelo magno, & ira magna irascor super gētes opulētas, quasi dicat, amore maximo prosequor populū meū, quē afflictione castigo, & ira maxima ī eos moueor, quos in delicijs vitam ducere pmitto. Iræ Dei iudiciū, non est tribulatio, sed prosperitas, quia hæc a Deo homines abducit, non illa. Oseæ 8. aurum Oseę 8
suum, & argentū suum fecerūt idola sibi vt interirent. Accedit ergo dicens. Dñe si vis, potes me mundare) Hiero. Chrys. Hiero.
Amb. laudant maxime huius leprosi fi- Chrys.
dem, q fatetur Xpi oīpotētiā, orauitq; si Ambr.
cut Hest. 13. Dn̄e mi Rex oīpotēs, indi- Hes.13
tione tua cūcta sunt posita, & non est, q B
tuæ possit resistere uoluntati si decreueris saluare nos, continuo liberabimur, subest. n. tibi, cū volueris posse Sap. 12.
tā est tibi facile posse, qua uelle, si uis po- Sap.12
tes. Sed cum potentiā fateat, de uoluntate vr̄ dubitare. Chrys. dubitat, an sibi ma- Chrys.
gis expediret infirmitas q̄ salus uel si spi Luc.1.
ritu nouit quantū leprosi mūdatio Xp̄o stare debuit, & q sanguis ei ad hoc tundendus esset, recte dicit, si uis, potes, sed quis a te medicinam tantam exigat uel petere præsumat, nisi infinita bontas, & misericordia tua hoc exigat, per uiscera misericordiæ Dei nostri quibus visitauit nos oriens ex alto? verè zelus Domini exercituum faciet hoc. Sed quid Christus respondeat, audi.

(Velo) Attende dn̄e, quid respondeas, hoc. n. uerbo deuinceris, ut sanguinem fundas, qui ad leprosi mundationem necessarius est, adhuc uolo, uide domine C
quod ad leprosi munditiem necessarium est lignum cedrinū, & hyssopus, i. crux, in qua positus, humilieris, adhuc uolo, vide domine, sumendam tibi lepram nostram, ut reputeris leprosus etiam si vni uersa ista mihi sustinenda sint, nihilominus uolo, o uerbum amoris, & misericor- Esa.53
diæ infinitæ cum liuore eius sanandissimus, & omnes iniquitates nostræ in Ps. 50.
eo ponendæ dicit uolo. Asperges me

A dñe hyssopo,& mundabor,lauabis me, & super niuē dealbabor hyssopo sangui ne pleno tingebat leprosus, hoc me dñe asperge,sanguine tuo me munda, o sacratissime sanguis,medicina lepræ nīæ. De Dei potentia dubitat nullus,φ possit te saluum facere,si de uolūtate dubitas, audi,uolo,& ad huius probationem manum extendit,ut nullus dubitādi locus relinquatur,& oīs tollatur pusillanimitas. Quoties extendit Dñs manum suā, vt uoluntatem eius curandi te uideas, nec de ea dubites. Non extendis tu amico manū tuā, & tñ uoluntatē tuā ab eo creditus,quanto potius Deus tibi credēdus,cū videris extensam eius manū? Ostēsio uoluntatis manus,& eius opus est

C nolite errare,Deus nõ irridetur,qm̃ quę Gal.6. seminauerit homo,hæc & metet. Gal.6. qui seminat in carne sua de carne metet corruptionem,qui seminat in spũ,de spũ metet uitã æternã,quid.n. dicerent operarij iustitiæ si eis desides æquarẽtur? Nec verò tibi blãdiaris de fide,& diuinis beneficijs tibi præstitis. Si.n.non laboraueris in uinea , implens diuina mandata , nihil tibi illa oĩa proficient,ut hodie oñdit Paul.in episto.1.Corint.10. nolo uos ignorare fratres,quod patres nr̃i oẽs sub nube fuerunt,oẽs mare transierunt, sed A non in plurib.eorum beneplacitum fuit Deo, Imo hinc perpetuo rodendi materiam uermis ille sumet , quod cum fidę habuisti,& in uinea fuisti Ecclesię facile æterna tormenta uitare potuisti , nec tñ vitaueris. (Vocat ait operarios,& redde illis mercedẽ. Mira Dei bonitas,non ex pectat expostulari mercedem,sed eam il li præstat,& uocat oparios eam receptu ros. Arist.ait liberalis ẽt occasiones dan Aristo. di excogitat, quod maxime Deo conuenit , ut quid.n. mundum creauit, nisi ut uasa hẽret,in q̃ suam bonitatem effunderet?iõ nõ ab ęterno illũ condidit, ut intelligamus,non pp se, sed pp nos, non necessitate,sed bonitate ductum,ut eũ con deret. Attende eandem bonitatẽ in eo,q Ex.25. ille te uocauit oĩb. horis adeo solicitẽ,ut B aptaret in te vas,in quod diuitias effundat,ut occasiones dandi hẽat ampliores. Eadem apparet bonitas in eo , quod laborantib. vna hora,integrã diei mercedẽ pręstat. Quid vero est te uocare ad pęnitentiã,nisi occasiones dandi q̃rere?quod Exo.25.expressit,uocans locum suũ pro pitiatoriũ nõ palatium , nõ thronũ iudicij,nõ soliũ regni,sed ppitiationẽ,ut accedamus cũ fiducia ad thronũ grẽ eius, ut apud eum propitiationẽ esse, & oẽm miam sciamus. Deinde ĩ operarijs illud considerandũ est , in laboris fine oẽs remuneratos, qa, qui pseuerauerit usq; in finẽ,hic saluus erit. Initio operis diuersitas fuit,alij primo mane cęperũt, alij hora tertia,sexta,& nona,& vndecima,sed in perficiendo diuersitas non fuit,oẽs.n. perfecerunt opus suum quia usque in finẽ pseuerandũ nobis est. In sup (ait uocat operarios.)Romani censores si forte C offendissent in urbe quemq̃ ociosũ,interrogabãt eũ,qua arte vteretur, intuebanturq. eius man',an callo obduruissẽt,& inde dijudicabãt, esset ne artifex,an potius uagus,& inutilis reipublicę,& si talis apparebat,relegabat,In iudicio uocãdi sunt operarij,ut uero agnoscatur, qui operarij fuerũt,qui uero vagi, & ociãtes Iob.37 oĩum manus inspiciẽdę sũt,ubi signũ est laboris,uel ocij. Sic Iob ait, qui signat in manu hominũ , ut uouerint singuli opera sua.

A ra sua ibi apparebunt pastores, qui nūc in labore hoīum non sunt, & in eorū manibus conspicient opera eorum, & forsan callo obductæ apparebunt, sed non ex iusto labore, sed ex pilæ ludo, & similibus. In iustorum uero manibus apparebit labor in his, q̃ Dei sunt, positus, in cilicio, castigatione, eleemosyna, & hi uere operarij dicentur. Ecce quo pacto signet in manu hominum Deus, quia ex operib. manuum quisq; dignoscitur. (Erant nouissimi primi.) Sed qūo hæc esse pnt, an non dr

Psa.61 Ps.61. reddet vnicuiq; ṡm opera sua, &

1.Co.13 1.Co.13. Secundum proprium laborem

Iob.34 & Iob 34. opus hoīs reddet ei? Rñdetur, ad meritum non solum attenditur, quid agas, sed quali corde, & charitate. Hō re

B spicit manus solum, sed Deus præcipue

Luc.21. cor. Quod scire dixit, qui ait. Deū potius aduerbia, quam uerba pręmio afficere, quia potius attendit cor, & quo pacto, qua deuotione, & charitate opereris, qua opera ipsa, ut in vidua pauca offerēte patet. Perfectus sine labore operatur, impfectus labore maius tamen est perfecti meritum. Et in humanis est nobis huius exemplum, aureum nummum das pictori in singulos dies, & duos argenteos fodienti uineā, & hic plus laborat illo, sed tu attendis laboris qualitatē, potius quā laborem. Si uerò obmurmuret, qui fodit, ego plus laboraui illo, dicetur ei, ille

C in auro, & pictura, tu in gleba, maior ergo fuit labor priscorum, sed nouissimi una hora plus merentur, priores.n. ad uineam venerunt conuentione facta, at nouissimi sine aliqua conuentione, ut Euāgelio attestante patet, uñ hi solo amore laborauerūt. Hæc a sanctis notatur dria inter populum Iudaicum, & Christianū q̧ ille conductus est omnia præmio obiculos proposito operabatur, & pollicitatione terrena. Hinc dñs ait nunquid semini Iacob dixi, ut gratis seruiret mihi,

Mal.1. & Mala. 1. quis est ex uobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito, non est mihi volūtas in uobis. Sed Xpianus populus adeo est longe a pollicitatione terrenorum, ut ea omnia nihil ducat & relinquat Dei cā, quod si æternam spe&et retributionem, non tñ adeo illa mo-

uetur, ut non potius moueatur Dei amo A re. Iō eidr, oculi tui columbarum, quia

Can.1. simplex est eius in Deum intuitus, operātur tanquam filii in pomo parentis amore, non mercede conducti. Plus ergo apud Deum est hora vna huius obsequij, quam integer dies illorum, Deum.n. diligere amore concupiscentiæ parum, quid est. sic.n. & domum, & pallium diligis illud vero potius, si Deum diligas amore amicitiæ. Hinc sæpius, accidit, ut pauci dies pluris apud Deum habeantur, quā

Sap.4. anni multi. Sic Sap. cōsummatus in breui, expleuit tpa multa. In tpalibus id sæpius uidemus, ut plus lucri habeat uno anno copiosus mercator, quam alter, qui B nimium pecuniæ in lucro ponit centum annis. Quod maxime locum hēt in spūalibus quæ maxime a gratia pendent. Optimum certe est laborare. iō Paul. gloriatur, se plus omnibus laborasse, & ad

1.Co.15 discipulum ait, labora sicut bonus miles

2.Ti.2. Christi Iesu, & ad Gala. bonum autē facientes non deficiamus. Sed ualde nobis

Gala.6 considerandum est, quo sine laboremus, ut simus in labore non mercenarij, sed filij, alias.n. plurimo labori minor merces respondebit, similesque erimus populo Iudaico mercenario, cum dr Deut. aduena ascendet super te, eritque sublimior, erit in caput, & tu in caudam, quia ethnicus populus ad Deum conuersus, una hoC ra laborans, ut filius, eum præcessit. In omnibus ergo diuinam spectemus gloriam eius amore ducamur, potius, quam pmio, aut pęna, licet hinc quoque iuuādi simus, est.n. charitatis maxime mercenaria, cum mercedem non expectet, quia eo plus mercedis recipit quo minus illā respicit. Similiter etiam solet maiori labori minor respondere fructus, & sic est esse primum nouissimum, quia his, qui laborat plus confidit in labore suo, quā

Luc.17 in Dei gratia, q̧ his contigit, qui nimis intenti sunt labori suo, illumque magnifaciunt, & conqueruntur, quod plurimum laborantes, non tantū fructum recipiāt,

Ge.32. Alij uerò post plurimos præstitos labores, dicunt, serui inutiles sumus, implorant gratiam Dei, & de se, deque labore suo diffidentes, dāt cum Iacob, Gen. minor

A nor sum cunctis miserationibus tuis, & miserantur, obstupescuntque cũ Dauid,
2.Re.7 q illorum labores acceptare uelit Deus, eisque vti in obsequium suum 2.Reg.qs sum ego, & quæ domus patris mei? Hi plus accipiunt gratiæ, & mercedis pro labore suo, de gratia.n. Dei sentiunt, ut decet, & humilitate sua superiores fiũt his, qui plus laborauerunt. Sicut ibi nimiũ placet seruus, qui plurib. obsequijs prẽsti tis, dicit. seruus inutilis sum, Ne ergo superbiat, primus, esse potest nouissimus, nec desperet nouissimus, esse potest primus. Strenui milites nec desperant, si semel uicti sunt, nec arma deponunt, si semel vicerunt, sed uicti fortius pugnant, vt gloriam amissam recuperent & uictores cauent, ne per incuriam gloriam
B victoriæ amittant, nam labor, & cura amissa recumperant, negligentia vero iã acquisita perdit.

Præterea, (erunt nouissimi primi.) Quia plures, qui in statu sunt superiore, inferiores erunt in gloria ijs, qui in statu sunt infimo: Altior religionis status est, quam matrimonij, sed plures matrimonio coniuncti erunt in cælo superiores religiosis, quia ex matrimonio religionem receperunt, & religiosi ex religione in matrimonium defecerunt. Potiores erant Iudæi gentibus, & tamen dr̃, multi ab oriente, & occidente uenient, & recũbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in
Mat.8. regno cælorum, & filii regni eijcientur
Ma.21 foras. Excelsior sacerdotum statu, sed sacerdotibus dictum est, publicani, & me-
Luc.10 retrices præcedent uos in regno cælorum. Altior Leuita Samaritano, sed hic per misericordiam excelluit, Ne ergo fidas, & securus sis, quod in statu tu es o-
C ptimo, si opera nõ præstas præclara, nec diffidas in statu infimo, sed cura opera maxima operari.

Caiet. (Multi sunt vocati, pauci verò electi.) Sed quorsum sunt hæc uerba? Respondit Caietanus, familiare est sapientibus obscura declarare exemplo alio accommodato, sic cum Christus dominus hac parabola voluerit significare libertatem, & liberalitatem suam in donorum distributione, commodissimum huius uarietatis exemplum, inducit in gratia uocationis, A quasi dicat omnes ad me uoco, dans omnibus auxilia necessaria, sed alijs maiora, alijs minora pro mea uoluntate, ex quo prouenit, ut ex multis uocatis, pauci sint electi: ij. s. qui maioribus & efficacibus auxilijs uocati sunt, ita iustificatis, et electis, alijs maiora dona gratiæ, maiora que auxilia præsto pro mea libertate, & bonitate, ex quo prouenit nouissimos esse primos, ut in Apostolis apparuit. Sed obijcis omnes vocati venerunt ad uineã omnes laborauerunt, & denarium acceperunt ergo omnes vocati electi sunt. Respondetur, æquiuoce accipitur no- B men vocati, quidam enim uocantur, nec laborant, vel nec in vineam veniunt, qui scilicet, auxilia acceperunt necessaria saluti, sed eius vsi non sunt. Secundò dicuntur alij vocati, qui vltra illud auxiliũ aliud donum a Deo acceperunt, scilicet, vt eo vtantur, hoc secundum a Deo pete, vt fiat in te illud Psalm. multiplicasti Psa.35
misericordiam tuam, & illud multipli- Psa.64
casti locupletare eam, & illud multipli- Psa.70
casti magnificentiam tuam, idest, super primam misericordiam uocationis, adde secundam, vt vocatione trahamur. Hos enim non inuitat Deus solum, sed quodammodo compellit intrare in conuiuium, & manducare. Sed ais, non hoc agendum est mea voluntate, & libertate? Ita sanè, sed hoc nouit Deus, in cuius manu cor est, ut faciat te velle, quæ ille vult. Hoc significat Paulus dicens, uoca C tus Apostolus, & uocatis sanctis, quos prædestinauit, hos, & uocauit, idest efficaciter uocati, sicut initio temporis, uocatis rebus omnibus dedit eis esse naturale, qui vocat ea, quæ sunt, tanquam ea, quæ sunt, hoc Dei di- Luc.14
cere, & uocare est efficere. Rom.1
Sic in esse gratiæ efficax Eph.1.
vocatio efficit, quæ dixit, esse in gratiæ Rom.8
genere sic, vocati electi sunt, sed hi pauci neumerantur, &c.

Domi-

A Domin. In sexagesima.

The. Semen est verbum Dei, &c. Luc. 8.

NOn minus æstimandum est, nosse qua rõne probe, ac utiliter his, quę possides, utaris, quam eadem possidere, & ipsorum dominum hẽre. Licet.n. ul ta possideas, eaque pretiosissima sint, si eis tñ recte uti ignores, aut nihil tibi pro
Eccl.6. derunt, aut potius non parum nocumenti afferent. Quod aperte docet Sapiens, cum ait, est & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines, uir cui dedit Deus diuitias, & substãtiam, & honorem, & nihil deest aiæ suæ ex oĩbus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo sed hõ extraneus uorabit illud, hoc uanitas, &
B miseria magna est. Si miseria magna est, bonis abundare, nec eis ut expedit uti, magnifacienda erit scia, quæ bonum
Sap.16 rerum usum edocet. Verbum Dei infini
Psa.18 tus thesaurus est hominibus, est .n. vni
Ioã.15 uersorum malorum remedium & bonorum initium, simile Manhu continenti ois saporis suauitatem, a peccato enim hominem immunem seruat, dicente Ps. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi, a peccato mundat, dicẽte Christo dño, uos mundi estis pp sermonem, quẽ loquutus sum uobis. Deinde uitã præstat, unde ait, uerba, quæ ego loquor uobis, spũs, & uita sunt, & inde
Ioan.6 Petrus ait, quo ibimus? verba uitæ æternæ habes? illuminat ẽt hominum mentes, ut Psal. ait, declaratio sermonum tuorum illuminat, & iterum, lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semi
C tis meis, item, corda inflammat, nã igni
Ps.118 tum eloquium tuum vehementer, & tãdem fęcundas aias reddit in omne opus bonum, ut pluuia terram. Hinc Es. quõ descendit imber & nix de cęlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terrã,
Esa.55 & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic erit uerbum meum, quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcunque uolui, quæ oĩa uerbum Dei thesaurum infinitum esse demonstrant. Sed quid obsecro tibi proderit, si recte uti ignoraueris? quin potius A affirmare auderem tibi nociturũ, quod non obscure dicit 1. Pet. 2. melius.n. erat 1.Pe.2 illis, non cognoscere uiam iustitię, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mãdato. Vt ergo diuino verbo probe uti noueris, præsens Euangelium proponitur, in Simile quo il edoceris. Sicut.n. ut oẽs sciæ perfecte addiscantur, adinuenta est sciã logica, quæ modum cæteras sciẽtias acquirendi demonstrat, ideoque cæterarum scientiarum magistra, duxque nuncupatur, ita p̃sentis Euangelij doctrina edocet, quõ reliqua omnia Euangelia utiliter sint audienda, atque adeo Euangeliũ hodiernum dux, & lumen reliquorum omnium dici potest, ideoque summa au- B diendum attentione, gratiam ergo imploremus intercessione Mariæ.

Desiderium reb. oĩbus inest maximũ se effundendi in alia, & naturam suam communicandi. Aug. lib. 1. de doctrina Augu. Christiana, oĩs res, quę dando non deficit, dũ hr̃, & non datur, nondum hr̃, quõ habenda est. Hoc vero creaturę desiderant, qm̃ summa illarum perfectio est, dum non tñ res in se bona est, sed causa ẽt bonitatis alterius. Cum uerò bonitas, ac perfectio in Deo nr̃o infinita sit, eius maxime proprium est se effundere, ac ef se suum tribuere alijs. Hinc est, quod naturaliter oẽm suam substantiam filio tribuit unigenito ęterna gñatione, huius vero æternę generationis semen est dicere patris ad intra.

Nec in eo tm̃ modo diuina bonitas stetit, & quasi gradum fixit, sed decreuit innumeros filios extra se creare, quibus C suę naturę faceret copiam, & in quos se effunderet, quique similes essent naturali eius filio. Ideo per Es. ait, nunquid ego Esa.66 qui alios parere facio, ipse nõ pariam? dicit dñs, si ego qui generationem cęteris tribuo, sterilis ero? ait dominus Deus tuus, en generationem filiorũ. Hi uero adoptionis filij similes naturali sint oportet. Hic Paul. quos pręsciuit, & predestinauit, conformes fieri imagini filij sui, Ro.8. Eze. 1. de aĩalib. illis sanctis dr̃ & similitudo hoĩs erat in eis ubi glossa interli- Exec.1 nearis

A neatis ait id est, similitudo Chri quia ut ubi glossa ait sancta aialia nō essent, nisi Chri similitudinē habuissent. Hinc rursum Paul. filioli, quos iterum parturio,
Gal. 4. donec formet Xps in uobis. Cū ergo similes X po dño futuri, sint, similes erant semine, & gñatione gignendi. Diuina locutione, & diuino dicere ad intra genera
Psal. 2. tur filius naturalis iuxta illud Ps. dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genuit te, dñs ait, dicēs filius meus es, tu genuit me. Simile ergo rōne diuina locutione ad extra diuino uerbo exterius facto producuntur filij adoptionis, similis em filius simili gñatione, & simili semi
Ioã. 10. ne pducēdus est. En semē huius gñatio
B nis est uerbū Dei. Hoc manifestius uerbis Xps dñs ostendit dicens, illos dixit
Iac. 1. Deos, ad quos sermo Dei factus. Id ipsū Iacob. expressit, cum ait, uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initiū
Psa. 77 aliqd creaturæ eius, uerbo ueritatis geniti sumus in Dei filios. Inde ēt Ps. ait, q̄ta mandauit patrib. nr̄is, nota ea facere filijs suis, ut cognoscat generatio altera, filij, qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filijs suis, ut ponant in Deo spē suā, & non obliuiscātur operum Dei, & mādata eius exquirant, ecce diuino uerbo patribus nr̄is præstito, & nota facto filijs, eos generant in Dei filios obediētes diuinis pceptis, Merito ergo nunc cœlestis magister dicit, semen est uerbū Dei. Et præterea clamat hodie Xps summis uocibus, ut ostendat similitudinem aliā inter productionem filij naturalis Dei, & filiorum adoptionis & q̄ nā illa? Cer-
C tè sicut pr̄ ut filium producat uniuersas suas exhibet uires, oēm adhibet conatū suam oipotentiam effundit, sic Xps dominus, ut uerbo suo nos regeneret ī Dei filios, uitam & sanguinem uniuersum profundit hic uires adhibēt suas, hic conatum, quia hoc opus eius per excellentia est. Mira profecto uerbi diuini uis, ac dignitas, cum nos efficiat Dei filios, quā
Luc. 11 Xps explicuit, cum ait laudāti matrem,
Chrys. quinimo beati, qui audiunt uerbū Dei, & custodiunt illud, q. d. ait Chrys. laudasti matrem meam & probe laudasti, dicens matrem meam esse, quasi arborē,

ex fructu, sed audi maius aliquid, q mr̄ A mea hēt, q audit uerbum Dei & custodit illud, sūma diuini uerbi laus est hæc excellentus pstātiusq; est uerbū Dei audire, & custodit, qua mr̄ Dei eē, & sūma laus matris Dei hæc est, qd uerbum Dei audit, & custodit, sic .n. efficit filia Dei, & similia X po dño. Sed sicut semen in terra recipi non satis est, ut fructus nascatur, nisi alia ad sint, ita uerbū Dei audire, nō sufficit, ut filius Dei efficiaris nisi obserues illud. Hic Xps dñs ait ad auditores aliquos diuini verbi, quid me uocatis dñe, & non facitis, q̄ dico? Sicut p
deest nihil, medicū uocare, si ei nō pareas Luc. 6.
hodie docet, qua sint illa, q̄ impedimēto sunt diuino uerbo, cælestique semini, nec ex eo orianť filij Dei, simul ēt qui sint, q
eo utunť, ut par est, & fructū referūt, Au B diamus ergo cęlestē magistrū hæc disserētē. (Exijt, qui seminat seminare semen suū.) In quib. uerbis multa expendenda sunt, quorū illud sit primū, q Deus ipse nūc processerit in mūdū, ut uerbū suum prædicaret hominib. nec contentus, Angelos, & homines in hoc opus destinasse, ipse in id munus obeundū in mūdum uenit Aug. 6. de Trinitate ait, sicut tu interius uerbum concipis, quo ipse intelligis, sed deinde cōceptū uerbū voce quasi
induis, & sic pcipit, ac intelligit ab alijs, Augu.
sic diuinū verbū a patre ab æterno productū carnē induit in tpe, & factū ē nobis uox, qua uidimus, audiuimus, & ma
nus nr̄æ contrectauerunt, ut Ioānes ait: 1. Io. 1.
Qui ergo per seruos, Angelos, s. & prophetas uerbū suum ante seminauerat, C
nunc exijt, ut seminet semē suum. Mul- Simile
tū interest cū agriculturam exerces, si p seruos illā exerceas, an per temetipsum. Si .n. dñs instat operi, multo melius perficitur, quā si minister, & iō uidens Deus nr̄, parum proficere mundo, quod prophetas, & Angelos in hoc opus miseras, ipse uenit, & exijt, qui seminat, &c.

Ingens uerò pondus in corde nr̄o habere debet, ut uerba Christi dñi audiamus, & opere impleamus, quod ipse è cęlis descenderit, & nobis ea loquutus fuerit. Hanc rōnem mire ponderat Aposto
lus, qui cum dixisset, multifariā, multisq; Heb. 1
modis

A modis olim Deus loquens patrib. in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, ostendit continuo nos summe deuinctos, ut illius uerba suscipiamus, dicens ppea abūdātius oportet obseruare nos ea, q̄ audiuimus, ne forte pefluamus, si.n. qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & oīs puaricatio, & inobedientia accepit iustā mercedis retributionē, quō nos effugiemus, si tanta neglexerimus salutem, q̄ cū initiū accepisset, enarrari per Dñm, ab eis, q audierūt, ī nos cōfirmata est. Sicut.n. oē regis pceptū implendū est, et si p ministros nobis pponatr, illud tn̄ pcipue, q̄ ipse rex suo ore imperat, ita, q̄ Deus nobis loquutus est, summe memoria retinenda, & opere impléda. Multa Dñs Israeli mandauit, sed decē decalogi pcepta ipse Deus loquutus est uniuerso Israeli audiēti, nec illa uoluit Moysen promulgare, sed ipse Deus loquutus est, ut tenacius inhærerent, q̄ pcipua erant, cętera uero Moysi loquutus est, & ille populo, ita D.Th.1.2.q.100.art.3. & manifeste colligitur ex c.20. Exo. vbi dr̄, loquutus est dns cunctos sermones hos, & ponit decalogum, cūq; populus Deum loquentē sustinere nō posset, dixerūt Moysi, loqueretur nobis, & tūc subiungit scriptura, loquutus est dn̄s ad Moysen. Sic ergo, ut oīa, q̄ ad nr̄am salutē spectāt, pręcipua memoria, & custodia seruaremus, ore pprio ea nos docuit, seminans semē suū. Xp̄s ergo seminat semen suū, reliq vero semen Xp̄i, hinc pphetæ dicebant, hæc dicit dn̄s, Xp̄s verò ait, ego aūt dico vobis, qa illi alienū semē, Xp̄s vero suū seminabat. Sicut ergo semen dēt esse decisum à generante, sic Dei verbū a meipso, hinc Dei minę plurimæ in prophetas prophetantes de corde suo, ac annunciātes, nō q̄ eis Deus mandauerat, sed quæ illi volebat, de qua ī re inferius dicem⁹.

Simile | B | D. Th. | Exo.20 | C | Mat. 5.

Scd̄m in his uerbis (seminare semen suum,) aduertendū est, Xp̄m dn̄m diuina uerba seminasse in mundo longe diuersa ab iis, quæ prophetæ seminauerāt, longe potentiora, & de qb. merito dicere posset, uerba, q̄ ego loquor vobis, spiritus, & uita sunt. Et Paul. uiuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior oī gladio ancipiti. Oē quidē semen uiuū, & efficax esse oportet, & latentē vim hēre, q̄ si hmōi non fuerit, semē non erit, sed est nihilominus semen vnū alio melius, potentius, & vt ita dicam virtuosius, & virilius, ex quo plus fructus sperandum est. Prophetæ Dei verba disseminauerūt cūq; illa semē essent, efficaciam, vt uim habebant infirā, ut hoīum corda p nouerent, & ad Deū adducerēt. At vero Xp̄o dn̄o semen aliud seruatū est longe potentius, maiori uirtute pditum, vt corda hominū post se raperet. audi verba, q̄ seminauerant prisci patres, atque prophetæ Moyses ait, heccine reddis dn̄o popule stulte, & insipiēs? nunquid non ipse est pr̄ tuus, qui fecit, & creauit te? interroga patres tuos, & annunciabūt tibi, sed qd annū. iabunt? qd prædicabūt? q̄ iaciēt semē? certe illud q̄ sequit̄, inuenit eū in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, constituit eū super excelsam terrā, ut comederet fructus agrorum, vt suggeret mel de petra, oleūq; de saxo durissimo. Audi sil'e semen, si audieritis me bona terræ comedetis, sin autem, gladi⁹ deuorabit vos. Viuū quidē, & efficax semen hoc, quo plurimi gn̄bantur in Dei filios. Sed nunc attende Xp̄i dn̄i semen longe diuersum, q̄ in mundo seminauit vi pditū incōparabili, ui diuina. Sic De⁹ dilexit mundū, vt filium suum vnigenitū daret, ut oīs, q credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. An non potentius semē hoc? Si miris uerbis extollebāt prophetæ beneficia Israeli collata, cum eductus est ex Aegypto, mare sicco uestigio pertrāsit, Pharaone submerso, Manna de cœlo accepit, & tandem promissam terrā qbus uerbis p sua magnitudine extolli poterit, q̄ pr̄ eternus filiū suū donauerit mūdo, q̄ eū eruerit a ptāte tenebrarum, & dęmonis, & transtulerit in regnū filij dilectionis suæ, qd Xp̄i sanguine pctā uniuersa deleta sunt quod cęli ianua nobis reserata? Sed quā vim, & efficaciam in corde nr̄o verba hæc hr̄e deberent? Audi qd in Pauli corde hæc efficerent, charitas Christi vrget nos, æstimantes hoc, qm̄ si vnus p oībus mor-

Ioan. 6 | A | Heb. 4 | Deute. 32. | B | Esa. 1. | Ioan. 3 | C | 2. Co. 5

A mortuus est, ergo oẽs mortui sunt, & ꝑ oibus mortuus est Xps, vt q viuũt, iã ñ sibi uiuãt, sed ei, q pro ipsis mortuus est. Asserit Paula, vrgeri se hoc semine, qua si vim cordi eius inferret. Sicut. n. potentissimũ, ac virtuosissimũ semẽ ẽt in terra sterili, ac minus vberi fructũ profert, supplẽs ui sua terræ infirmitatẽ, sic verba Xpi Dñi uniuersum mundũ fructificare fecerũt, ẽt deserta, & inculta, mõtes, & colles, vt prophetæ sepe predixerant.
Ps. 71. Hinc Ps. pinguescent speciosa deserti, &
Esa. 35 exultatione colles accingent, & Es. ger-
Colos. 1. minabit solicitudo, & florebit sicut liliũ, id verò impletũ ostendit Pau. quam spem. s. audistis in uerbo ueritatis Euangelij, ꝙ peruenit ad vos, sicut & in uniuerso mũdo est, & crescit, & fructificat,
B mira ꝑfecto seminis vis, ꝙ i oĩ ꝑdio fructũ refert. Qñ. n. mundus audiuit immẽsã, illã Dei dignationẽ, qua dignatus est hõ fieri, sanguinẽ fundere, vitã dare, obstupuit, & ad Deũ supplex uenit. Et veræ adeo ingentia sunt, q̃ in fide Xpiana nobis ꝓponunt̃, ut si æstimarent̃, ut par est, satis sint, hoiem extra se ducere, & sãctissimũ facere. An nõ potẽtissimũ semẽ infernus æternus? gloria sempiterna? Deus homo factus, & cruci affixus ꝑ te? Merito semẽ dr̃ qñ calorẽ, vitã, & viuidã hẽt uirtutẽ, nec emortuum est, vt reli-
Ps. 118. que philosophorũ doctrinæ, d quib. Psa. narrauerũt mihi iniq fabulationes, sed nõ ut lex tua. Sic Xpo dño uerbũ eius est, tanq̃ fructus arbori, vade sicut ille, sic hõ est ut intus Deꝰ sit, ita uerbum eiꝰ interiori vi diuina ornat̃, nec semẽ solũ est, sed potentissimũ, lõge potẽtius eo, ꝙ
Esa. 43 in lege antiqua seminatũ ẽ, vñ p Esa. ait
C dñs. Ne memineritis priorũ, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, nũc orient̃. Exit ergo Xps Dñs, seminare semẽ suũ, ꝙ adeo nobis est suscipiendum.

Tertiò aduertẽdũ est, aliter verba illa accipi posse, (exijt q seminat seminare semẽ suum,) vt sator pr̃ æternus sit, semen
Ioã. 12. vero verbũ suũ substãtiale Xps dñs, ꝙ i carne seminauit, dũ illã ipsi copulauit, & in cordib. credẽtiũ p fidẽ idẽ uerbum seminat, vt fructum referat. Se qdẽ semen Xps dñs compellat, cũ ait, nisi granum frumẽti cadẽs i terra mortuũ fuerit, &c. A
quem uero retulerit fructũ declarat, cũ ait, si mortuũ fuerit, multum fructum affert. Ab initio qdẽ fuit uerbũ hoc semen a quo cuncta inuisibilia, & uisibilia processerunt. Hinc Paul. fide intelligimus, Heb. 11
apta esse secula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Et Ephes. 1. qa in Eph. 1.
ipso cõdita sunt vniuersa, siue q̃ in cęlo, siue q̃ in terra, uisibilia, & inuisibilia oĩa in ipso cõstãt, oĩa. n. virtute continebat Ioan. 1
hoc semen, oĩa p ipsũ facta sũt, mira uerbis uis, & fęcunditas. Seminatũ in carne hoc semẽ est, cũ hõ factus ẽ, cum uero semen esset potentissimũ, ibi mirabilia ꝓduxit, de qb. Es. gñationẽ eius qs enarrabit? uidebit semẽ longeuũ. Produxit semen hoc uniuersos filios Dei, misit. n. Esa. 53
Deus filiũ suũ, ut adoptionẽ filiorũ reciperemus, oĩs iustus spica est ab hoc procedens semine, cuius ut uis nobis innotescat, oĩa sacr̃a, quibus regeneramur, in Dei filios, a uerbo uim accipiunt, ꝙ i eis vicẽ formæ hẽt, Aug. accedit uerbum ad elementum, & fit sacr̃m, in Baptismo id manifestũ est, dicente. Pau. mũdãs eã lauacro aquæ in uerbo uitæ. Vñ Aug. quę est ista tanta uirtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? nisi faciẽte uerbo, non qa dr̃, sed qa credit̃. i pnĩæ sacr̃o idẽ manifestũ est, absolutione. n. gr̃a concedit̃. In Eucharistiæ uero diuinissimo sacr̃o, qd uerba consecrationis efficiant, qs loquatur? idem uero in reliquis est sacramentis, a verbo ergo exteriori mirabiles effectus prodeunt, ut ostendant uirtutem, quæ in Christo Domino, uerbo pa tris, semineque miro est.
B
Gal. 4.
Aug.
Eph. 5.
Aug.

Hoc ergo uerbũ primum in carne seminatũ, p fidẽ seminatur in credentium cordibus, sicut uero semẽ in terra abscõdit̃, sed illius uirtutem fugit, & ad se trahit, ut fructum producat, radices altas mittit, qbus terrã penetra, & aliqñ etiã rupes, ita Christus Dñs in corde seminatus p fidẽ, si ei obstaculum non ponas, si in iustitia Dei veritatem non detines cor ad se trahat, uulnerat penetrat, Sagittaueras tu domine cor meum charitate tua, ait Augustinus. Audi, quẽ ex hoc semine fructum a nobis desiderat Petrus Simile C
Aug.

animas

A aĩas vĩas castigantes in obediẽtia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicẽ diligite attẽtius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbũ Dei uiui, & permanentis in æternũ, qa oĩs caro fœnum, & oĩs gloria eius quasi flos fœni, exaruit fœnũ, & flos eius decidit verbũ aũt dñi manet in æternũ, hoc est aũt uerbum, q̃ Euangelizatũ est uobis. Nec mirũ si hic a nobis exigat fructus, recepto semine tãto. Si ex hoc semine, uniuersa, q̃ facta sũt processerũt, si oẽs filij Dei ex eodẽ prodierũt: qd mirũ si a te petatur, ut filius Dei renascaris ex Deo natus. Sed vñ nã illud prouenit, ut semẽ tm̃, & adeo potẽs parũ in corde tuo fructus proferat: rñdet, ex quo factũ est

B semẽ cordis humani, uim suam attẽperauit terræ, ut sine illius cõcursu fructũ nõ faciat, quia ergo plura sunt corda, q̃ verbum istud non recipiunt, ut dẽt, atque adeo nec illi cooperantur, inde est, quod fructum non faciat. Hoc uero proposita nobis hodie Euangelica declaratur parabola, qua explicare temeritatis esset, ait

Greg. Gr. cũ Christus illã explanauerit. (Aliud cecidit secus uiam, & cõculcatum est, & uolucres cęli comederunt illud.) Via publica infideles sunt, sicut. n. omni culturę inepta est uia, sic infidelis, sicut omnes libere uere uiã trãseunt, sic dęmones in in-

Esa. 51 fidelibus libere discurrunt, quia ubi nulla Dei cognitio, & respectus est, nõ est, q transire quemquam prohibeat. His dæmones dñt illud Isa. incuruare, ut trãseamus. Prope hanc uiam sunt ex fidelibus illi, q fide solũ ab infidelib. distãt, q ver-

C bis fatentur se nosse Deum, factis aũt ne-

Titũ 1 gãt, ut Pau. ait, qui nihilominus faciunt. quã si fideles nõ essent, q tradiderunt se

Simile Sathanę in operationẽ oĩs immunditiæ. Similes effecti diuersorio, qd' oẽ hoium genus recipit, ita isti omne pc̃m, ut dicãt illud Eccl. 2. oĩa quę desiderauerunt ocu-

Eccl. 2. li mei, non negaui eis, non prohibui cor meum, qui oĩ uoluptate frueretur. In his Dei verbum fructum nõ refert, tũ qa cõculcatur, tum quia diabolus facile ab eorum cord b. uerbum rapit. Conculcatur ab his Dei verbũ, super caput enim illi collocant mundi leges, sub pedibus uero

Chri mãdata. Et si aliqñ verbum Dei audiunt, nõ id pstãt desiderio pficiẽdi, nec uitam in melius mutãdi, sed ut Chfiani appareant, & suis morẽ gerant, nihili. n. ab ijs pendit Dei verbum, licet infinitus sit hoibus thesaurus. Si in hoc suggestũ nunc conscendisset hõ, q saccos deferret plenos argẽto, auro, lapidibus pretiosis, ut illos effunderet, quanta auiditate pro- Simile perarent hoies, ut ea colligerent. An nõ diuina spia, quæ hic effundit, pretiosior est auro? an non oẽ aurum in comparatione eius, arena est exigua? si ergo q̃sieris spiam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tunc Inuenies ti- Pro. 2. morem dñi, & scientiam Dei reperies: Sapiens ait, in ptio ergo summo Dei uerba tibi sint: nec ea sub pedibus sed super caput collocata, ab his uero, qui ea con- B culcant, facile dæmon tollit. Infelicissimum hoium genus hoc est: oĩa ab eis diabolus rapit, ẽt quę bona sunt natura sua, si eleemosynã faciu nt: pp mũdi gloriam illam largiuntur: atq; adeo uanitas illam tollit: si sacrum audiunt: aliud cogitant: corpore solum ibi adsunt: cor enim eorũ longe est a Deo si uerbum Dei audiunt: uenit diabolus: & tollit de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nihil sic curat dæmon a corde tuo tollere: ac Dei ver- Mic. 6. bõ: cũ. n. illud abstulerit, oẽ bonũ abstulit, qa semen oĩs boni illud est, Impletur que in his illud prophetæ, tu seminabis & non metes, tu calcabis oliuã, & nõ ungeris oleo, & mustũ, & nõ bibes vinum. Vis diabolũ non tollere a te verbum auditum? imple illud opere continuo. Es Simile corpore infirmus. dicit medicus: hanc C sume potionem, licet amara sit, continuo in domum pharmacopolæ properaruis, & potionem ebibis: licet nescias certe: an tibi pro futura sit: cum ad conciõnẽ uenis, medicum cõsulis aĩæ tuæ: cum dicit tibi, restitue aliena: potionẽ purgatiuã tibi dat: cum dicit: da eleemosynã, venam scindere pcipit, ei ergo statim obedi: illi obtẽpera: & cauebis periculum illud, qd Christus Dominus explicat esse in his: qui circa uiam sunt. (Aliud cecidit in petrosa: & natum aruit, & cæt.) D. Tho. hos dicit esse auaros, duros, sui D. Th.

A nimium amantes, sicut.n.molle extra fines suos facile diffunditur, ut aqua, sic durum intra se constringitur, vt lapis, & huiusmodi est, qui se nimium diligit, qui oia ad suá refert commoditatem, & se in oib. qrit, et Deum pp se qrit, & virtutem
Simile amplectitur, sed sine vllo sui incomodo. Orant, dum illis est dulce, & denique socij mensæ, sed non passionis. Similes hirundinibus, q̃ primo vere adsunt, in hyeme recedũt, hi radices non hñt, nec sunt in charitate radicati, & fundati. In his, q̃ factu facilia sunt. Deo obsequuntur, in difficilioribus resiliunt, tpe tentationis recedunt. Facilia Chriani opera sunt, fidem profiteri, sacro interesse, & concioni, q̃ ẽt principes magni præstant, hæc illi libenter faciunt, opera difficilia sunt,
B iniuria remittere, substantiam pauperibus elargiri, mortificationem in corpore circumferre, hæc illi renuũt, in itinere plano gradiuntur, in petroso offendunt, tempore tentationis recedunt. Ne pates in uia Dei te profecisse, etiã si plura pietatis opera præstiteris, nisi probatus tentatione, & tribulatione, dicere possis cũ
Ps. 16. Ps. probasti Dñe cor meum, & uisitasti nocte igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. An non mirãdum quod Israel trãsierit mare, & diuinas laudes decantauerit, sed in prima tribulatione defecerit? cum deest ei aqua, continuo murmurat. Venisti ad templum, peccata confessus es, sacram synaxim sumpsisti, & domum reuersus leuis iræ occasio te perdit, hi, ait Christus Dñs, radices
C non habẽt, sed quas, ais, radices? firmissimum certe propositum Deo adhærendi, licet substantiam, honorem, & uitã amit
Ps. 118. tas, sicut Psalm. qui ait, iuraui, & statui
Ro. 8 custodire iudicia iustitiæ tuæ, & Paulus, qui ait, qs nos separabit a charitate Christus, &c. Sed ais, qũo has radices ego mittam, ne de illis sim? Respondeo, radices
Simile non misit in uirtute, qui consideratione diuinorum caret, ille uero, qui hac usus est altas in uirtute radices iecit. Sicut.n. ictibus clauus figitur parieti, ut securus, ac constans sit, ita consideratione aius uirtuti infigitur, & radicatur. Hinc
Psal. 1. de iusto Ps. ait, in lege Dñi uoluntas eius

& continuo audit, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Profunda.n. diuinorum cõsideratio facit uoluntatem firmiter Deo inhærere, & fructum reddere. Illud uero appositissima similitudine explicat, addens, & erit tanquam lignum, q̃ plantatum est secus decursus aquarũ, q̃ fructum suum dabit in tpe suo, & folium eius non defluet, quia ex profunda diuinarum rerum cõsideratione humor vitalis, & deuotio colligitur, qua facile Deo in oibus obsequimur, non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit uentus a facie terræ, quia facile a virtute demouentur. (Aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud, qui a similitudinibus diuitijs, & voluptatibus, &c.) Qui multis sæcularibus negotijs irretitus est, qui diuitijs abundat, qui delicate nutrit corpus suũ, uellent nunc me audire dicentem, rectam uiã in cœlum eos tenere, sicq; Deo placere, & fructum referre posse, uellem equidem hęc ego eis dicere, si possem at nõ possum, quod si id dixero non Euangelium p̃dicabo, sed doctrinã è capite, & corde meo, quod absit. Audi Deum per Hiere. de his prophetis dicentem uisionem cordis sui loquuntur, nõ de ore domini dñi his, qui blasphemant me, locutus est dñs, pax erit uobis, & omnibus, q ambulant in prauitate cordis sui, dixerunt, nõ ueniet sup nos malũ. Nõ mittebã ꝓphetas, & ipsi currebãt, nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt. Sed & tu noli hæc audire, q̃ placent, sed q̃ dñs p̃cepit, ne de illis sis, & dñt, loqmini nobis placẽtia, & de qb. Pau. coaceruabũt sibi magistros prurientes aurib. Sicut ergo legatus, ac nuncius, ea nunciare dẽt, q̃ is p̃cipit, q eũ mittit, non uero, q̃ ille uult, ita p̃dicator uerbũ Dei seminare tenet, non uero uerba sua. Si ergo Dñs uocat spinas, & impedimẽta diuini seminis, diuitias, uoluptates, & solicitudines, qd aliud ego loq possũ? Qũo ego lætificare poteto eũ quẽ Deus nõ lætificat, imo cõtristat? Vis tu omnes uoluntates tuas implere, tibi in omnibus placere, & insuper ut ego tibi dicam, id rectum esse, Deoque beneplacitum, quomodo ego id dicere, tibi possum,

Right margin: A — Simile (beside "tabitur die, ac nocte"); B (beside "laribus negotijs"); Hie. 29 (beside "corde meo"); Esa. 30 (beside "ad eos"); 2. Ti. 4 (beside "li hæc audire"); C; Simile (beside "tia, & de qb. Pau.").

A possum, cum verbum Dei diuersum lo-
Esa. 58 quatur? Audi Esaiam ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas uestra, & infra, dum non facis vias tuas, nec inuenietur uoluntas tua, tunc delectaberis super Domino. Vis tu omnibus deliciis, ac uoluptate perfui, & concionem
Luc. 6. velles, quæ te consolaretur, quomodo id ego præstare potero, cum Christus dicat, væ qui habetis hic consolationem
Eccl. 1. vestram, væ vobis, qui ridetis, quoniam flebitis? Si multa bona opera ab alio exigit concionator, dicit ille, strictiorem nimium eum esse, & in angustias redigere audientem, an hoc semen meum est? an hoc uerbum meum? & non potius Spiritus sancti, qui ait, mane semina semen tuum, & uesperi necesset ma-
B nus tua, quasi dicat, nunquam cesses a bono opere, labori semper incumbe. Dicis, non ad hoc teneor, sit ita, non teneris, sed forte, ait Sapiens, eleemosyna, quam mane dedisti nullius fuit meriti. erit uerò, quæ vesperi fit, hoc innuit, cum ait, nescis enim quid prius oriatur. Nunc ergo si solicitudinibus, diuitiis, & uoluptatibus irretitus es, quid tibi dicam aliud, quam quod Christus Dominus ait, hæc impedimenta esse diuini verbi? Imo, & Seneca ait, qui plu-
Seneca ribus sæculi occupationibus irretitus est, bona conscientia esse nequaquam potest.

Vides aliquem diuitijs, delicijs, honoribus abundantem, ne ei inuideas, impedimenta illi plurima sunt, ne in cœlum tendat. Impedimenta belli uocabat Cę-
C sar uictum, alimenta, suppectiliaque militum. De qua rem ire Chrysostomus
Chrys. homil. 39. in Paulum, qui ait si hominē videris opulentum, satellitibus, & adulatorum turba stiparum, non est cur animo deijciare, geme potius, lacrymare, aduoca Dominum, qui illum inter amicos numeret suos, & quanto res illi fœlicius succedunt, tanto tu illam lugeas magis, peccatores enim lugere semper quidem oportet, præsertim uero cum opibus, & tranquillitate fruuntur, quemadmodum ægrotos cum crapulantur, & inebriantur. Sed sunt, qui cum audiunt

ista, ita misere comparati sunt ut ob hoc A
acerbe gemiscant, & dicantque, lachrymis se dignos esse potius, qui habeant nihil, recte dicis, qui habes nihil, non quia non habeas tu, quod ille, sed quia fœlicem rem opes iudicas, innumerabi- Simile
libus lachrymis es deplorandus. Nam si quis sanus, valensque fœlicem iudicet moli lecto ex morbo decumbentem, mi serior est, quam æger ipse, qui bonorum suorum nullum habet sensum. Hæc Chrysost. Vides contra hominem, cui nec diuitiæ, nec deliciæ sunt, & si aliquando ijs abundauit, abstulit eas Deus Simile
illum zelare, hunc fœlicem crede. Sicut enim ager, in quo frumentum seminatum est, aliquando plenus est spinis, & alij inutilibus herbis, quæ agrum quidem pulchrum reddunt, ac im B
pedimenta illa sunt frumenti, & hac ratione vt frumentum proficit, illa omnia tollit agricola, & ager quidem imminutus deformisque apparet, sic tamen fructus ex eo colligendus est. Ita omnino res se habet in homine, ut diuitijs abūdat, & delicijs, & altera parte fidelis est, frumenti ager est, sed spinis, & inutilibus herbis plenus, quæ illi quidem exteriorem tribuunt decorem, sed interiori priuant, ac expoliant, agricola Deus est. utque ager fructu abundet, inutiles tollit herbas, diuitias, scilicet, honores, ac uoluptates, marcidus, tenuis, & indecorus nunc videtur, sed sic fructum reddet vberiorem, quia illius impedimenta sublata sunt. Sed qua ratione, ais, hæc impedimenta sunt? & vniuersum ad se hominem rapiunt? Respondetur, spinæ C
hæ naturalis terræ fructus sunt, uerbum autem Dei insitum est aliunde illæ filii naturales sunt, hoc adoptione hinc fit, vt hominis uires, ac mentem, amorem, & cogitationem ad se potius trahant spinę ideo tollendæ, ut corde bono, & optimo fructum referamus.
Ideo Hierem. nouate uo Hier. 4
bis nouale, & nolite serere super spinas, &c.

A Dominica in Quinquagesima.

Them. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Luc. 18.

DVo de Deo nostro docet Christiana religio dissimilia valde, & q̃ primo conspectu contraria apparent. Docet.n.altissima, & humillima, & vtraq; intellectu nr̃o difficilia sunt. Qua rõne apud Esaia Seraphim velabant Dei faciẽ,& pedes,quia alta,& humilia Dei fugiunt cognitionẽ nr̃am. Sed in his, quæ alta sunt non adeo scandalũ passi sunt philosophi,atq; in his,quæ homilia, qa naturaliter intellectus nr̃ fertur ut magna de Deo credat. Quæ ergo difficilius credidit,ea sunt,quæ ad Christi humanitatẽ,& passionẽ pertinent. Et iõ vocatur Christus petra scãdali,& lapis offensionis. Et Pau.ait. Verbum.n. crucis pereũtibus quidem stultitia est, ij autem, qui salui fiunt,i.nobis,Dei uirtus. Quod ad eo verum est, vt ipsi Apostoli audientes Christi passionem manifeste prędictam nunc intellexerint uerbum.

Esai.6. B 1.Pe.2. 1.Co.1

Argumentum, quo humana sapiẽtia vtebatur contra crucem Christi, & quo Celsus vtebatur (vt refert Origenes lib. 2.contra eundem) hoc fuit. Aut humiliatio,& passio Christi fuit a necessitate profecta, aut a uolũtate,si a necessitate,defectum arguit potentiæ,cum non potuerit non pati, si a uoluntate, fuit dementia, ac stultitia talia sustinere hominis causa. Ex quo sequi videtur, Christum,aut minus potentem,aut insipientem fuisse, non ergo Deus esse potest, Deus.n.& sapiens,& potens est. De hac uana argumentatione, ac Philosophia ait Paulus Videte,ne quis vos decipiat per philosophiam,& inanem fallaciam, s̃m traditionem hominum,s̃m elementa mundi huius,& non s̃m Christũ. Accidit Christo cum humana sapientia,quod Dauid cum Michol. De qua sic dicitur: Michol filia Saul prospiciens per fenestram uidit Dauid Regem subsilientem, atque

Orig. C Colo.2 2.Re.6

saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo;exuerat.n. Dauid uestes regias. Hoc ipsum Christus pręstitit,vt animas in cęlum duceret,quod Dauid, vt Arcam testamenti in domũ suã. Exuit uestes diuinas,non eas relinquẽs, sed occultans; Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs,Et ut pelleret dęmonẽ a nobis, sicut Dauid a Saul, & vt peccatorum nostrorum clamor non audiretur,ipse clamore grandi,& dulci sono clamauit,ut uero clamor altior esset, oportuit distendi chordas in passione, & ipsum multa pati,ac deiici. Nec intellexit humana sapientia celsitudinem,ac magnitudinem, quæ in hac humilitate latebat,& ideo despexit eum. Sed vnde tibi despicabilis apparet,mihi amabilis magis videtur,ait Bernar. A B Bern.

Ad argumentum ergo humanę philosophiæ respõdeamus. Aiebat,illam, aut uoluntate,aut necessitate suscepit mortem,dicimus voluntate eam suscepisse. Oblatus est,quia ipse uoluit. Et ego pono aĩam meam. Et in Ps. ait (quem explicat Paulus de Christo) sacrificiũ,& oblationẽ noluisti,corpus aũt adaptasti mihi Deus meus quia uolui. Sed ait humana sapientia. Si uoluntate suscepit, si uitare potuit mortem, stulte fecit moriens. Respondeo, stultitia est hac in re humana sapiẽtia,& ortũ hẽt hæc stultitia ex ignorantia diuinę bonitatis,ac amoris. Si homo nosset, quantus Deus nr̃ in bonitate sit,non ei appareret incredibile,quod hominis cã mortem suscepisset sed mortẽ videt,non dilectionem. Et regulam diuinorum operum desumit ab experientia humanorum, cumque uideat inter homines tantã bonitatẽ, ac amorem nõ inueniri,credit in Deo non esse. Nec intellexit stulta sapientia, infinitum distare amorẽ diuinum ab humano,& ideo effici ab amore diuino ea,q̃ ab humano p̃cul sunt. Hinc. Psaltes. Non est similis tui in Diis Domine,& non est s̃m opera tua,quasi dicat, sicut excedis uniuersos natura,ac bonitate,ita operibus. Hinc & Psal. Ascendit super Cherubim,& volauit,uolauit sup pẽnas ventorum, caligo sub pedib.eius, Quæ uerba enarrans

Esa.53 Heb.10 Ps.39 Ps.58 Ps.17

Gre-

A Greg. 17. Mora. c. 13. ait Cherubim abū-
Greg. dantiā sp̄iæ significat, pennæ uentorum
effectus aīarum, cum ergo ait ascendisse
Deum super Cherubim, & pennas uen-
torum, significat, ea opera Deum fecisse
quæ excedūt uniuersam humanā sp̄iam,
ac dilectionem, q̄a sicut dilectioni illius
n̄sa æquari non ualet, ita nec operib. ope
ra. Et nde est, q̄ caligo sit sub pedib. ei⁹,
& posuerit tenebras latibulū suum, quia
eius dilectio tanta est, ut nulla humana
sp̄ia illā attingat. Et hoc est q̄ Haba. ait
Haba. 3. Dedit abyssus uocem suam, altitudo ma
nus suas leuauit. Idest Abyssus immen-
sa diuinæ dilectionis dedit uocē, i. signifi
cationē, qua se ostendit, & tunc altitudo
humanæ sp̄iȩ manus leuauit, in signum
admirationis. Ita exponit Greg. dicens.
B Exclamare mens humana compellitur,
Greg. dum altitudine considerationis requisi-
tionib. suis in eo ipso, quo latius attendi
tur angustatur. Ex quo tandem sequit̄
hoc ipsum, q̄ infimum, & despicabile vi
debat̄ humanæ sp̄iæ altissimū esse, & oī
honore dignum, si. n. necessitate ductus
mortem suscepisset, abiecta fuisset, sed
uoluntate, amore, ac bonitate suscepit,
& iō infinitam arguit bonitatem ī Deo
n̄ro, ostenditq;, q̄ optimus sit, & ideo, q̄
magnus, & maximus. Et iō sūma Deo
gloria resultat ex hoc opere, q̄ proinde
ille uocat opus suum per excellentiam.
Recte ergo Sapiens monet. Sentite de
Dn̄o in bonitate. Hinc nobis colligēdū
est summe gaudere, q̄ optimo, ac aman-
tissimo Deo seruiamus, a quo innume-
ra bona sperare possumus, qui. n. p̄ ini-
micis, ac exteris talia fecit, quid p̄ dome
sticis, & amicis nō faciet? Recte Ps. quā
C bonus Israel Deus his, qui recto sūt cor
Psa. 72 de. Quod si duo fratres in domū maxi-
mi principis assumpti, ut ei ministrent,
sibi inuicem congratulantur, q̄ tanto di
gni honore habiti sint, & quod maxima
sperent beneficia, multo potius nos, qui
bus ea fȩlix sors accedit, ut Deo ministre
mus optimo, maximo, amantissimo cō-
gratulari inuicem debemus, q̄ talem ha
beamus Dn̄m, & herum, a quo innume
ra bona sperare possimus. Et hoc est, q̄
Phil. 2. Pau. agit, cum ait, Sed si immolor super
sacrificium fidei vestræ gaudeo, & con- A
gratulor omnibus uobis, id ipsum autē,
& uos gaudete, & cōgratulamini mihi.
Idest, Optuli ego in sacrificiū Deo vos
ad eum conuersos, qua rōne persecutio-
nē patior vsq; ad mortē. Ego quidē con
gratulor uobis, q̄ fidem X̄pi susceperi-
tis, quod tali hero adhæseritis. Vos con-
gratulamini mihi, q̄a eius causa patior.
Gloriari profecto non fideles possumus
sup oēs infideles, q̄ Deus n̄r dulcissim⁹,
ac amantissimus est, & talis ab Ecclesia
prædicatur. Et p̄pea de labiis Ecclesiæ Cant. 4
dr̄ in Can. Fauus distillans labia tua so-
ror mea sponsa. Sicut, n. (ait Greg.) fau⁹ Greg.
mellis continetur in terræ casulis, ita in
p̄dicatorib. Ecclesiæ mel est doctrinæ,
dum passionem Christi annunciant, dū
Deum clemētissimum, & pietate plenū B
p̄dicant. Non sic gentiū Dii, sed crude-
les, & immisericordes sunt, & sanguine
hoīum delectantur. Cum ergo Christus
manifestis uerbis passionem suis annun
ciaret, illi nihil intelligunt, erat uerbum
hoc absconditum eis, quia tanta est ostē
sa diuina bonitas, ut ab homano intelle
ctu non capiatur. Sed proponitur nobis
X̄pi passio, & ascensus, in Ierusalem, ut
in regnum assumatur per passionem, ut
impleatur illud: Ps. Ego aūt constitutus
sum ab eo rex super Sion montem san-
ctum eius, & iō ait. (Ecce ascendimus Ie
rosolymam.) Cumq; hanc uiam ageret Psal. 2.
ait Luc. c. 19. His dictis præcedebat ascē
dens Ierosl. Cum alias uias agebat, ibat
cum discipulis, nunc uero cum in passio Luc. 19
nem properat. p̄cedit eos, quia in regnū
tēdit summo gaudio, & desiderio, ut no-
ueris, multa debere X̄po, quia pro te pas
sus est, sed plura, pp eximiam illius cha- C
ritatem, qua libenter passus est, & plura
pateretur, si opporteret. Sed id maximè
mirandum, quod uia in regnum passio
sit. Si rex a te ò Pater constituendus fuit
Christus tuus, cur passione ac ignomi-
nijs id agendum fuit? Querelas has de
modestas sanè proponit Dauid Deo in
Ps. in quo regnum, & passionem X̄pi o-
sten dit in regno ipsius adumbratū. Ait
. n. ostendens regnum. Et exaltaui electū Ps. 88.
de plebe mea, inueni Dauid seruū meū,

A oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meu[m] confortabit eũ. Et ego primogenitũ ponam illũ, excelsum præ regib. terrę, &c. Sed statim modeste conqueritur, quod uia ad hãc celsitudinem passio sit ait .n. Tu uerò repulisti, & despexisti, distulisti Chrm tuum, auertisti testm̃ serui tui. Sedem eius in terra collisisti, &c. Certè hæc fuit diuina dispositio, ut per crucem ascenderet in regnum, & hæc oportuit Chrm pati, & sic intrare in gloriam suã. Quo facto oñdit nobis via, qua in regnũ ueniamus, erigitur .n. nobis hodie crucis vexillum, ut qui sub eo militamus, ad illam accedamus, & in ordine suo quisq; collocetur, iam .n. proximum est præmiũ.
Gala.5 Ideo qui sunt Chri carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs .i. accesserunt ad vexillum suum, ad crucẽ .i. Sicut ergo Moyses descendens de mõ
Ex.22. te, uidens populum letantem in uituli adoratione ait. Si quis est dñi iungatur mihi, ita nunc Christus ait, si quis est meus, adhæreat mihi, en vexillum crucis. Simili rõne demon nunc erigit uexillum suum, deliciarum, ac dissolutionũ. mihi ò hõ, quem sequi vis, sub cuius uexillo militare? Finge nunc in Hispania duo erecta uexilla, alterum regis Hispaniarum, qui uoce præconis militib. ait. Si quis me sequi uoluerit, ego illum præcedam, & paruo labore oẽs paganos superabimus, victoria certa est, & ea parta, cuiq; militi paratum est regnũ maximum, ac opulentissimum, cui pficiendus est. Alterum uero vexillum est serui Aethiopis miseri, qui milites conuocat, concedens eis, cuncta pro uoluntate, ac libi-
C dine, agere, sed oẽs, qui eum sequuntur superindi procul dubio sunt, & seruituti, ac neci tradendi. Dic ò hõ, his auditis, quod eliges vexillum, ut tuo eo milites? Cum similia proposuisset Moyses i
De.30. Deut. ait. Testes inuoco hodie cœlum, & terram, quod proposuerim uobis uitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem, elige ergo uitã, ut & tu viuas, & semen tuum, & diligas Deum tuum, atq; obedias uoci eius, & illi adhæreas. Sed ais, ego uexillum Christi sequi nolo.

Optima pfectò electio ista. Audi quod A
tibi dr in Deut. dñm elegisti hodie, ut sit tibi Deus, & ambules in uijs eius, en do De.26
minus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris & faciet te excelsiorem cũctis Ps.143
Ma.16 ris, & tentationibus resistas. Contra auaritiam illud Chri, quid ꝓdest hoi, si uniuersum mundū lucretur, aīæ verò suæ detrimentum patiatur? Contra delicias illud, væ uobis, qui habetis hic cōsolatio-
Mat.5. nem vestrā. Cōtra superbiam illud, vide-
Luc.10 bam Sathanam quasi fulgur de cælo cadentem, est.n. diuina scriptura turris illa Dauid, de qua dr̄, mille clypei pendēt
Can.4 ex ea, omnis armatura fortium.
Berna. Sed ad Christum dæmon rursus ait, si tamen es in Deo fidens, ut uerbis nunc A ostendisti, mitte te deorsum ex hoc pinnaculo, fidens ēt, ꝙ angelis suis mandauit, de te, Bern. quid scriptum est maligne? Berna. ut custodiant te in oībus vijs tuis, nunquid in præcipitijs? Multi se præcipitant, dū in occasiones, ac difficilia negot a se immittunt, vn̄ difficile euadere possunt, iuuat quidem Deus, sed in uijs. Hac tētatione plures dæmon deijcit, quibus suadet, ut pp gloriā mundi vanam, difficillima aggrediant. Similes hi antiquis ethnicis sunt, qui inani gloria ducti cū fēris contendebant, sic tu, ut maiorica tum relinquas, & æternitati nomen mādes, turrim Babylonicam construere disponis, peramplam domum, & præcipitas te in innumera peccata, Hi uero tam B intrepidi in his, quę mundi sunt, & qui Deo se fidere iactant, ut ea, quæ uirtutis sunt, præstent, fidunt nihil, continuo se a Deo deserendos credunt, nec uirtutis viam arripere volunt quia difficilem dicunt, cum difficiliorem illi teneant uiā.

Sed bene ait. (Mitte te deorsū,) quasi dicat, ergo te mittere non possum, tu te mitte. Hinc Bern. exponens illud Psal. Berna.
70. eripe me de manu peccatoris, & de Psa.70
manu contra legem agentis, & iniqui, ait, ego sū ille peccator, contra legem, & iniquus, eripe me de manib. meis. Et tandē ostendit ei oīa regna mūdi, dicēs, (hęc oīa tibi dabo) Lucas ait dæmonem dixis- Luc.4
se, hæc oīa mihi tradita sunt. in multorū domos, ac substantias, quasi in propria, ac illi tradita ꝑt dæmon intrare, ac dicere, mea hęc oīa sunt, mihi inseruiūt, mea hæc domus, mea supellectilia, mei nummi, quia cum tu ea possidens seruus dæ- C
monis sis, & oīa quę seruus possidet, dn̄i sint, merito illa oīa dæmonis esse censentur. Hinc est, vanitati omnia tua inseruire, Deo uero nihil, tibi dicis tps non esse, ut aīę tuæ consulas, substantiam non esse, ut eleemosynas facias, quid hoc, nisi ꝙ dæmonis tu es, & oīa tua? Sed mirum est, cum dæmon adeo auarus sit, ut vel minimum bonum homini cōcedere nolit, qūo nunc cum Christo dn̄o adeo est magnificus, ut omnia uelit ei concedere, quę in mūdo sunt? Si parua re uincere te

potest

A potest, maximam non concedet, si uerò parua non potest, omnium dabit mundum, ut animam tuam lucretur. Agnouit Christum dominum corde magnanimo esse, ideo multa offert. Sed quid Christus Dominus? audi, & disce, quid tibi faciendum. Ait dæmon, en lapides fac ex eis panem, & Christus, panem nolo, qui manu dęmonis mihi porrigitur. Et demon mitte te deorsum, ut magnus habearis, at Christus gloriam nolo, quę dæmonis arte venit. Et dæmon, accipe omnem mundi gloriam, ut Christus, nolo mundum, & eius gloriam, si dæmonis manu mihi concedenda sunt. Sic tibi cauendum ab omni lucro, quod peccato acquiris, illud enim a manu dæmo-
B nis accipis, nec tibi proderit, caue ab eius pane, qui uertetur in fel aspidum, ab eius gloria, quæ in ignominiam, ab eius diuitijs, quæ in carbones vertentur. Accedunt Angeli, & ministrant ei quasi uictori, solum reliquerunt prælianteın, nunc accedunt ad victorem, & congratulantes dicunt ei, surge domine, & comede, grandis tibi restat via vsque ad Caluarium vicisti nunc dæmonem, sed illum persequi debes vsque ad caluarium vbi omnino supe-
C rabis, & deijcies, comede ergo grandis te manet via.

A

Feria Secunda post Dominicam primā Quadragesimę.

Thema. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, &c. Matt. 25.

Terribelem, ac horrendum diem iudicij multa faciunt inter quæ illud unum est, quod multa habet, quæ hominum iudicio inæqualia, ac contraria sunt. Cuiusmodi sunt, quod
B ille iudex est, qui hominum peccatis offensus fuit. Quod fons indecens misericordiæ diuinæ claudatur ei, qui cum lachrymis eam petat. Quod homo ipse sui accusator sit. Quod hominem miserrimum vniuersa moles creaturę in surgat. Quod nulla admittatur excusatio aut appellatio. Quod pro peccatis, q̄ breui temporis spatio admissa sunt, ęternum supplicium inferatur. Miranda hęc omnia sunt, sed iustissima, quia .n. homo vti noluit diuina misericordia mirabili, ac stupenda, experiatur iram terribilem. Sed qua ratione ista nobis nunc proponuntur? Certe immensus Dei in nos amor efficit, ut omnibus vijs nos ad se ducere curet. In charitate perpetua dilexi te Ier. 31.
ideo attraxi te miserans tui. Sed hæ viæ Psa. 24
C domini. Suę sunt, amor, & timor. Vniuersæ uiæ Domini misericordia, & ueritas, ut Psaltes ait. Primum quidem misericordia, ac amore nos ad se allicit, & iure hinc initium sumit, quia ipse bonitas, amor, & misericordia est. Secundum essentiam suam. Et ideo innumera nobis contulit beneficia, quibus nos ad se duceret, quæ tanta sunt, vt non possit hō ab eis fugere, aut declinare, quia quocunque se uerrat, omnia beneficia Dei esse inuenit, q̄ ab eo recipit, ut eum diligat, Hinc 1. Io. 4.
Ioan. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Et adeo pronus ad miserendum Deus est, ut non solum nunc Ps. 144
sed & in ipso iudicio misericordiam multam manifestet, quia ut Psaltes ait: miserationes eius super omnia opera eius, id est,

est, omne Dei opus in superiore sui parte mĩa insignitum est. Misericordiæ tradit Deus sigillum suum, quo signet uniuersa onera. Merito autem hoc priuilegium mĩæ concessum est tanquam primogenitæ Dei, & quæ adeo Dei propria
Dion. est, ut ab eo solum procedat. Et iõ Dion. c. 8. de diuinis nominibus ait, primũ Dei attributum, quod ad creaturas pertinet, esse Dei bonitatem, ac mĩam, q̃ est quasi fons, & origo omnium bonorum. Et iõ ait, nominatio boni est excellentior manifestatio omnium Dei passionum. Attẽdamus ergo misericordiam Dei, quæ in ipso etiam iudicio splendet. Et primo nõ
B minima, sed maxima mĩa est, quod iudicium nobis annunciauerit antequam adsit, ne subito ueniens, nos opprimat imparatos. De qua misericordia Ps. ait. De
Psa. 59 disti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus, vt liberentur electi tui. Secundo non minima Dei benignitas apparet, dum in iudicium cum homine descendit in eo die, quo in maiestate apparere vult, & cum eo disceptare vult, ac eum arguere, & eius responsionẽ ex-
Iob. 14 pectare. Hanc Dei misericordia expẽdit Iob, cum ostensa hominis miseria subiũgit. Et dignum ducis, super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum, in iudicium? Quid est homo quia magnificas eum? cui ipse descendis è cælo, & cum homine disceptare uis, & eius causam examinare, cum id committere posses alicui ministro? Tertiò, ea, quæ in
C iudicio proponenda sunt, & leges iudicij leges sunt mĩæ. Mobilis ꝑfectò Dei mĩa splendent, cum illo tremendo iudicio, in quo innumera hoĩum peccata iudicãda sunt, oculi diuinæ mĩæ illud præcipue aspiciunt, si homo mĩa vsus fuit cum pauper, si ei panem, aquam, aut uestẽ dedit. Ne putes oblitũ Deũ fuisse pauperum.
Ex. 22. Vnde in Exo. ait. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sũ. Quarto eandem mĩam ostendit locus ipse iudicij, signa illius, & vexillũ, quod Deus eriget. Locus quidem, quia Vallis Iosaphat est ad radicem montis Olïueti, unde in oliuarum, & mĩæ monte Christus erit quasi in throno. Signa uerò iudiciũ præcedentia eandem ostendent mĩam, A quia sicut in vnigeniti sui morte uoluit omnem creaturam dolorem ostendere, ita in hominis damnatione voluit, ut sol obscuraretur, luna non daret lumen, & vniuersa creatura signa doloris ederet, quia ipse tactus dolore cordis intrinsecus hoĩem delet. Demũ vexillum crucis, & reliqua passionis insignia eandẽ ostendunt mĩam, quia illa ostendet Christus, ut omnibus palam fiat, nihil ab eo prætermissum, ut salutem hominis curaret. Simul etiam ostendit his insignijs, diem mortis improborum esse quasi diem passionis Christo dño, quasi si iterum crucifi B gatur, cum impios damnat. O immẽsam Christi clementiam. Idem Dauid, qui exercitum misit contra Absalon, eum oc- 2. Re. 19
cisum temere deplorat, ac ait, Absalon fili mi, quis mihi det, ut ego moriar ꝓ te? O iuuentus celeriter consummata, o pulchritudo infælix, cur facinore tuo me vindicem fecisti, qui pater sum, nunc si fas esset, libenter pro te mortem opperterem. Ita Christus ait ò miser, ac infelix peccator, ego pater sum, non uindex, cur me mutasti in iudicem? Charitas mihi non deest, vt iterum moriar, & huius rei significandæ cã adest crux, claui, flagella ac spinea corona, sed iam tẽpus deest, nec .n. mĩæ locus est. Super hoc plangam, & Mich. 1
vlulabo. Vadam spoliatus, & nudus faciam planctum quasi draconũ, & luctũ velut strathionum, quia desperata est plaga eius, vt ait propheta In quę verba Hie Hiero.
ron. ait, Deum quasi dolentem loqui de C interitu supremo hominis, cui nulla medicina est, ut mĩam suam ostendat. Desperata est plaga tua, dices, non medici, sed infirmi culpa. Et ad hoc cruce ostensa dicet agnoscis crucem, ò miser, an nõ in ea tibi remedium fuit? An non hæc clauis cęli, & tu illuc nõ ingredieris culpa tua? An non hæc scala cæli, & tibi ascensus nõ est? An nõ hęc ꝑtiũ mũdi, & tibi nulla est redẽptio? An nõ hæc arbor uitæ, & tu nõ comedes fructus eius? En vulnera mea, ostia paradisi. O illuc culpa tua non ingredieris. En fontes, ex qb. nõ potabis, sed sities in ęternum, qa iam sacra non sunt, nec remedium vl. um.

Certe

A Certe ex his manifeste colligitur, quãta sit peccati malitia, quia tanta mĩa nõ obstabit, quo minus pctõr æternus, damnetur ad supplicium æternum. Cum iudex sit ipsa mĩa, ac bonitas in quantum Deus, & ut hõ frater, pr̃, & caput hominũ, cũ mr̃ miæ, Maria adsit iudicio, cum assessores viri sint miæ, cũ de miæ operibus iudicium futurũ sit, cum in oliuarũ monte iudicium sit futurũ, cũ uniuersa creatura luctuosis induaẽ pannis, cũ pręsens crux sit, nihilominus adeo excedẽs, ac sacrilega est peccatoris malitia, ut gladium suum euaginet Chrs, & percutiat, scindat, ac perdat in æternum pctõrem. Et uniuersę creaturæ dicent. Iustus es
B dñe, & rectũ iudiciũ tuũ. Et tremenda, ac terribilis uox illa iudicis contremiscere faciet cęli columnas, & terram scindet & aperto ore deglutiet pctõres, & in infernũ detrudet, & simul cum illis descendet oĩs mundi scoria, ac peripsema, claudeturq; putens illic in ęternũ, quẽ signabit Deus sigillo æternitatis suæ, ab quo vlla remedij spe, claudẽtur claue immutabilitatis Dei, nunquãq; aperieẽ, vectẽ apponet Deus ferreũ iræ infinitæ, q non cõfringetur in ęternum. Et tunc cessauit gaudiũ timpanorũ, quieuit dulcedo cy-
De. 32. tharæ, cũ gaudio non bibẽt uinũ, oĩa ab scessere bona, & innumera, ac æterna mala uenere. Cõgregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

Ex his, quæ diximus, manifeste ostẽditur, quãta Dei in nos mĩa sit, qua nos ad se allicit. Qualis .n. illa benignitas est, q̃ ẽt in iudicio tot signis se manifestabit?
C Qualia nunc beneficia pstabit, qui tunc ẽt benignus est, & punit citra cõdignũ? Sed quia plures hoies mĩa non ducunẽ, timore duci oportet, minis, ac flagellis. Hoc in uetere lege pcipue factũ est, q̃ plena est minis, ac supplicijs. Et ideo timoris lex dr̃. Sed in lege noua etiã oportuit esse aliquid timoris, quo homines a peccatis deterrentur. Maxime aũt timendũ nobis iudicium est, quod qui non pauet, amens dicendus est. Audi Esaiam. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo a facie timoris dñi, & gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo uirorum, exaltabitur autem dñs solus in die illa, quia, dies Domini exercituum super omne superbum, & excelsum, & super oẽm arrogantem, & humiliabitur. Et incuruabitur oĩs sublimitas hominum, & idola penitus conterentur. Et introibunt speluncas petrarum, & in uoragines terræ a facie formidinis dñi, & a gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terram. Expendenda singula uerba sunt, quæ miram habent energiam. Nosti, ò homo, quod aliqñ incides in manus dñi? Quo ergo in eum peccat, & inimicum efficis? Quo ei aduersus efficeris moribus? Ille humilis, tu superbus. Dies ergo dñi exercituum ueniet super oẽm arrogantem, ac superbum, & omnia idola tua comminuet, & uidebis illud Pauli, Scimus, quia idolũ nihil est in mundo. Et quia id, quod nihil est, deficit, ita idola, quæ homines erigere conati, sunt deficient nullo euertente. Hinc Ps. Nouit dñs uiam iustorum, & iter impiorum peribit. Id est, approbat Deus uiam iustorũ, sed impiorum ui nullo impellente peribit. Chrys. hom. 50. ad populum Antiochenum ait. Similis est oĩs domus quamlibet magna, & uniuersa humana nido, quem auis in alta arbore collocat in ęstate, qui ingruente hyeme perit, ac ruit facilè. An non statua illa Danielis decidit paruo percussa lapide, qui sine manibus abscissus est? Paruus enim lapis si ualida manu iactetur, ictũ magnum facere potest. At si manu non impellatur, fere nullum efficiet, & tamen paruus ille ictus satis est, vt statuam comminuat. Quid obsecro faciet validus Dei ictus cũ surrexerit percutere terram? Sed qua de causa adeo iratus dominus est; Certè peccata sunt, quæ cum exacerbauerunt, quorum malitiam in iudicio ostendere vult, ut iusta appareat peccatorum damnatio.

Margin notes (right column): A Esai. 2. — B 1. Co. 8 — Psal. 1. — Chrys. — Simile — Dan. 2 — C

Ostendimus superius peccati malitiã ex Dei immensa mĩa, nunc eandem manifestemus ex ira. Et primum quidem, eam ostendet Deus in mũdi euersione, ac deordinatione, quę iudicium præcedet, in qua ostendit, quid pctm̃ in homine effecerit. Homo paruus mundus est, & in

A & in eo sunt cęli, elementa, sol, ac luna, pars.n.hoīs superior cę'um est, intellect⁹ sol est, volūtas ab eo illustrata, luna est, corpus hominis ex mixtione elementorum compactum, elementa dici pōt. Deordinatus mundus iste fuit peccato, & ordo uniuersorum sublatus, sol rationis obscuratus, luna uoluntatis sanguine, ac rapina plena, virtutum stellæ ab aīa diuulsæ, corpus ēt deornatum. Non percepetat homo deordinationem mistam, nec eam reputauit aliquid esse, propter hoc ergo, ait dn̄s, Cœlum turbabo, & terra mouebitur de loco suo, ut in mundi maioris deordinatione uideat homo de ordinationem suam. Hac rōne terremotus innumeri in terra erunt, quib. vniuersa corruēt ædificia, uoragines multæ in terra erunt, & fera animantia in ciuitates
B venient, ut fugient ab ira, quæ in agris grassatur, & homines speluncas animalium quærent. Quod si terra, quæ adeo peccata est, sic turbat, quid obsecro mare, ac venti faciēt? Tūc ergo mare intumescet, ut sydera velit attingere, terrā magna ex parte obruet, & pisces miseros edēt gemitus. Tunc aer maximo impetu perflabit, & innumeros mittet radios, & vltra oēm modum procedet. Tunc ignis a loco suo descendet, & terram percurret, & omnia illius speciosa deuorabit. Tunc uirtutes cœlorum commouebuntur, & sine ordine erunt, & stellæ de cœlo cadent, sol obscurabitur, luna in sanguinem uertetur. Sed quorsum oīa ista? Certe ut in hac uniuersi turbatione ostēdat Deus peccatoris turbationem, qui
C omnia se ipso turbauit. Tunc, ò homo disces, quantum sit peccati malum, quod tibi nunc leue apparet.

Secūdo apparebit pc̄tī malitia in corporib. iniquorū, postquā.n. ea facta fuerint, q̄ diximus, personabit tuba illa mirabilis Surgite mortui, & uenite ad iudicium, Quo fiet, ut uniuersi hoīes ui diuina suscitentur in corporib. suis. Tūc terra, mare, & vniuersus mūdus dabunt hominum corpora, & cuiq. aīæ suū proponetur corp⁹, quod denuo informet. Tūc improborum hominum aīs corpora dabunt, fętida, horrida, ac adeo misera, ut ostendant pc̄tī fęditatem eor. oculi obscuri

A erunt, ac profundi, dētes pallidi, labia nigra, ora pallentia, ac mortifera, corpus oē infectum, ac fętidum. Cum ergo aīa misera inspexerit corpus, quod susceptura est uidebit pc̄tī sui malitiam, detrectabitq; corpus tale sibi assumere, sed audiet tunc. Vides, ò misera aīa corpus, q adeo coluisti ut eius cā Deū de reliqueris. Inspice caput, cui tot præparasti ornamenta, oculos, qui uana inspexerunt linguam, quæ innumera peccata admisit, pectus, in quo innumeræ cogitationes, ac consilia praua, pedes ueloces in malum, manus operarias iniquitatis, ingredere in corpus istud miserum, ut experiaris pc̄tī miserias. Horrebit aīa corporis il-
B lius commerciū, eliget in duriorē ignem mitti, q̄ in illud ingredi, sed id non eius relinquitur arbitrio, velit, nolit, corp⁹ accipiet miserrimum. Iusti aūt corpus oī ornatū gloria, tunc ueniēt Angeli, & separabunt malos de medio iustorū, tunc diuidetur triticum a palea, scoria ab auro. Tunc duo erūt in domo. aut in lecto vno, & unus assumetur, & alter relinquetur. Assumetur ad regnum mulier casta, ac deuota, damnabitur uir impius, ac crudelis, assumetur pr̄ pius, & relinquetur filius impius. Sed cum Angeli separabūt malos de medio iustorum quid nam attendent, ut hos ab illis separent? Nunc certe in hoc sæculo separantur nobiles ab ignobilibus, diuites a pauperibus, clerici a sæcularibus, sed tunc non his rōnibus separatio fiet. Sola.n. virtus est, quæ hoīes diuidet, & ideo pauper Lazarus a diuite separabitur, & pauper, ac infimus de plebe assumetur in regnum, & descēdet in infernum nobilis, diues, ac prin- C
ceps uir. Nunc in mundo exaltatur diues, tunc studiosus. Sicut in ludo latrunculorum contingere solet, ut pueri latrūculos collocent inordinate in domib. nō suis, accedens uero uir suis locis quemque coaptat, ita nunc peruerso ordine mundus hoīes statuit, tūc aūt Angeli in suo ordine oīa ponent. Tunc impij dicēt. Hi sunt, quos aliqñ habuimus i derisum, & uitā i llorū æstimabam⁹ insaniā. Ecce qūo cōputati sunt inter filios Dei.

Simile

Sap. 5.

Tertiò

A Tertiò apparebit tunc peccati malitia in conscientia peccatoris, in qua vniuersa eius peccata scripta sunt indebiliter, videbit autem tunc peccata fœdissima, vt in se sunt, non specie delectationis tecta, vt nunc cum non adeo deformia apparent. Peccatum Iuda (ait Ieremias) scriptum est stylo ferreo, vngue que adamantino, exaratum in tabulis cordis vestri. Quasi dicat, indelebiliter scriptum, sed nunc operit homo peccatum suum, ut alius non uideat, & ipsemet subtrahit oculos suos, ne illud aspiciat, quod si aliquando uideat, sed illud intuetur non nudum, sed opertum utilitate, aut delectatione. In iudicio verò manifestum erit peccatum hominis omnibus. Hinc Iob. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum, apertum erit germen domus illius detrahetur in die furoris Dei. Qualis tunc reprobi confusio erit, qui nunc cōfunditur, si uni hominum manifestum sit eius peccatum? Iustorum etiam peccata pandentur, quæ in eorum conscientia scripta sunt, sed similia erunt figuris inimicorum occisorum, quos victor dipingere solet in tropheum, & insigne gloriæ suæ, ad laudem victoris, qui peccatum superauit. Ostendet etiam Deus impijs peccati grauitatem, ac summam fœditatem, quam prius non viderant, vnde desperatione obruentur.

Iere. 17.

Iob 10.

B

Quarto, apparebit præcipuè peccati malitia summa, qua iusta redditur æterna damnatio peccatorum in cruce, & reliquis passionis insignijs, quæ Angelorum ministerio colligentur, sicut, & corpora defunctorum. Damnabitur uero peccator Christi cruce multis de causis. Prima est, quia rursum ipse in se Christum crucifixit, & pro uili argento illum vendidit. Hinc Amos: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod uendiderit pro argento iustum, & pauperē pro calceamentis. Secunda, quia cum uiderint homines tanto odio Deum exarsisse in peccatum, ut illud morte, ac cruce deleret, ipsi nihilominus peccata admiserunt. Tertia, quia tanto beneficio crucis ingrati extiterunt. Dicturq; tunc illud Gen. En sanguis eius exquiritur.

C

Amos 2.

Ge. 42.

Cum ergo manifesta sit peccati malitia, & delinquentes manifesti, ut ipsi peccata sua dicant, sententia iusta a Christo procedit. Ite maledicti in ignem æternum. Deuorabit tunc eos terra, & descendent in æternas tenebras. Vbi in æternum cruciabuntur, vbi maledicent parentes, amicos, seipsos. Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit. Ascendet autem Christus cum beatis in cœleste regnum. A

Ps. 111

Nunc autem operæ pretium erit, oculos in terram conuertere, eamque aspicere, postquam hæc facta sunt. Vbi nam opida, ciuitates, aulæ regiæ, horti, vineæ olivueta, ubi denique omnia, quæ homines magnifaciunt? Abiere vniuersa, nullus hominum in terra relinquitur, nulla ciuitas, nullus iudiciorum strepitus. Omnia finem accipient, solumque relinquitur duplex hominum genus, bonorum, qui cum Deo in æternum regnabunt, & iniquorum, qui in perpetuum igne torquendi sunt. B

Nunc ad uos, ò mortales verba conuertam. Creditis ne ista, quæ dicta sunt? Certe fideli locus dubitandi relictus nō est, hæc enim quæ diximus, non ex proprio capite, non ex aliquo sanctorum colligimus, sed Dei verba sunt, & adeo fidelia ut cum ipse ea dixerit, addiderit. Cœlum, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat quisque prout gessit, siue bonum, siue malum. Cuncta, quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium, & omne uerbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Post multum uero temporis uenit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Denique hic est articulus fidei nostræ. Quem, & ratio manifesta confirmat, cum enim homo liber sit arbitrio, rationem reddere tenetur eorum, quæ fecit, & cum plurima peccata in hac uita sine supplicia relinquātur, sicut, plura iustorū opera sine

Luc. 21
2. Co. 5
Ecc. vl.
Mat. 12
C
Matth. 25.

A præmio, manifestum est, post hanc vitã cuique reddendum, quod meretur. Vnde Psal. Si utique est fructus iusto, utrique est Deus iudicans eos in terra. Chrysostomus hom. 13. in Matth. arguit, aduersus eos, qui negant iudicium futurum hac ratione. Dic, ò homo, licet ingratus tu sis, & immisericors, si tibi esset seruus fidelis, & tibi obsequens è uita discederet, relinqueres ne eum sine honore sepulchri? Non, inquies. Cur ergo Deus relinquat seruos amicos, ac filios charissimos sine honore, quem ab eis abstulit mundus? Nec satis est, quod in cœlis eis honorem restituat, cum in terra ab hominibus eis ablatus sit. Iudicium ergo futurum, non solum fides, sed

Chrys.

B & naturalis ratio docet. Si ergo iudicandus es, ò homo, quid aliud magis expediens tibi esse potest, quam te ipsum iudicare, & Dei iudicium præuenire, & causam ab eo tollere, ut tu illius iudex sis. Si lis tibi est, & nosti iudicem aliquẽ non tibi adeo propitium, quæris, quo pacto causam tuam tradas iudici amico. Nunc ergo cum te noueris iudicandum, cur causam tuam non ipse iudicabis, ne a Deo iudiceris? An non Paulus ait, quod si nos metipsos iudicaremus, non utique iudicaremur? Qua ratione psaltes ait, feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus. Si vero tu oblitus peccatorum, ea non iudicaueris iudicandus a Deo es. Hinc psaltes, existimasti inique, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Non quia nunc tacet, putes cum oblitum, nec reliquisse terram.

Ps. 118

Ps. 49.

C Et ideo recte nos admonet. Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quãdo rapiat, & non sit, qui eripiat. Tantam ergo Dei misericordiam, ac iram attendentes, & veniamus, & accedamus supplices ad thronum gratiæ eius, & cęt.

A

Feria Tertia post Dominicam Primam Quadragesimæ.

Thom. Domus mea, domus orationis vocabitur vos autem fecistis illam speluncam latronum, &c. Matth. 21. Esaia 56.

NOmen Mariæ est domus Dei, & domus orationis. Domus quidem De est, quia cũ ille in terris uisus est, & cum hoĩbus conuersatus est, Mariam sibi in domum regiàm elegit, de qua dixit, hic habitabo, qm̃ elegi eam, Magna profectò domus, ac inclyta esse debuit, quæ tanto Deo parata fuit. Sapiẽtia. n. ædificauit sibi domum, ꝙ si tãtam domum Adæ primo ædificauit, quantam obsecro secundo, ac cęlesti Adæ ædificatam credemus? Simul autem domus est orationis, ĩ qua omnis, qui petit, accipit. Sicut. n. Synagogæ datum est tabernaculum, in quo oraret, ita Ecclesiæ concessa Maria est, in qua orans exauditur, ad eã ergo accedamꝰ, salutãtes Aue Maria.

Baruc 3.

Ps. 131

Pro. 24

B

Vniuersa dicta, & facta Xpi digna sũt consideratione, vt pote Dei opera, de q. bus Psal. ait, mirabilia opera tua, & aĩa mea cognoscet nimis. Sunt tñ aliqua q̃ ijs fiunt circunstantijs, vt maiorem exigat considerationem, & hmõi sunt, quæ hodie facit, in quib. indignationẽ maximam ostendit, euertens mensas, effundens es, & latrones uocans eos, qui in tẽplo erant. In nobis quidem post peccatũ insurgunt passiones, & iudicium rõnis ante uertentes, nos turbant, at in Christo Dño fuit plenissima subiectio appetitus ad rõnem, adeo ut nisi rõne imperãte passio ulla non excitaretur. Et iõ in Christo impletum est illud, quod Dñs Iob sanctissimo dixit, ipsi impossibile, Deo autem facile erat. Nunquid ualebis coniungere micãtes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi dissipare? Septem stellæ Pleyades, q̃ vulgo dñr, (Sit te cabrillas,) ita vnum efficiunt, ut aliæ huc, aliæ illuc respiciant. Arcturus etiam, uel currus, ita in circulum agitur, ut iã quatuor eius stellæ sursum, & tres deorsum, iã è conuerso

Ps. 138

C

Iob 38

A uerso sint. In quib. significat hoīs varie-
tas, ac mutatio, qui nunquam in eodem
statu permanet, sed iam rō, quæ trib. con
stat potentijs, superior est, & corpus, qđ
ex quatuor componitur elementis, in fe-
rius, iā è conuerso fit, vt corpus imperet,
& rō subijciatur. Sed clauū huic gypto
apposuit dñs in Chro, in quo sp rō suo
fuit in loco imperans appetitui, & appe-
titus suum seruauit, subditus rationi, &
ideo in Chro, non passiones, sed pro pas
siones fuisse dñr. Cum ergo ira excitare-
tur in illo, nisi imperante ratione, mirū
est, qđ nunc mensas euertat, latrones ap
pellet eos, qui in templo erant. Redditur
aūt hoc opus mirabilius, si benignitatē,
ac mansuetudinem Chri attendamus.
B Ille namq; immutabilis Deus, cum filiū
suum in terras destinauit, reliquit anti-
qua terroris nomina, & suauissima sum
1.Co.2 psit. Hic Pau. Benedictus Deus, & pater
Dñi nri Iesu Chri, pr̄ miarum, & Deus
consolationis. Qui.n. execratione acce-
pit nomen dñi, cognoscant, quia nomen
Ps. 82. tibi dñs. Ex diuisione maris, & ex alijs
Ex. 14. mirabilibus nomen oīpotentis, oīptens
nomen eius. Ex punitione iniquorum
Deus vltionum. Ex potestate suorum
Dñs exercituum. Ex missione filij dr̄ pa
ter misericordiarum, & ideo prius dr̄ pa
ter domini nostri Iesu Christi, deinde pa
ter misericordiarum. Et Christus domi
nus in uisceribus misericordiæ apparuit
hominibus, tener, ac dulcis, ut significat
Ez. 11. Ezech. cum ait: Sumam de medulla ce-
C dri sublimis, & de summitate ramorum
eius tenerum, & plantabo illud in mon-
tibus Israel, hic tener Christus est, tene-
rimus mia, ac amore, qui descendit ad
montes Israel, ut in oliuetum illos muta
ret. Quomodo ergo hic tener, ac beni-
gnus nunc quasi homo furibundus in-
grediens domum suam, cuncta euertit
& dure multos tractat, ut id explicemus
notandum est Deo deberi adorationem
latriæ, tanquam creatori, ac supremo
Domino. Nec solum interiori cultu a
nobis colendum esse, sed & exteriori.
In omni etiam loco a nobis orandus,
ac colendus Deus est, iuxta illud Psalm.
In omni loco dominationis eius bene-
dic anima mea dño. Sed singulari ratio- A
ne templa designata sunt, ac consecrata,
non φ Deus eis indigeat, sed quia nos in
digemus locis, in quib. prouocemur ad
Dei laudes. Nec id in mūdo nouum est,
sed antiquum. Abraham.n. altaria Deo
erexit, Isaac, & Iacob. Et Moysi pręcipit
Deus tabernaculum fabricare. Dauid
votum vouit Deo ædificaturum se tēplū
Deo, & ad eius structurā innumeras cō-
gregauit diuitias, quib. postea Salomon
magnificentissimum templum estruxit.
Et orationem ad Deum fudit, vt essent 3.Re.8
oculi Dei aperti super domum illam, & & 9.
exaudiret orantes in domo illa, & Deus
respondit, eius orōnem exaudirā. Erunt-
que ait, oculi mei, & cor meum ibi cun-
ctis dieb. Sed si cōueniēs fuit, ut olim tē- B
plum esset Dei dicatū, non in lege noua
per necessarium fuit. Cum.n. inter nos
manere voluerit Christus in diuinissi-
mo Eucharistię sacramento, opus fuit tē
plo, in quo ille habitaret, ad quod omnes
accederent ad sacrificium illud diuinum
ad Eucharistiam percipiendā, ad concio
nes, & adorationem, vt esset domus, in
qua cum Deo negotia nostra tractare-
mus. Miserum sanè est, fideles plures vi
dere in plateis ludis, & alijs in locis, tem
pla verò deserta. Deum ne solum relin-
quis? Pauca tibi negotia sunt, quæ cum
eo tractes, quare ad eius domum non vi
nis. Licet autem antiquo tēplo, taberna-
culo, ac arcæ testamēti plurimum volue
rit adhiberi reuerētiam, vt ex diuina scri
ptura sæpissimè patet, tamen templis no C
stris multo maior debetur, pp præsentiā
Christi in diuino sacramento Euchari-
stiæ. Id ex hodierno Christo facto facile
colligi potest, qui enim plura peccata a-
his in locis uidens, commotus non est,
dum in templo ea uidet sustinere non
valuit, sed tanta ita percitus est, ut illos
dixerit latrones, & mensas subuerterit,
æs effuderit, qa ut alio loco, dixit Zelus
domus tuę comedit me. Licet.n. oē pc̄tm̄
Deo sit odibile, sed ea pcipue, quæ in tem
plis, fiunt, quia cū in eis singulari rōne il
le inhabitet coram eius oculis in cum
pecca re grauissimū est piaculum. Et eā
modestiā in templo seruari voluit, ut &

A mulierib. præcipiat Pau. caput uelare di-
1. Cor. 11. cens. Iō dēt mulier uelamen hře sup caput suum, & pp Ang. In quæ verba Anselmus. sel. multa, ac preclara dicit. Primo velanda sūt capita mulierū in tēp̄lis, q. adest ibi multitudo Ange. & ingratū est Ang. spectaculum, cum mulieres uident comptas, ac ornatas exterius. Sicut tu, sustinere non potes cū fœdissimū aliquid ob oculos tibi obijcit, & illud ꝑcul tolli clamas, ita fœdū spectaculū est Ang. mulier compta illam respicere nō pñt, sed quēadmodum Iehu videns Iezabelem comptam in fenestra, eam præcipitē dari iussit, ne Ang sancti uidentes mulierem ornatam, aiunt tollite hoc hinc. Sed ais, hoībus ista placent. Ita sane, sed hoīb. q sensu ducuntur nō, qui rōne vtunt. Et ideo
B
4. Re. 9 hic verū hēt illud Xpi dñi. Quod altum est hoībus abominatio est apud Deum. Propter Ange. ergo velanda sunt capita mulierū in ecclesia, & modestia magna seruanda, quia eis displice, ut nimium, & obscena spectacula putant, si uideant
Luc. 2. cultum nimium externum, quod.n. Deo abominatio est, id ipsum, et Angelis eius est abominabile. Secundo, ait Anselmus pp Angelos uelāda mulierum capita, id est, pp sacerdotes, qui ea castitate esse debent, ut Angelicam puritatem imitētur, ut si fieri possit, nec cogitationem turpē
1. Reg. 21. habeant. Si.n. ut panes propositionis daret sacerdos Dauid, interrogat, an mundi sint pueri a mulieribus qua puritate
C oportet eum esse, qui ad puritatis fontem quotidie accedit? Sacerdotē uero Ang. esse, manifeste docet Malachias, dicēs. La-
Mal. 2. bia sacerdotis custodiēt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Ang. dñi exercituū est. Dicit autē sacerdos Ang. quia sicut angeli boni, animas custodiūt & earum negotia agunt apud Deum, & procuratores nostri sunt, offerentes bona nostra, orationes, ac eleemosynas Deo, vt ex pluribus scripturæ locis constat, ita sacerdos curare debet animas ac earum negotia apud Deum agere, procuratores sunt hominum, & ad hoc eis dantur a fidelibus decimæ, quasi stipendium, vt prouocatores agant. Vidisti aliquando procuratorem, ac negotiorum gestorem, qui stipendia plura recipit, nec A tamē negotia tractat, nec operam suam eis impendit, an non illum surripere stipendia dicis? Idipsum de sacerdote dici potest, qui reditus beneficiorum manducat, ludit, & insumit, & tamen negotia aīarum non curat, nec cum Deo tractat. Propter hos ergo angelos velanda sunt capita mulierū, ne illi vel leui cogitatione aliquid turpe concipiant. Nunc ergo ad id quod initio proposuimus de Dei benignitate, dico Deum quidem benignum esse, at simul dulcis, ac rectus dñs misericors, & iustus, & iō in peccatores
vlciscitur. Vidit eum Io. veste candida, Apo. 1.
& facie lucente tanq̄ sol, sicut in transfi- B
guratione uisus fuerat, quasi animarum sponsus, sed ex ore eius procedebat gladius ex utraq; parte acutus, quo peccato-
res puniret. Sic etiam videt eum Daniel, Dan. 7
sed fluuius igneus rapidusq; egrediebatur ex ore eius. Sed ò dñe, si iram in peccatores ostēderet uis cur extra templum non eam ostendis, sed a templo incipis? Ostendit hac in re Christus deordinationem populi a templi deordinatione procedere, & ideo ut populus reformetur, reformando prius templum esse. Et simul ostēdit pctā in templo commissa, & pctā sacerdotium illi esse ingratissima, iō licet in Samaria, & Hierlm plura uideret pec cata, non ita acerbe egit, ac cū ea in templo uidit. Hoc ille significat, cum ait. Do
mus mea, domus orationis uocabitur, C
& qui in ea sūt oratores esse oportet, nō venatores, aut ludo incūbentes. Sed qua rōne tēplū dicit speluncam latronū? Certe rōne superius exposita, qa cū sacerdotib. stipendia tribuantur, ut Deo soli, & aīarum salui vacent, si illi sibi intendāt, & gregē Dñi non curant, latrones sunt. Sicut fur censendus est pastor, qui stipendia pastoris usurpat, & gregem derelinquit. Si ergo plures huiusmodi in aliquo templo fuerint, illud nuncupare pote-
ris speluncam latronum. Dic obsecro, Da. 14
an non latrones dici poterunt sacerdotes illi Babylonis, q fingebāt idolum plura comedere, & ipsi ea rapiebant, quæ Deo offerebantur? Sicut ergo tūc illi, ut latrones puniti a rege sunt, & Daniel eorum

A rum ostendit rapinam, ita nũc Christus sacerdotum rapinã ostendit, & a templo
Matt. 12. eiicit eos, qui in illud veniunt solũ, vt tẽporalia acquirãt. Sic ẽt illos prius carpserat, quod abstulerint alimenta, q̃ patribus a filiis danda erant, dicerentq; licitũ esse non subuenire parẽtibus, vt Deo offerentur in tẽplo dona, q̃ ipsi sacerdotes
Amos 9. usurpant, Hinc Amos ait. Vidi Dñm stãtẽ super altare, & dixit, percute cardinẽ, & commoueantur superliminaria, auaritia.n.in capita omnium, & nouissimũ eorum in gladio interficiam, non erit fuga eis, q̃ fugerint. Quibus uerbis propheta euersionẽ templi per Romanos factã vaticinat᷑. Ait ergo, uidi Dñm stantem super altare, quasi instaret operi, dixitq;
Hiero. Theo. Rufin. ad prophetam, ut Hiero. vult, vel Angelo, ut Theodoretus, & Rufinus aiunt, vt percuteret cardinem templi, significans,
B templum ab imo esse euertendũ, & superliminaria currẽt cum oib. q̃ super illa erant. Sed q̃ nam tantorum malorum cã est? Sanè, ꝙ sequit᷑ auaritia in capite omnium. Auaritia, de qua sæpe carpit Iudęos Xp̃s, dominabit᷑ illi populo, ut patet Matt. 15. & 23. & Luc. 16. Propter il-
Mat. 15 & 23. Luc. 16 Lyra. lam denique Christum non receperunt, imo, & occiderunt. Quæ in capite omnium esse dr̃, hoc est in principib. ut exponit Lira, & iterlinealis. Quæ ẽt caput pro mẽte accipit, ac si diceret, auaritia est in mente oĩum. Vel phrasis hæc auaritia ĩ capite oĩum significat, auaritiã oib. fuisse dñatam oẽsq; uicisse. Nam scripturæ
Thre. 1 phrasi dr̃ uictor in capite esse, vt Threnorum 1. Facti sunt hostes eius in capite Manifeste vero testat᷑ sacerdotũ auaritiam, quod permittebant imo uolebant in tẽplo esse nummularios, vendẽtesque
C columbas, & alia similia propter ipsorũ lucrum, quod inde percipiebant. Sicut ergo vidit Amos Dñm adeo iratum, ut templum euerti faceret hac de causa, ita nunc eadem templum ingrediens, eiicit vendentes, & nummularios, cito post hoc euersurus funditus templum illud

Deinde hoc facto ostendit Dñs exemplar p̃latis, ac principibus, vt sciant, q̃uo se gerere debeant. Mansuetus ille venit, sedens super asinam, sed videns publica peccata illa passus nequaquam est, nec
A dissimulauit. Ita ergo prælatus mansuetus sit ad oẽs, sed p̃ctã publica tollant de medio, nec puluillos ponant sub cubitis p̃ctõrum. Ista se p̃stare ait Ps. In matutino interficiebã oẽs p̃ctõres terræ, vt disperderem de ciuitate Dñi oẽs operantes iniquitatẽ. Erat q̃dẽ Moyses mansuetissimus super oẽs, qui habitabant in terra nihilominus vidẽs populi idololatriam zelo succensus euaginat gladiũ, & idolatras percussit. Et Elias trucidat quadringẽtos sacerdotes Baal. Cũ mitteret De⁹ Ezechielẽ, ut populo p̃dicaret, p̃cipit, ut deuoret librũ in quo scriptæ erant lamẽtationes, & væ. nõ Alleluia. Vellent quidem hoies, ut prędicatores manducarẽt libros, in quib. Alleluia, ac dulcia continentur, sed non id Dñs uoluit. Hoc vero deplorabat Hier. cum ait. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra, Prophetę prophetabãt mẽdatiũ, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia, qd̃ igit᷑ fiet in nouissimo eius. Mirabilia dicit se vidisse maxima, ita, ut stupore hæreret. Sed quæ nã illa? Sanè, ꝙ prophetæ mendacia populo p̃dicarẽt, ac dicerent posse Deũ facile placari, necirã illius timendã, sed gaudẽdũ hominib. esse, q̃a Deus misericors, & benignus est, & viã cęli latã p̃dicãt. Sed quid ad hæc sacerdotes dicunt? Certè ipsi adeo crucis inimici sunt, vt plaudant manibus, ac dicant optimus prędicator est, qui vitia nostra non arguit, qui nos corã populo honorat, q̃ non lamentationes, vt Hieremias, sed dulcia proponit cantica, qui non fodit parietem ut Ezech. ut uideat, ac manifestet abominationes nostras. Hic princi pes noster esset debet qui tanq̃ Absalon nos cõplectit᷑ & osculatur, nõ Daniel, q̃ idola nr̃a euertit, qui draconem interficit. Non concionet᷑ apud nos Et. qui nos dicit principes Sodomæ, & Gomorrhæ populum, qui ait debere nos esse argentum probatũ, uersos tñ in scoriam esse. Nec etiam uolumus, ut nobis sit concionator Amos qui nobis dicit. Væ uobis, qui opulenti estis in Sion, optimates, capita populorũ ingredientes pompatice domum Israel, q̃ sepa-

Marginal notes (right column): Ps. 100 Ex. 32. 3. Reg. 19. Ezec. 3 Hier. 5 B C Esai. 1. Amos 6.

A separati estis in die mala, qui appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti, qui canitis ad uocem Psalterij. Non ista nobis placent cum.n. dicit prædicator, laute nos comedere, preciosis uestiri, argenti copiã congregare, pauperum curam a nobis non haberi, aspera nobis loquitur, ac dura, ille optimus est prædicator, qui ea tacet, & uitia dissimulat, nosque Plaudat. Nolumus prædicatorem Sophoniam,
Soph. 1 qui statim Dei iudiciũ proponit, dicens. Scrutabor Hierusalem in lucernis, dicit non profuturas diuitias in die vltionis. Eadem ratione repulsus est Christus a Pharisæis, quia templum ingreditur,
B ac flagellum facit, vt vitia corrigat. Non ista eis placent.

Sed iam literam Euangelii explicemus, in qua ea, quæ diximus, manifesta
Age. 2. reddentur. (Cum intrasset Iesus Hiero-
Ps. 17. solymam, commota est uniuersa ciuitas dicens, quis est hic?) Cum Iesus mundũ intrauit, commotus est uniuersus mundus. Sic.n. Aggeus ait. Adhuc modicum & ego commouebo cęlum, & terrã, mare, & aridam, & mouebo oẽs gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Et Psaltes ait: Vidit, & commota est terra, montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, Maxima profecto commotio fa-
Luc. 2. cta in mundo est Christo in illum intrãte. Celi quidem moti sunt, præ lætitia gestientes, videntes Deũ hominem factũ, cum facta est cũ Angelo multitudo militiæ cęlestis laudantium Deum. Terra
C et mota est, primum bellis innumeris, q̃ præcesserunt Christi aduentum, & descriptionem factam ab Augusto & aliis pluribus illius temporis mirabilib. Demum commota est vniuersa terra idolis deiectis. Iudæis reprobatis, gentibus ad Deum conuersis, sole obscurato, ter-
Exo. 16 ra tremente, mortuis resurgentibus. Et mundus tũc merito dixit. (Qui est his?) Si.n. Manna de cęlo descendente dixit Iudæi, quid est hoc? Quid mirũ, si Christo descendente, dicat mundus, quis est hic, qui tãta operatur? Quidã, ut in Acti-

bus dr, dicebant, quæ nam doctrina hęc A
noua? Non est mirum quia Christus hõ Act. 17
nouus est, & oĩa, quæ ad eum pertinent, noua sunt, & super omnem naturam, & & ideo miratur uniuersa natura. Cum Salomon apparuit sapientia præditus, mirantur omnes, & ad eum uidendum vndique confluunt. Sed ecce plus quam Salomon hic: ille tanquam de terra, de terra loquitur, sed qui de cęlo uenit, cęlestia loquitur. Cum videat mundus, naturæ leges innouari, uirginem parere, dæmonia exire ab hominibus, diuitias cõtemni, an non merito dicat, quis est his? Et hac ratione infideles peccant, vidẽtes tot ueritatis testimonia, nec interrogantes quis est hic? si.n. interrogarent, discerent utique & Christum Agnoscerent.

Sicut ergo mundus cõmotus est Chri- B
sto in illum intrante, & nũc Hierosolyma, ita cum in animam ingreditur, cum mouetur uniuersa ciuitas. Hinc Ps. Cõ-
turbata sunt ossa mea, & aĩa mea turba- Psal. 6
ta est valde. Sæpe etiã repetit: Cor meũ conturbatum est. Tunc.n. committitur pugna inter Christum, & fortem armatum, & eius uasa diripiuntur. Tunc Dagon in terram deiicitur coram arca, tũc vetus homo moritur, & nouus resurgit, quo pacto non turbetur cor, ac dicat, qs hic tantarum nouitatum author? Sic enim Paulus deiectus in terram ait, quis Acto 9
es dñe? Eijcit tunc a templo suo Christus vendentes, ac ementes, nummulariosq;, qui superfluas mundi curas, & solicitudinem temporalium a corde tollit quid mirum, si cõmouetur cor? Sed forsan ais. Cum ego ad Deum conuertor non sentio hanc commotionem. Ita sa- C
ne pluribus accidit, sed hi iure dubitare possunt, an pleno corde ad Deũ conuertantur. Audi uer in Deum conuersionẽ ab ipso descriptam, Scindite corda ue-
stra, ait Ioel. Et Psaltes. Sacrificiũ Deo Ioel 2.
spiritus contribulatus, cor contritũ, & Ps. 50.
humiliatum Deus non despicies. Et ite- Psal. 37
rum. Laboraui in gemitu meo, laua- Euse.
bo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Eusebi⁹ Emissenus homilia quinta ait. Multo opus est gemitu, multo fletu, multo

A multo dolore cordis ad sanandos ipsius cordis dolores. Qui ergo uidet cor suum integrú esse, nó contritú, cur nó timeat? Si cor non commouetur, Christus ciuitatem non intrauit. Multa cura adhiberi solet à fidelibus, cum confiteri disponuntur, vt examen peccatorum faciant, & iure id quidé: sed pauca, aut nulla adhiberi solet in eo, quod est præcipuum, in mutatione, scilicet, cordis, in contritione, ac firmo proposito nouę uiæ inchoandæ. Hoc.n. est, quod hominem nouum reddit, sicut de Saule dictum est. Insiliet in te spiritus domini, & mutaberis in virum alterum, quia tantum efficit mutationem hic diuinus spiritus in homine, vt alter vir appareat, ut iure dici possit.

1. Reg. 10.

Ps. 76.

B Hæc mutatio dexteræ excelsi. In vero pœnitente illud efficitur, quod Ps. ait. Intonuit de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis, & apparuerunt fontes aquarum, &c. Accidit enim, quod viatori accidere solet noctu uiam agenti, qui in spelunca quiescit, sed mane luce perfusa spelunca, videt se inter serpentes commorantem, ac fugit indeterritus, nec illuc reuertetur unquam, expauescit enim, quod viuus inde prodierit. Sic quasi a facie colubri fugit peccatum, qui diuina luce perfusus est, & qui in tenebris ambulans in peccato diu iacuit, inde surgit, & nullus eum reducere poterit in peccatum, uel in peccati occasionem, quia diuina luce periculum suum uidit. Qui vero hanc in se non experitur mutationem, ac commotionem, sed facile redit per viam publicam, in qua ei peccat, occasio est, non plene uidit animæ suæ periculum.

Ps. 17.

Simile

C (Intrauit Iesus in templum.) Quasi in domum suam uenit in templum est enim domus Dei, & sicut tu cum uenis in ciuitatem, ad domum tuam primam diuertis, ita Iesus Hierosolymam veniens ad templum diuertit. Simul vt nos doceat illud frequentare, ac reuereri. In eo autem (Accesserunt ad eum cœci, & claudi, & sanauit eos.) Vt se ostenderet Messiam, ea perfecit, quæ Esa. prædixerat. Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdorum patebunt.

Esa. 30

A Tunc saliet sicut coruus claudus. (Pharisæi indignati sunt.) Chry. ait. Quando columna recta est, licet pondus superponas, non decidit, imo firmius stat, si vero inclinata sit; facile cadit, Ita diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ex omnibus sibi fructum colligit. At vero Pharisæi, & scribæ columnæ erant inclinatæ, iuxta illud Psalmi, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum, ideo licet beneficia Deus eis superimponere, ipsi inclinabantur magis in malum. Multi enim similes araneis sunt, quæ in venenum omnia vertunt, ex omnibus perniciem sibi colligunt, etiam ex Dei misericordia, An ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te expectat? tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizias tibi iram in die irę.

Simile Chry.

Ps. 77.

B (Relictis illis, abijt foras.) Quasi desperatos eos deserit cœlestis medicus videns nulla medicina adhibita, eos proficere. Hinc Esaias. In quo percutiam vos ultra addentes pręuaricationem? Si cum flagellatur seruus, quia facinus commisit, illud tunc iterum committit, qualis erit correctionis spes? Ideo Hieremias ait. Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. Cauendum homini maxime est, ne a Deo relinquatur, ac deseratur, tunc enim mors animæ prima est, cui secunda mors succedit ęterna. Et ideo mouet. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te, & ponam te terram desertam. Nullum verbum durius, quam recedere Deum ab homine, hoc verbum est asperum, ac pertimescendum, &c.

Ro. 1.

Hie. 49

Hier. 6

C

A

Feria quarta post Dominicam Primam Quadragesimæ.

The. Generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ, &c. Mat. 12.

Signorum genera plura sunt alia signa pacti, vt arcus datus Noe, circuncisio Abrahæ, alia timoris, qualia erunt in sole, luna, & stellis, alia spei, & misericordiæ, cuiusmodi plurima signa dominus mundo dedit, sed omnium maximum Maria est, de qua dicitur, signum ma-
Apo.12 gnum apparuit in cœlo, mulier amicta
Esai.7. Sole. Et Esa. dabit Dominus ipse vobis
Ephrē. signum, ecce virgo concipiet. Vnde san-
B ctissimus Ephrem, eam salutat, aue præstantissimum orbis terræ miraculum. Vt ergo alijs Christi Domini signis in salutem nostram vti nouerimus, Mariam adeamus, vt nobis gratiam impetret.

Cum habitus, qui in intellectu sunt, voluntate non soleant indigere, tamen fides, quæ in ipso est, uoluntate eget, sine qua, ut oportet, non credimus. Inde
Augu. Augu. sine uoluntate intellectus oīa pōt credere, verò non pōt, potest quidem intellectus sine voluntatis auxilio scientias adquirere, demonstrationes efficere, opinari, sed reb. fidei assentiri, ut dēt, nequaquam. Cum.n. ea, quæ fide proponuntur, altissima sint, nec euidenti ratione demonstrentur, & maxima firmitate credi oportet, necessarium est auxilium
C voluntatis, quæ in captiuitatem redigat intellectum in obsequium Christi ad fidem ergo necessaria est pia uoluntatis affectio in proponentem credenda. Ex quo sequitur firmissimam esse fidem in intellectu, quando est charitas in uoluntate, tunc enim maxima pia affectio sicut cum diligimus ex corde doctorē, maxime assentimur eius dictis, & sententię si vero charitas absit, fides quidem manere potest, quia aliqua pia affectio adhuc durare potest, sed debilis, & informis similisque molæ iam ex carnificatę, cum verò omnis pia affectio discesserit, fides omnino perit. Hoc scribis, & Pharisæis contigerat, qui nulla pia affectione erga Christum præditi erant, ideoque ei nequaquam fidem adhibebant, sed visis pluribus signis, nunc denuo signa petunt. Iudæi signa petunt, Græci 1.Co.1
sapientiam quærunt, quia nulla pia affectione uoluntatis iuuantur, ut credant. Multa quidem viderant, & audierant, Heb.4
sed eis contingit illud Pauli, nō profuit eis sermo auditus non admistus fidei, .i. non creditus, dicitur uero non admistus fidei, ut ibi uocat D. Th. q a sicut ex D.Th.
intellectu, & intellectu fit vnum, ita ex corde credentis, & ipse fide formata fit vnum ijs, vero scribis illud contigerat, Da. 29
quod eorum patribus cōtigisse Moyses ait, uos vidistis vniuersa, quæ fecit Dñs coram vobis in terra Aegypti Pharao- B
ni, signa illa, portentaq; ingentia, & non dedit uobis dñs cor intelligens, & oculos uidentes, & aures, quæ possent audire vsque in præsentem diem. Quod si cor intelligens, & oculos uidentes quis non habeat, licet innumera videat mirabi- Simile
lia, non proficiet. Similisque efficietur ei, qui in triclinium regis intraret, vbi vniuersa prætiosa sunt, sed oculi ei claude- Exo.7.
rentur, ne eis frui possit inspectis. Stupenda mirabilia vidit Pharao, quę Moyses coram eo patrauit, ad quem miranda illa verba Deus dicit, ecce constitui te Deum Pharaonis, sed ea omnia intuitus est corde non intelligente, sed duro, atque adeo, ut ea calumniaretur, inspexit, uocans magos, qui similia patra- Ioan.5
rent, & nihilo melior factus est. Sic scribæ, & Pharisæi diuina Christi verba au- C
dierant, & opera uiderant, de quibus dictum est, si opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, sed cor intelligens non habuerunt, ideo tantum abest, vt signis Ioā.15
visis proficiat, vt inde ansam, ac occasionem caperent Christum crucifigen- 1.Reg 18.
di, dicētes, quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Sicut enim multa præclara obsequia præstabat Dauid Sauli, sed nunquam rectis oculis illum aspiciebat pro sua mala voluntate, sic se cum Chrō domino Pharisęi, & scribę gerebant, qui nūc aiunt, (volumus a te signū videre)

A videre.)Sed imitatores suos nunc habēt Scribæ,& Pharisæi, qui etiam signa petūt,sed quinam illi sunt? illi certe,qui ex corde iniquitatē diligunt,exterius quidē speciem pietatis habentes, sed interius virtutē eius abnegātes,& signa petūt, nō vt conuertātur,sed ut iniquitatis,& peccati sui excusationem prætendant, dicūt .n. velim ego iust⁹ esse,& si eis dicas,cur ergo non es? aiunt,debilis, infirmu sque sum,& si Deus in me signum,ac miraculum non faciat, nihil unquam proficiā. Hi signum petunt,non ut iniquitatē relinquant,diligunt.n.magis tenebras, q̄ lucem,sed ut hāc pctō excusationem inueniāt.ve' si a pctis eis recedēdū eēt, vellēt sine vllo labore, ac difficultate id effici, vellent aliquem mortuorū eis apparere. Hñt Moysen,dictum est diuiti,tibi uerò simile dr,habes Xp̄m;signum Ionæ,nec aliud signum hinc simile expectari pōt. Xp̄s tibi ergo in cruce est,in eo tibi uires sunt,si eo vti velis?¦Quod si signum hoc probè inspicere noueris,licet duritia lapidem imiteris, confringeris tñ, lapides Xp̄o in cruce posito fracti sunt. Atteñde in hoc signo Ionæ,in Xp̄o in cruce posito,q̄ sit malum pcm̄,cum Xp̄m dn̄m tātis miserijs,ac dolorib. repleuerit,& sic in eum ira patris deseuierit,quia se mediū opposuit inter patrem,& hoīes. Mirabile planè illud,quod Daniel memoriç prodidit in statua effectum,ut quamlibet esset magna,atque præclara,paruulo lapide contrita,& in cinerem uersa est. Sed in Ionæ signo mirabilius aliquid uidebis attende Deum maximum,infinitum,oīpotentem,qui tñ paruo ictu pomi ab Adamo surrepti percussus,contritus est,& mortuus,an non hoc stupendū amplius, quam statuam euersam? an non hinc nobis timendum si peccato locum damus. Quod si tanta Ira non molliris,adhuc in hoc Ionæ signo ignis amoris est ingens, ut liquefias,quamuis æs sis. Attende infinitum Christi amorem,ne in te deseuiret diuina ultio,ne gladius Dei te configeret,illa se medium posuit,& gladii, ictum suscepit, & uitam dedit, ac sanguinem, vt tu viuas. Cuius vt amoris vim intelligas,hoc utar exemplo. Gra-

B

Dan. 3.

C

uissime Petrum læsisti, qui merito tibi inimicus est, uitam tibi eripiat meritus; qui tamen adeo benignus,& misericors est, sic te diligit; ut uidens Ioan.inimicum tuum te confodere : ac omnino interimere,ipse licet læsus,& offensus à te, opponit se medium , & ne tu feriaris: plura ille uulnera recipit ne uitam amittas, suam libenter pro te exponit . An hunc poteris odio prosequi, an poteris contra illum gladium leuare? an poteris cum Ioan. tibi inimico fœdus inire, ut ambo Petrum tam tui dilectorem, & defensorem interficiatis? nunquam id in mundo uisum est facinus? Sed ecce illud tu perpetras, grauiter in Christum peccasti, grauiter eum læseras,ac offenderas, ille uero adeo tui amans extitit, adeo bonus natura sua, ut cum uideret dœmones inimicos tuos pugnare in te, licet inimicus tu illi esses,ipse tamen tui amantissimus, pugnauit pro te contra dœmones, sanguinem pro te fudit, liberauit te; vt vero nunc cùm dœmone pactum inis, cum morte fœdus paciceris,ut Christum denuo occidas,& dęmonem iuues, ut Christum interficias. O hominum ingratissime, & scelestissime,quo corde tātum perpetras facinus? tantam proditionem moliris? Si hoc signum aliud non dabitur tibi, super hoc .n. nullum est,nec uero esse pōt. Alii etiā peccatores signa petunt,ut in Deum redeant,qui.s.putant se fame conficiendos si Deo adhæreant,uellentque, signo aut miraculo a Deo pasci, hi etiam dicunt. (volumus a te signum uidere.)Inquire a latrone,a meretrice,ab usurario,qua ratione innumera peccata committat, & dicet tibi,si hoc non egero,fame peream datu mihi cibum,& non peccabo. His uero sic sapiens loquitur: sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum,quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum. An tu Deum peruersum putas,& mali ingenij esse? pascet te inimicum, & derelinquet filium? an tu sentis de Deo in bonitate? uere apparet his,qui fidem habent in illum, Ionas ei inobediens est, quia putat cum

A Simile

B

C

Sap. 1

A cum adeo bonum, ut continuo ignoscat Niniuitis, tu eum offendis, non credens adeo bonum esse, vt tuæ accurrat necessitati. Sed ais, petiui ab eo aliqñ tpalia, nec mihi continuo accurrit, sine dubio dabit si velis primum quærere regnum Dei, & iustitiam eius, sed aliqñ paulisper differt non ut neget, sed ut commodiori, ac conuenitori tempore concedat, Quemadmodum mater paruulo filio infirmanti, & aquam petenti, non statim cocedit nec.n. illi expedit, cũ expediens fuerit, dabit, interim tamen profert filio pretiosa quæque, aurea, & gemmas, vt eis delectetur, dum tps adest, quo ei aquam optatam sine vllo discrimine donet? Sed sæpe tpalia a Deo petis, q̃ nunc tibi non expediũt differt Deus in tps conueniens, interim spũalia tibi bona concedit, q̃ pretiosiora sunt. Si ergo signum quæris, quo certus fis tpalia tibi danda, cum tibi fuerit expediens, en signum Ionæ, quo de hac re certus esse poteris. Audi Paul. ex hoc signo illud colligentem. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oib. tradidit illum, qũo non cum illo oĩa nobis donauit? Adeo certus de hac re hoc signo Paulus redditus erat, ut non donanda dicat, sed donata, non ait donabit, sed donauit, qui sanguinem, & uitam tibi dedit, qui semetipsum in diuinissimo Eucharistiæ sacro tradit, quo pacto tpalia uilia, & nihil negabit? signo Ionæ certos nos reddidit. Sed hi, quos huc vsque diximus, similes Pharisæi sunt peccatores signa petentes. alij vero sunt pij, qui etiam signa petunt, quib. et̃ signo Ionę satisfaciendum nobis est. Aliqui.n. sunt q bus peccati deformitatem Deus aperuit, ac manifestam fecit. Cum delectatione peccati facies operitur, non ita deformis apparet, fucus.n. illud ornat, at uero cum Deus ipsum peccatum ostendit homini, ut in se est, abominandum omnino apparet, & nihil eo turpius excogitari pôt, cũ que illud anima in se uideat, deficere solet, ac pene examinari, quasi ille, qui lethale in se videt vulnus tumens, non circunligatum, nec fotum oleo, dicitq; cum Psa. dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum nõ est me

Simile

Rom. 8

C

Psa. 37

cum, & cum se uideat indignam diuino auxilio putat sibi concedendum non esse. Cui si dixeris, Deus tibi aderit, en pauca dicit, qua in re illud ego uidebo? vnde certus reddat diuinum mihi affuturum auxilium? hoc est, volumus a te signum videre. Hinc dicam, signum illud datum Ionæ prophetæ, quod adeo magnum est ut simile excogitari nequaquam possit traditus est pp delicta nostra, resurrexit pp iustificationem nrãm. Quid.n. dubitari potest nobis affuturũ auxilium ab eo, qui ut nobis auxilio esset, uitã dedit? Sed ais, nõ mereor hoc auxilium, ita est, nõ mereris, nec prima gratia merito tuo concedenda est, sed Christi dñi, alias gratia nõ esset, eam tibi concedendam, si velis, ostendit manifeste signum Ionæ. Qd quantum sit signum ex alio minori colliges signo, plorat Lazari cã, & dicũt Pharisæi, ecce, qũo diligeb. t eum si solum Lacrymas fundere signum est amoris in lazarum, qui peccatorem obstinatum repsentat, quodnam erit signum in cruce lacrymas fundere, & sanguinis riuos? an non hoc signũ immensi amoris? satis est hoc signum, ut oẽm auferat timorem, ac pusillanimitatem, & cũ dœmonẽ te trepidare fecerit dicẽs, te a Deo derelinquẽdum, memorare huius signi, quo animũ viresq; recipias. Hoc signum Deus mundo dedit, quo certus esset non ultra futurũ diluuĩi dissipans terrã; ponam, ait arcum meũ in nubib. & recordabor fœderis mei uobiscum, &c. Sed Ecclesiæ concessus est arcus alter insignior, cuius ille figura fuit, q Xps est dñs. Efficit.n. cælestis arcus, cũ umbrosa q̃dã, & opaca nubes imbriũq; minutissimis aspera guttulis solis se e regione opponens, sic illã inuadit, ac variè sua luce afficit, ut recepto in nube lumine, posteaq; refacto, uarijs tum colorib. suffundat, tum pcipue puniceo, viridi, purpureoq; notet. In quo quis non uideat expressam esse imag. huius diuini arcus, in quo ęternum illud diuini verbi lumen ab splendidissimo illo sole, totiusque diuinitatis fonte iam inde ab omni æternitate gñatum, in humani corporis artibus quasi in opaca, & umbrosa nube receptum est? Quis prętereã non ani-

A

B

Rom. 4

Ioan. 1

C

Gen. 9.

A animaduertat, in tãta illius arcus diuersitate colorũ adumbratam fuisse, nec sanè leuiter humanæ naturæ pulchritudinẽ, ac cœlestiũ illã, diuinorũq; munerum varietatẽ, qua suis, vt coloribus ornanda erat, cum illam sibi Deus copularet, atq; coniungeret? Christus ergo dñs in cruce arcus est, quem inspiciens pr̃ placatur humano generi, & libẽter peccatori ignoscit ob mediatorem talem, ne uerò adinuentionem hanc meam putetis, audite

El. 54. Deum ipsum per prophetã hoc apertissimis uerbis ostendentem. Sicut in dieb. Noè istud mihi est, cui iuraui, ne inducerem aquas diluuij vltra super terram, sic iuraui, ut nõ irascar tibi, & nõ increpẽte, montes.n. cõmouebũtur, & colles

B cõtremiscẽt, mia aũt mea non recedat a te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miserator tu^9 dñs, paupercula paupertate conuulsa absque ulla consolatione. En loquitur dñs aiæ pu illę, pauperi, conuulsæ, sicut ait in diebus Noæ, iuraui non dissipare amplius terram, & huius dedi signum cœli arcum, ita nunc iuraui, miam meam non tibi defuturam ut huius signum Christus dñs est verus arcus

Ecc. 43 cœlestis signum Ionæ. Quod cum ita sit meritò nos Sapiens monet, uide arcum, & benedic eum, qui fecit illũ, va'de speciosus est in splendore suo. Multa Deus dedit signa miæ suæ in eum, qui ad eum conuertitur, ut in prodigiũ, sed super oĩa signa, signũ est Ionæ, arcus cœlestis Xp̃s, quo dato signo, iam fas non est dubitare de hac re. Antequã hoc signũ mũdo daretur, loquit̃ Deus ꝑ propthetã populo suo, dic, ait, ad domũ Israel, sic loquuti estis,

C dicentes, iniquitates nr̃æ, & peccata nostra sup nos sunt, & in ipsis nos tabescimus, quõ ergo viuere poterimus? Dic ad

Ez. 33. eos, viuo ergo dicit dñs Deus, nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius a via sua, & viuat, conuertimini a vijs uestris pessimis, & quare moriemini dom^9 Israel? Si hæc dominus dicebat, cum signum Ionæ non aderat, nisi spe, nũc qñ re ipsa datum est, quis desperet? Signum ergo tibi datum hoc est libertatis tuæ, si

Es. 7. cut Achaz datum est, dominus dabit uobis signum, ecce virgo concipiet, &c.

Alij ẽt pij signũ petunt, hi, scilicet, qui viã Dei ingressi sunt, sed medio ĩ itinere tempestas ingruit, tentatio adest. Deus quæ abesse vr̃, longeq; recessisse, & ideo animũ deponunt, putantq; se a Deo derelictos, nec eos ministros habere uelle. Quib. si dicas, viriliter agite, & confortetur cor uestrũ. Deus vobis adest, si sperauer itis in eũ, illi dicũt, quã in re illud ego uidebo? hi ẽt dicũt, (Volumus a te signum videre.) Quib. nos dicimus, summũ huius rei signũ eis datũ in signo Ionę prophetæ. Audi rõnẽ te constringentẽ, tãta fuit bonitas, ac amor in Christo dño, ut te inimicum sanguine suso redemerit, te vocauerit, & iustificauerit, & nũc cũ amicus illius es, te deseret? Atten- Ionę 3.

de fiduciã Ionæ, cum esset in ventre cęti, & ego dixi, abiectus sum a cõspecto oculorum tuorũ, verunt rursus uidebo tẽplũ sanctũ tuũ. Cũ a bel.a deuoratus in ꝓfundũ maris descendisset, hæc, orauit, sperauit, & obtinuit, tu ergo spera in domino, fac bonitatẽ, uidebis iterũ faciem eius cum iubilo, ipse.n. deducit ad inferos, & reducit qui, post tempestatẽ, tranquillũ facit, & post fletum exultationẽ infundit. Sed ais, derelictus nũc sum, sit ita, in cruce nũc es, sed post crucẽ resurrectio est. Hoc signum Ionæ loquit̃, ne ergo similis sis Israeli, quẽ a seruitute Aegypriaca dñs liberauerat ĩ manu potenti, & cum in deserto esset, uiso aliquo discrimine cõtinuo putat. se a Deo derelictũ, & in desertũ eductũ, ut ibi pereat. Si te dñs odio ꝓsequeretur, relinqueret captiuũ in dęmonum ptãte, eripuit te de ptãte tenebrarum, diligit ergo te, & si in cruce ponit, continuo resurgere faciet. C

Sed ais, oblit^9 est mei Deus, sic loquebatur Sion, ut Es. ait dixit Siõ, dereliqt me dñs, dñs oblitus est mei. Sed audi respondentẽ dñm, nunquid obliuisci potest mulier infantem suũ ut nõ misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui, in manibus meis scripsi te. Quæ vltima verba nunc in signo Ionæ ueritati oĩno reddita sunt, in cruce.n. scripsi nos in manibus, ubi calamus, clauifuere, atramentum uero sanguis. Es. 49.

Sicut ergo petentib. signũ Pharisæis, mors,

A mors,& resurrectio Xpi supremũ signũ datur,ita oib. fidelib. supremũ signũ Chri mors,& resurrectio ẽ. In quib. ẽt verbis. (signũ nõ dabit ei nisi signũ Ionę,)aduertẽda maximè diuina bonitas plus præstãs,quã petat,& meliora,q̃ a nobis optẽtur. Petunt hi signum,ut Lucas explicat de cęlo,vanũ aliqd pstigiũ,vel ignẽ forte descendere, qui eos combureret, nõ hoc signũ illis pstat,sed quod illud conuenientissimũ est. Sicut petit puer a patre ignẽ,
Simile aut gladiũ, & dat illi panẽ,aut pomum. Saluator Chrs dñs est, nescit nisi signa salutis dare. Petierũt aliqñ discipuli hoc signum de cælo ignem descendere,quod hodie hi petunt, ignem. s. in Samaritas venire quibus Christus dñs respondit,
B nescitis,cuius spiritus sitis,filius hoĩs nõ
Luc. 12 venit aĩas perdere,sed saluare. Ostendit ẽt Chrs dñs, super abundantius ipsum facere, quã petimus,aut intelligimus,petebãt hi signũ de cęlo, Chrs vero eis concedit signũ diuinũ, signum de Deo ipso, mortẽ,& resurrectionẽ Dei. Qñ ergo a Deo petis,quod tibi coueniẽs est, tribuit ille,si panẽ petis, nõ lapidẽ accipies,si piscem,non scorpionẽ,& ampliora recipis quã ore, si uero petas, q̃ noxia tibi sunt, nõ ea pater cęlestis concedit, sed eorum loco ea dat,quæ tibi proficua sunt,& nõ
Esa. 7. petenti bona plura concedit vt Achaz.

Adijci vero Chrs. (Viri Niniuitę surgent in iudicio, &c.) In iudicio oĩa pctã damnanda sunt a iustis, aliqua uero ita sunt a rõne aliena, ut non solum a iustis damnanda sint, sed ẽt a peccatorib. qui irridebũt illas,qui ea perpetrarunt,quia corũ comparatione ẽt impij iusti appare
C bunt, Tale pctm̃ horũ Phariseorũ erat, in quos Niniuitæ,& regina Austri consurget,& eos condemnabit. De quibus
Psal. 2. manifeste loquitur Ps. dicens, principes conuenerunt in vnum aduersus domi-
Prou. 1 nũ,& aduersus Christũ eius,qui habitat in cęlis irridebit eos,& dñs subsannabit eos,Irridendi , & subsannandi hi sunt. De similibus ẽt loquitur diuina Sapientia , despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis , ego quoque in interitu uestro ridebo , & subsannabo,cũ uobis id, qđ timebatis,aduenerit. Et Psal.tu dñe deridebis eos , & ad A
nihilum deduces oẽs gentes. Hæc irrisio Psa. 58
& subsãnatio metaphorice Deo tribuitur, sicut reliqua ad corpus spectãtia, vt seueritas diuinę iustitiæ,& punitionis expri- Gen. 6.
matur,qui cũ adeo sit misericors,ut de leturus hominẽ, tangi dicatur dolore cordis intrinsecus , vult.n. oẽs saluos fieri,aliquorũ tñ criminib. sic irritatur,ut læsa patiẽtia,& in furorẽ versa,irrideat, ac subsannet impios , dũ igni æterno tradunt. Crudelis iudicaretur nũc princeps ille,qui adstãs neci malefactoris rideret, irrideretq;, ac subsannaret morientẽ, sed Deus absq; crudelitate id faciet,Tanta est aliquorũ criminũ malitia,ut illud commereantur. Irritio ore fit subsannatio naso,ut notant Aug. & Hier. qa sanna significat sonitũ nariũ, inde subsannare, August. Hiero.
ꝙ est aliqd amplius quã irridere. Deus B
verò aliquos pctõres,& irridere,& subsannare dr,qa illos irridẽdos,& subsannandos pponit alijs. Oẽs ergo tum isti, tũ pctõres irridebũt in iudicio aliquos , & condẽnabũt eos. Irridẽdi profecto,& subsannãdi Scribæ,& Pharisæi sũt legis doctores,qui Chrm repulerunt,& signa a ii postulabant. Sed irridẽdus,& codẽnandus Christianus a paganis est, dicẽtibus illud ꝙ Chrs dñs ait: uæ tibi Corozain,vę tibi Bethsaida,qa si in Tyro,& Mat. 11
Sidone factæ fuissent virtutes,q̃ in te factæ sunt olim in cinere, & cilicio pnĩam egissent. Si nobis Euãgeliũ Chri pdicatũ esset,ut tibi,si sacra habuissemus quæ tu habuisti,opa pstantiora, quã tu,pstitissemus. Tũc super eũ ridebunt & dicẽt ecce hõ,q nõ posuit Deũ adiutorẽ suum, Psa. 51
sed sperauit in multitudine diuitiarum, C
suarũ. An nõ merito ridebit latro,Iudã, Magdalena,Pharisęi,Publicanus, Pharisæu,secularis,clericũ,paup,diuitẽ eum cõtemnentẽ: Vere diues draco tunc erit, Ps. 103
quẽ formasti,ad illudẽdũ ei,& quemadmodũ Philistæi irridebãt Sãpsonẽ ligatũ,& cæcũ, q fortissimus cũ esset ab infirma Dalida superatus est, hic plurimi irridendi in iudicio sũt, q cũ Dei gra fortissimi essent , ab infirma sensualitate a re minima superati sunt. Sic ẽt irridendi sunt q p minimis,vel forsan nihilo Deũ

relin-

A reliquerunt, sicut Esau, qui pro lentibus primogenituram vendidit. Caue ergo ti
Ioa.25 bi, ne tunc a Deo Ang. iustis, & peccatorib. insurgentib. in te irridearis. Sed eos, qui pœnituerunt, viros vocat, (viri ait Niniuitæ.) Nomen hoc, vir, in diuina scriptura nomen est honoris, ac dignitatis. Sic loquitur dñs ad Iob, accinge sicut vir lumbos tuos. viros ergo Niniuitas dicit, quia uiriliter fecerunt, dum pniam egerunt, & Israeli pferuntur. Nihil sic pctorẽ honorare põt, ac pnia. Adeo honorabiles pnia fecit, ut Magdalenę lachrymas in vniuerso mundo prædicari Xps uoluerit, & Petrum ecclesiæ petram fecit, & Paul. vas electionis, & iõ prodig⁹ induit
Ex.24. stola: donat annulo, & in maximo honore hẽ. Hinc Exo.24. viderunt, ait, Deum Israel sub pedib. eius, quasi opus lapidis
B Saphrini, & quasi cęlum cũ serenum est,
Oleas. Oleaster ait, Saphiros illos significare lateres, quos Israel cõfecerat in Aegypto, honori. n. Deus suorum pniam, & laborem habebat, & in lapides ptiosos mutauerat lateres illos, in quibus afflicti fuerãt cõficiendis, Deo. n. conueniens in aĩa thronus conficitur ex laboribus pniæ, q Deo lapides sunt pretiosi. Viri ergo fortes sunt, qui pniæ opera pstant, & hi surgent in iudicio contra impenitentes, & condemnabunt eos, dicentes, accede huc impęnitens pctõr, qua rõne pniam pctõrum non fecisti? mihi pdicauit Ionas, ti-
C bi uerò Xps dñs, nouissime. n. loquutus est uobis pater in filio, & ego una concione credidit Ione, tu innumeras audisticõciones, ego sacrã, quibus iuuaret non habui, tu uero habuisti, ego dubius eram an mihi Deus ignosceret, forsitan, dixi conuertetur Deus, tu certus eras de venia, si infirmus fuisti, ego quoque infirmus e-
Simile ram. Vere omnis iniquitas oppilabit os suum. Qualis tibi tunc dolor erit, cum multi ab oriente, & occidente veniẽt, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, & tu filius regni reijcieris in tene-
Luc.18 bras exteriores? cum videris plures Indos regnum intrare cęlorũ, & tu audias nescio uos. Nunc quidem dolorem non sentis aliqñ, sicut. n. qui bello decertat, licet plura vulnera passus sit, calore vrgente non sentit, sed cum deinde uulnera refrigerint, dolet, ita nunc innumeris vulnerib. lethalib. aĩa tua confossa est, sed calore concupiscentiæ urgente, sensus tibi eorum non est, veniet dies iudicij cũ ab oĩb. irrisus, & condemnatus doleas. Sed regina Austri surget in iudicio, & condẽnabit gñationem hanc, quia cum illa tãto labore a finibus terræ uenerit, ut audiret sapientiam Salomonis, illi non audierũt, plusquam Salomonem inter eos uersantẽ. Quod maxime, condemnabit ĩ iudicio pctorẽ, est sũma facilitas, qua gloriam consequi, ac gfam potuit, illi. n. offerebatur gfa gratis, gloria pro paruo labore, quę quia pstare no'uit, tñ bonum assequutus non est. Cum gfa, ac gloria tam B
sublimes essent. Potuit Deus ardua, ac difficillima ab homine petere, vt illas cõcederet, at parua petit, venite, ait, propheta, emite absq; argento, & absq; ulla cõmutationem uinum, & lac. Hæc ergo tã parua hoiem non pstitisse, eum inexcusabilem reddet, uerè mandata eius grauia non sunt, vt Io. ait. Hoc in excusabilem Esa.55
A damum reddidit, cui facillimum quid Deus pceperat, ne. s. ex uno ligno commederet. Hinc Deut.30. mandatũ hoc, 1.Io.5.
φ ego pcipio tibi hodie, non supra te est, Gen.2.
nec procul positum, nec in cęlo situm ut Deut.
possis dicere, quis ualet in cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiam⁹, 30.
atque opere compleamus, neq; transmare positum, vt causeris, & dicas, quis ex C
nobis poterit trãsfretare, & illud ad nos usque deferre? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo; ut facias, illum. Cum non sint condignæ passiones Rom.8
huius tpis ad futuram gloriam, q̃ reuelabitur in nobis, posset a te Deus exigere omnium martyrum tormenta, cum thesaurus cælestis immensus sit, & ei collati oẽs terræ thesauri arena sint exigua, iure a te postulare Deus posset omnes labores, quos in acquirendis thesauris omnes homines sustinent, & tamen parum
quid à te petitur, qua ratione illud negare poteris? Si rem grandem tibi dixisset Sap.7.
propheta, profecto facere debuisses, quãto magis cum dixerit, lauare, & mundaberis. Quibus ergo minima, ac facilè pręcepta 4.Re.5

A cepta sunt, caueamus ea prætermittere, ne in diuino iudicio inexcusabiles reperiamur. Sed in Ionæ mirabili historia aliqua nobis perpendenda sunt. Primum fugere uoluit Ionas a facie dñi nolens in Niniue predicare, & ut fugeret, disponit in Tharsis ire, quasi in aliud regnum trãsiret. Merito stultus in scriptura pctõr appellat᷑, & cũ innumeras insanias ppetret
Gen.3. an nõ insania fugere a Deo? Sic ẽt Adam à Deo fugit, sed nõ effugit, & Cain puta
Psa.93 uit posse te fallere Deũ, & alij apud Psa. dñt, & dixerunt, non videbit dñs, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliqñ sapite, q plãtauit aurem non audiet? aut qui finxit
B oculũ nõ cõsiderat? Quãto recti᷒ Dauid,
Ps.138 ait, quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie
Ier.23. tua fugiã? Et dñs per Ier. putas ne Deus è uicino ego sũ dicit dñs, & non Deus de longe? si occultabitur uir in absconditis, & ego non uidebo eũ, dicit dñs. Nũquid non cœlum, & terram ego impleo? Sed cum fugisset Ionas, tẽpestatem immisit
Chrys. dñs post eũ. Chry. sunt tibi duo serui, alter latro, fidelis alter, latro furat᷑ seipsũ, & fugit, mittis post eum fidelem, quieum insequatur, & capiat, fugit inobediẽs homuncio a Dei domo, mittit᷑ post eũ fidelis Dei minister, sed qs nã fidelis Dei seruus? certe spũs procellarũ, q̃ faciunt uerbũ eius, ut Ps. ait inobediẽtẽ seruũ facit .n. uerbũ Dei, mare ẽt, cui preceptum posuit, & non pteribit, Redi ò Ionas conti
C
Ps.146 nuo cũ .n. spũs pcellæ a Deo missus sit, teq; quærat, licet in mare proijciant merces oẽs, non quiescit, qm̃ te insequit᷑, non merces. Peccator, qui tribularis, atq; uexaris, Deus te quærit, te insequitur, in Deum conuertere, nihil tibi proderit ad amicum accedere, consilium postulare, medicum accersere, in Aegyptum pro auxilio descendere, foras pctã tua proijce in profundum maris, sin minus non quiescet tempestas, nulla alia est nauigatoria ars, qua te ptegere ualeas ab hac tẽpestate nisi pnia. Sed interim Dei amorem, & in Ionam miam cõsidera, fugit ille, mittit Deus tempestatẽ, quæ eum reducat in Dei domum, & obsequium. Qñ fugit filius a domo patris, & pater post

cum mittit seruos, qui eum reducant in A domum, dilectionem in filium ostendit, Simile ac paterna uiscera, si uero cum relinquat nec reducere conet᷑, iratum iudicis ostendit aĩum. Aliquos pctõres relinquit Ds᷒, nec eos insequitur, illos plane, de quibus Psa.80 Ps. dimisi eos fm desideria cordis eorum ibunt in adinuentionib. suis. Quibus & loquit᷑, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum signum hoc iræ Dei est. A- Can.1. lios uero quærit dñs, vt Ionam, & in domum reducit tribulatione, & flagello, hi dilecti Deo filij sunt. De his Oseas, ua Oseę.2 dam, ait anima, post amatores meos, qui dant panes mihi, sed Deus misericors eã non relinquit sic ire, vnde ait, ecce ego sepiam uias tuas spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequere amatores suos, & non apprehẽdit eos, q̃ret eos, & nõ inueniet, & dicet uadam, & reuertar ad virum meũ priorem B quia bene erat mihi tunc magis, quam nunc. Oblitus cibi Iacob patris sui Isaac Ge.31. cum delitijs fruebatur in domo Laban, sed uidens eius immutatam faciem, ait uadam ad terram patrũ meorum, sic misericors Deus pon t in aĩa, cum ab eo recessit, mærorem, afflictionemq; & ei dicit illud prophetæ, uide, quia malum, & a- Hie. 2. marum est, reliquisse te dñm Deum tuũ Luc. 15 Sic egestate compulsus, ac labore reuer- 4. Re. 2 tetur prodigus in domum patris. Sic petenti Heliseo duplicem spiritum, ait Elias, si uideris me euntem, fiet tibi, quia cum anima uidet Deum a se recessisse, & C clamat, ac tristatur, spiritum recipit domini. Exorta tempestate, multa curant, qui in naui sunt, sed nihil omnia proficiunt, donec fugitiuus Ionas in mare detur. Tentatio tempestas est, hæc uerò ppetuo in hac uita durat, quia fugitiua sensualitatis in nobis manet, & fugitiuum pctm̃ est ꝙ dum in Ecclesia, & in anima durat, non quiescit tẽpestas, fugitiuũ uero pctm̃ est, qm̃ a Deo fugere facit, ut fugit Adã, nec aliquid proficiet, si clamans serenitatem domine, serenitatem mitte, si fugitiuum non proiicias a te. Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos, manus .n. uestræ sãguine plenæ sunt. Vis exaudiri? lauamini, mũdi estote,

A te,&c.& tunc uenite,& arguite me,mit te fugitiuum in mare, & serenitas conti nuo adierit.

Sed mirū illud ,pfecto est,ꝙ oīb. solicitis in illa tempestate solus Ionas, pp quē orta est,dormit. Sic in Ecclesiæ periculis pij solicitisūt,cū pp illos tēpestas exorta non sit,dicuntq. cū Iob; verebar oīa opera mea, sciens qa nō parceres delinquēti,impij uerò,q̄b. maximè timendū,nihil timēt,cū pp illos tēpestas exorta sit. Optime Seneca in epistola ait,hoc interesse inter animi, & corporis morbos, ꝙ corporis morbi, quo grauiores magis sentimus,aīę uerò,quo grauiores minus sentimus,qa impius cū in pfundū malorū uenerit contemnit. 1. Reg. 26. cū Saul insequeret Dauid, & sibi cōsulere deberet, ne in inimici manus ipse incideret,quē pleqbat,somno tñ quasi securus corripitur,& cū dormiētē inuenit Dauid.Sic Ionas dormiēs inuenit,sic,& tu dormis in vtramq. aurē securus.Cōrinuit Dauid Abisai,ne percuteret Saulē, & Deus continet dæmonem, ne te interimat,quod nisi fecisset,iā in inferno esses,cōsurge ergo,qui dormis, & exurge a mortuis. Venit Ionas in Niniue & prędicat. Niniue subuertet. En Dei prędicationē pctōri factā, ppe est interit⁹ tuus. Multis uerbis expostulat dns cū prophetis insipētib⁹, ꝙ diuersum pdicant pctōribus, væ prophetis insipientibus, eo qd deceperint populū meum, dicentes, pax, pax, sed nō est pax,& ipse ædificabat parietem, illi aūt liniebant eū luto absque paleis. Dic ad eos, qui liniunt absq. temperatura,ꝙ casurus sit,erit.n.imber inūdans,& dabo lapides pręgrandes de sup irruentes uētū ,pcellę dissipātē. Cōfortastis manus impij, ut nō reuerteret a uia sua mala. Sniam tulerat mortis Deus in Achab. & 440. prophetę dicebant ei uictorē eū euasurū. Si in pctōres,aliud tibi loqui nō possumus, quā ꝙ Niniue dictū est, Niniue subuertetur. Scio.n. qd iniquitatis eius finē dabit ei, ut de Niniue Thobias Pniam igit age eū Dei minas audieris. Sic Dei minis auditis pęnituere. Achab pęnituerunt Niniuitę,& a licitis se abstinent,qui illicita perpetrarūt: notat

Iob. 9.
Seneca
Pro. 18
1. Reg. 26.
B
Ezc. 13
C
3. Reg. 21.
Tho. 14
3. Reg. 21.

Chrys. verba illa Genes. 7. ingressus est Noe,& filij eius uxor ei⁹,& uxores filiorū eius, vbi diuidit scriptura uiros a fęminis, licet.n. uiri, & uxores essent, tpe pęnitentię separantur,a licitis.n. tibi abstinendum,si illicita perpetrasti,&c.

A
Chrys.
Gen. 7.

Feria Quinta, Post Dom. I. Quadrag.

Them. Miserere mei fili Dauid, filia mea male a dęmonio vexatur. Matt. 5.

PRoponitur nobis mulier gētilis,gloria, ac honor gentium, & confusio Israelis schola vniuersę ecclesię, ad quā omnes venire debemus ut ab eo discamus, quo Christum superare possimus. Pugnauit dęmon in Christum, ut superiore dominica uobis ostensum est, nec pręualuit, pugnat hodie Chananęa, & Christum superat, quia diuersis admodum armis pugnauit dęmon malitia, ac astutia,sed non est prudentia,nec sapientia contra dominum. Chananęa pugnat fide.oratione, perseuerantia, ac lachrymis. Et Christum superauit. Sic etiā Angelum,qui Dei personam agebat superauit Iacob,unde Oseas ait. In fortitudine sua directus est cum Angelo,& inualuit ad Angelum,& confortatus est, fleuit,& rogauit eum, oratione ergo ac fletu pugnauit,ac uicit. Nō superatur Deus scientia,aut potentia, sed fide, oratione, ac lachrymis. Nec alijs armis decertauit Maria, ut Deum superaret,& in terrā deijceret. Eisdem armis nos ad Deum,& Mariam accedamus,&c.

Hodie de Dei mia nobis agendū est, de qua scriptum est. Miserationes eius sup oīa opera eius. Quod si mia Dei quasi regina est inter diuina attrita, non mirum,qu d pr oliuam significatur, q̄ primatum tenet in oēs arbores. Qn ligna ierunt ut e igerent sibi regē,ut Iudicum refert historia, ad oliuā primum venerunt,ut in regē eā assumerent. Et merito,quia semper vxorem retinet, & oleū producit, quod misericordiam significat. Oliua,ex qua hoc oleum colligitur Christus Dominus est,qui ait in Psalm. Ego autem sicut oliua fructifere in domo

B
Oseæ 12.
C
Ps. 144
Iud. 9
Psa. 51

A mo Dei mei. De qua & Ieremias ait, Oliuam vberem, fructiferam, speciosam, vocauit dñs nomen tuũ, ex oliua facta sunt
3.Re.6 ostia templi. Et Christus, qui ait ego sũ,
Ioã.10. ostiũ, ostiũ est, per me, ait, si qui introierit, saluabit, mia ergo Dei saluos nos facit, qa s'm mĩam suã saluos nos fecit. Sicut ergo oliua vere, & hyeme uiridis est, ita in Christo est m a iustis, & pctorib', & hac in re magnificauit dñs mĩam suã.
Psa.35 Hinc psal. Hoies, & iumenta saluabis dñe, quemadmodũ multiplicasti mĩam tuã Deus, id est magnificasti mĩam tuam dum saluos facis, non solum iustos, sed peccatores, qui ut iumenta computruerunt in stercore suo, ut Magdalenam, adulteram, & Chananæam. Quicunque ergo sis, ò homo, siue iustus, siue peccator, inuenies in Chr̃o mĩam, & mĩam magnã. Mĩa est compassio, ac dolor de
B malis miserorum, ex quo sequitur desiderium subueniendi eis. Et diuina prouidentia factum est, ut hic dolor in nobis esset de alienis, malis, sic.n. fit, ut aliena miseria, quodammodo, mea sit, & inde est, ut ad eius remedium cõmoueas, vt meo dolori, ac compassioni subueniã. Duo ergo complectitur misericordia, cõpassionem de alienis incommodis, & subuentionem illorum. Primum quidẽ in Deo non est, sed secundum. Nec vero oportuit ut dolor, & compassio in Deo esset, vt in nobis, ut malis hominum succurreret, infinita enim illius bonitas, ac amor satis illum inclinant, ut nostris cõsulat bonis. Et ideo cum eum misericordiam appellat Dauid, ait, Misericors, &
Ps.110 amiserator, quasi dicat, misericors quidẽ est, non propter dolorem, aut compassionem, sed quia miserator, idest, operator
C miserationum, sine dolore autem ita propensus ad miserendum est, ut diues dicatur in misericordia, & diues in omnes, qui inuocant illum.
Eph.2.
Ro.10.

Sed ut diuinam explicemus mĩam, simulque intelligamus, quę nam sit illius magna mĩa, quam ille libenter impartitur, & nos præcipuè quærere debemus. Attendendum est, iram Dei in nos aliã esse paruam, aliam autem magnam. Et hinc procedit, ut alia sit in nobis miseria

A parua, alia magna. Ira Dei parua, quę cã est paruæ miseriæ, illa est, qua Deus infert mala temporalia, & ideo vniuersa tẽporalis miseria parua censenda est. De qua loquit' Sathan ad dñm. Extẽde paululũ manum tuã super eum nisi in faciẽ benedixerit tibi. Expẽdendum est illud paulum, quo significatur ira Dei parua, & miseria parua, si.n. multa illa miseria foret, nõ diceret, extende paululum. Id ipsum significat postea Iob dicens, miseremini mei, quia manus dñi tetigit me, non ait percussit, aut contriuit me, sed solum tetigit me. Miseria.n. tpalis adeo parua est, ut pp illã non dicat, Deũ ferire, ac vulnerare, sed paululũ manum extẽdere, & tangere. Alia est ira Dei magna, ex qua, nõ ut ex cã, tñ, ut ex permissione, sequitur miseria magna in homine. De qua ps. ait. Tu terribilis es, & qs resistet tibi? ex tũc ira tua. Et Iere. Et debellabo ego uos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & indignatione, & in ira grandi. Ex hac ira magna sequitur, ut ex permittente miseria magna in hoie, pctm, s. Illa sanè miseria sũma est, & qua maior non solum non est, uerum nec excogitari potest, de qua Sapiẽs ait. Iustitia eleuat gentem, miseros autẽ facit populos peccatum. Ex his demum colligitur aliam esse Dei mĩam paruam, aliam magnam, quæ.n. releuat miseriã paruã, parua mĩa est, q̃ magnam, magna censenda est. Audi Esaiã, qui explicat simul magnam miseriam, & magnam misericordiam. Attende de cęlo, & uide de habitaculo sancto tuo, & solio gloriæ tuæ, ubi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerũ tuorum, & miseratio nũ tuarũ super me continuerunt se. Tu enim pr̃ noster, & Abrahã nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Quare errare nos fecisti dñe de vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te? Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, nec inuocaretur nomen tuum super nos. Rectè Esaias ait, multitudinem miserationum Dei non esse concessam, cum induratum fuit hominum cor, ne Deum timeret, hæc.n. maxima miseria est, quæ dum nõ leuatur, magna
Iob. 1.
Iob. 19
B
Psa. 75
Ier. 21
Pro. 14
Es. 63.
C

mise-

A mia nõ cõceditur; Et hinc est, quod cum Dauid in multis fuit miseriis uitæ hui⁹, cum Saul eũ persequebat̃, cũ Absalõ ei⁹ aĩam querebat, cum Semel eum male di

Ps. 50. cebat, nõ a Deo petijt miam magnam. Cũ vero in pcti incidit miseriã, tunc vt magnæ miseriæ mederet̃, miam magnã

Ps. 85. a Deo postulauit, dicens, miserere mei Deus sm magnã miam tuã. Et cũ a pctõ se liberum uidit, dixit, Mia tua magna est super me, eruisti aĩam meã ex inferno inferiori, i. a culpa, q̃ deterior est ipso inferno, vel a damnatione æterna, quam per pctm̃ incurrerat. Mia magna ,ppria electorum est, mia parua ẽt reprobis cõceditur, Chananæa ergo miam q̃rit in Christo, oleum in oliua, & miam quęrit

B magnam, qd. n. quæreat fides magna nisi miam magnã: Iõ liberari a dęmone petit, nõ corpus solũ, uerum, & aĩam filiæ.

Sed dices forsan, quo pacto inueniam hanc miam in Christo? Certe hoc compertum tibi sit, q̃ Christus eodem nunc ingenio, ac natiua cond tione est, qua p̃ditus erat, cũ in terris cõuersatus est, Et ideo eodem pacto nunc cum illo negotiari oportet, ac tunc. Vt hoc ille significaret cum discipulis apparuisset suscitatus a mortuis, & illi territi, ac conturbati sunt accedit ipse, & ait quid turbasti estis? videte man⁹ meas, & pedes meos,

Ioã. 20 q a ego ipse, sum, palpate, & uidete. Et i huius rei cõfirmationem sedit, & manducauit cũ eis. q. d. Nouus gloriæ status non me mutauit in alterũ, eiusdẽ nũc in

Eph. 4. genij sum. Et iõ Paul. ait. Qui ascendit, ipse est, & qui descendit, i. idem ipse, nec dissimilis a seipso est in cęlo, & in terra,

C nec locus alter eum mutauit, vt pincernam Pharaonis, qui reb. succedentib. ,p

Ge. 40. spere oblitus est interpretis sui. Et huius rei rõ est manifesta, qa si natiuã conditionẽ mutasset, aliud nob. dedisset Euangeliũ. aliam rõnẽ, ac uitæ normam, vt cum eo ageremus. Cum ergo regulam aliam non tradiderit, ipsemet est nobis, qui fugit iis, cũ quib. cõuersatus fuit. Finge ergo nunc Christum uisibiliter in mundo conuersari, & sicut ad eum accederes, nõ accede: qa ad hoc nobiscũ est in Eucharistia vsq; ad sæculi cõsummationẽ.

Sed quia exemplar plurimum docet ĩ A oĩbus, opus est imitatione, & hac de cã proponitur: nobis hodie, mulier, q̃ ita ,pbe se cum Chr sto gessit, & negotium p̃fecit, vt eius artem Christus miratus dixerit, ô mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis, Enixe petebat Dalila ã Sãpsone, dic mihi, in quo sit maxima fortitudo tua, & quo ligatus fugere nequeas. Iud. 16

Sic, ẽt summe a nobis optãdum est: nosse; qua arte Deum ligare possimus: vt a nobis non fugiat, sed uniuersa obtineamus ab eo, quæ nobis necessaria sunt. Hanc ergo mulierem gẽtilẽ, attẽdamus.

(Secessit Iesus in partes Tyri, & Sidonis.) Tyrus afflictio: Sidon uenatio est. venit ergo Iesus in afflictionem: & venatione. Factus quidẽ in pace locus eius erat, & in afflictionẽ venit. Et in venatio B nẽ factus cerua matutina venationi obnoxia, in ps. 21. Vbi Xpi passio tradit̃, titulũ Hebręi i scribũt: ,p cerua matutina, qa sicut cerua solet a canib. discerpi, ita Iesus in passione sua a canib. circũdatus est, dicens ipse. Circundederunt me canes multi. Et impletũ est illud Hier. venatione cęperunt me quasi auẽ. Cũ ergo in locũ venationis venisset, procedit canis optimus Chananæa; quã canẽ Christus appellat, non ut discerpat, sed ut liberetur. Sicut. n. sol semper illuminat, & cũ ab hoc hemisphęrio discedit, aliud illuminat, ita Xp̃s a Iudæis recedens, gẽtes illuminat. Quis. n. hanc mulierem illuminauit, ac traxit nisi ipse. Vñ exeunt flumina reuertunt̃, ut iterũ fluãt. Sed in manifesto intrant flumina in mare, secreto uero exeunt. Sed ẽ conuerso nunc cũ Chananæa fit, qa publicẽ eã repellit à se, sed occulte trahit. Quia cum dixerit. Nemo uenit ad me, nisi pr̃, q misit me: traxerit eum: cũ Chananæa ueniat ad ipsum trahit̃ ,pculdubio, ipse ergo eam dimittebat, & trahebat Dalila Sãpsonem ligabat, ne fugeret: & monebat, vt fugeret. Sponsus aiebat sponsæ. Egredere, & abi. Et idem dicebat, reuertere: reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. Duo uerba dicit, ut illa discedat, egredere, & abi, & quater monet, vt reuertatur, non ergo uolebat:

Psa. 28

Thr. 3.

Eccl. 1

C Ioan. 6

Iud. 16

Can. 6.

A eam discedere, vis nosse, quod Chananęa trahebatur, & tenebatur a Christo? Attende quod Apostoli aiunt, dimitte eã ergo tenebat eam.

Sed quid illa ait? (Miserere me Dñe fili Dauid) Attende miram Chananeæ sapiẽtiam, quæ duobus uerbis oĩa complectitur, quæ de Christo dici possunt, dum eũ appellat Dñm, & filium Dauid. Plus edocta fuit Chananæa, quam sapientes illi, quos Xps confutauit illo argumento, quid uobis vr̃ de Christo, cuius filius est? illi respondent, Dauid. Et Xps quomodo ergo Dauid uocat eum Dñm dicens. Dixit dñs dño meo. Qũo ergo est filius, & Dñs? Nescierunt illi argm̃ dissoluere sed nouit Chananæa, magna fide prædicat, cum eũ dicit Dñm, & filium Dauid.

Mat. 22.

B Illi non intellexerũt in Christo duas naturas, iõ solũ putat eum filiũ Dauid, nesciunt tñ, qũo Dñs sit Dauidis. Hæc aũt duas naturas agnouit, & iõ eũ appellat Dñm & filium Dauid. Recte ergo erat. Cum esses Dñs oĩum, sola mĩa te fecit filium Dauid, cũ ergo propriũ tibi sit misereri, quia Deus, miserere mei. Deinde tanq̃ filius Dauid miserere mei, similis esto parenti tuo Dauid, decet. n. filios parentes imitari, Dauid aũt misericordia commendatur in scriptura, iõ dr̃. Mias Dauid fideles. Et ad Dauid conuenerũt oẽs, qui erant amaro aĩo, & oppressi ære alieno, & ĩ angustia cõstituti. Nũc ergo ego ĩ angustia cõstitutus uenio ad te, miserere mei. Et sicut Dauid cithara sua pellebat dęmonem a Saule, ita tu expelle a filia mea. (Filia mea male a Dño vexatur.) Putas vitiorum uiam dulcem, & iõ eam ingrederis, sed plane difficilis uia ẽ, & in ea male a dęmonio uexaberis. Primum, qa affectu cordis dominante, & rationem ab imperio deturbante miserrimus hõ reddit. Hoc in ænigmate Sapiẽs exprimit. dicens. Per tria mouetur terra, & quartum nõ põt sustinere, explicãs uero hoc quartũ, ait. Per ancillam, cum fuerit hæres dñæ suæ. i. per sensualitatẽ cũ in locum rationis ingrediens dominatur. Id aũt sustinere terra non potest, qa subsistere homo nõ potest, cum in eo tanta est deordinatio. Secundo, appetitu dominante, plures affectus excitantur rõni aduersi, & inter se pugnantes, & ideo miser homo pluribus dominus seruire cogitur. pluribus prædonibus, ac tyrannis. Et ideo sicut ciuitas in seditione beata esse neqt, ita nec homo appetitu turbatus. Hinc Iacob. Vnde bella, & lites in uobis nisi ex concupiscentijs uestris, quæ militant in membris uestris Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest sed uariis agitatur undis. Tertiò malè vexatur peccator, quia modum appetitui non constituit, & ideo fame, & siti uexatur, & similis est homini pauperi, qui plures habet famelicos filios, panem petentes, cum ipse pane careat. An non miserè torquebitur homo, qui uult plura desiderare, nec illa adipisci põt? Sed qua rõne uia uirtutis difficilis apparet? Nõ certè, q difficilis sit, sed quod insueta. Hinc Plutar. Sicut qui diu in tenebris fuit molestè est, ad lucẽ uenire, ita qui in caligine uitiorum fuit, molestum ducit ad uirtutis lucẽ accedere. Sed sicut cum paululũ ĩ luce stetit, reiecta illa molestia, multo magis lumine delectatur, quam tenebris, sic ei accidit, qui a uitijs ad uirtutem se contulit. Alia ẽt cã est, q uitium falsa voluptatis specie decipit, cũ intus lateat hamus amaritudinis, sicut accidit febricitanti, q potu aquę sumpto letatur. Sed citoc ruditas noxij humoris eũ amplius uexat, ita initio uitij voluptas est, sed hamus latet, & amaritudo, vt iure dicatur, uide q a malũ, & amarũ est, reliquisse te Dñm Deum tuum. Non solum malum, sed, & amarũ. Seneca ait, sunt qdã vlcera, quę nocitura man⁹ appetũt, & tactu gaudent. quo lædunt. Sic vlcerata mens cupiditate eo delectat, q postea dolorem maximum incutit. Sed qd Dñs rñdet? (Non rñdit ei uerbũ.) Peccatori rñdet, cum differt ultiones adhibere. Hinc Es. Non es recordata mei, nec cogitasti ĩ corde tuo, qa ego tacens, & quasi non vidẽs & mei oblita es. Cum sic tacet Deus, postea durius loqtur, iuxta illud Esa. Tacui, semper silui, ut parturiens loquar. Attendens vero Dauid hoc Dñi silentium eo tẽdere, ut grauius puniat, orat Deũ, ne taceat, dicens Domine, ne sileas a me, ne quan-

Margin notes: 1. Reg. 22. — C — Pro. 30 — Esa. 56 — Plutar. — Iere. 2. — Seneca — Simile — Esa. 56 — Esa. 4.

A qñ taceas a me, & assimilabor descendétib. in lacum. Sic cum Dauid non tacuit, sed hic cito eum flagellauit. Et id ipsum
Ps. 88. promisit, cũ filijs eius acturum. Visitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberi-
Mach. bus pctã eorũ. Et in li. Mach. dr. Statim ultiones adhibere, magnæ miæ indiciũ est. Cũ iustis aũt tacet, ut eos probet, ac humiliet, quasi aquã in ignẽ conijcis, ut ignis amplius exardescat. Robustiores
Acto 9 .n. in maiorib. discriminib. probat. Hinc de vase electionis dicit. Ego ostendam illi, quãta eum oporteat pro noĩe meo pati. Et uir bellicosus, & robustus Dauid ait. Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas, & mala. Ideo donec S pũs sctũs uenit: nõ permisit ut Apo. persecutiones sustinerem, nec aliquid eis deesset, quia
B infirmiores erant, sed eo superueniente, multa sũt passi. Cum ergo fidem magnã nosset, q̃ in Chananæa posuerat, eã probat, ac dure tractat, quia nouit vires esse, q̃ onus portarent. Si ergo in magnis nõ probaris, crede, infirmum, ac debilem te esse. Sed qñ negare nesciuit, ꝙ postulat? Certè cum Chananæa dixit. (Etiã dñe,
Mat. 7. nam & catelli, &c.) Tũc ait Marcus, Resp. Propter hunc sermonem vade, exijt
Ecc. 35 dæmonium a filia tua. Voci humilitatis cecidit statim diuina mĩa. Quia oratio humiliantis se, penetrabit nubes. Et hu-
Iud. 9. milium, & abiectorum semper tibi placuit deprecatio. Mira humilitatis potentia, quę Deum superat. Minima res exposuit Deus fortissimis, ac robustissimis, vt
C illis cederent, mustellæ cecidit Elephas, gallo, & muti Leo, Deus omnipotẽs humilitati. Veræ.n. magnitudinis est, in superbos erigi, humilibus inclinari. Clauis sane est, quæ Dei thesauros aperit, & eã inuenit Chananęa, clauis hæc humilitas est cognitio Dei, ac sui ipsius. Cum te agnoscis canẽ esse, indignũ Dei, & mĩa, te despicis, Deumq; exaltas, clauem inuenisti omnium thesaurorum Dei. Tũc ac-
Esai. 1. cedere poteris ad Deũ, venite, & arguite me, dicit dominus. Audi Christum, quid Chananææ respondeat. (O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis.) Fides certe Chananęæ magna fuit quæ & dominus miratur, & cum fidem in ea magnam esse dicit, simul ostendit, reliquas A virtutes in ea maximas fuisse. Et huius rõ est, quia iustus ex fide uiuit, ut Paulus
Ro. 1. ait, quia fides est radix, ac fundamẽtum totius spiritualis ædificij: & quasi manet omnium uirtutum. Hinc Sapiens. Nosse.n. te, consummata iustitia est, & scire
Sa. 15. te iustitiam, & uirtutem tuam, radix est immortalitatis. Inter alia diuina mysteria, quæ Zac. vidit, unum est. Vidi, & ec-
Zach. 4 ce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernę eius super illud. Vidit ergo vnum candelabrum, ex quo septem hastilia ꝓcedebant, in quibus septem erãt lucernæ.
D.Th. D. Tho. in c. 1. Apo. ait cã cãdelabrum illud fidem esse, ex qua reliquæ virtutes procedunt tanquã hastilia diuersa continentia lãpadas septem. Attendamus er-
B go Chananæã, & illius magnam fidem, & uidebimus ex illa processisse mirabiles uirtutes tãquã lucernas, vt nos eis illuminemur. Primum ex magna illius fide processit spes maxima, qua confidit in Xpo, ac sperauit misericordiam consecuturã: licet ethnica esset origine, licet filia Cham maledicta in parente, licet canis esset, sperauit panem se accepturã Xpo. Mirabile planè spes, mirabilisque nobis lucerna, qua illuminamur, ut sp in Xpo speremus, si ad eum accedere uelimus, licet longe simus, licet ad cardines cęli dissipati. Hinc Esa. Quis ambulat in tene-
Esa. 50 bris, & non est lumen ei, speret in noĩe domini, & innitatur super Deum suum. Si ambulasti in tenebris, & in umbra
C mortis, attende lumen fidei: quod te docet in Christo esse miæ thesaurum, innitere super Deo tuo, sicut Chananæa. Sed alteram lucernam inspiciamus ab hac magna fide procedentem, charitatem. s. Enituit in Chananæa dilectio ꝓximi, dum tanto labore salutem quæsiuit filiæ, a finibus egressæ, & ad Christum clamans. Et hæc uera parentum dilectio in filios est, si curam gerant animarum ipsorum, & nullum non lapidem moueant, ut Dæmon eis non dominetur. Etiam Ethnicus Aristo. 8. Eth.
Aristo. ca. 11. ait parentes debere, non solum filios nutrire: sicut aues: & animalia

A faciunt: sed et eos instituere bonis moribus ut studiose viuant. Et fides Chriana exigit, ut pater doceat filios Deũ timere, & a peccato discedere. Sic Tho. præstiti, qui filium timere Deum docuit, Caue, ait, ne quando prætermittas præcepta eius. Et Psal. aiebat venite filij, audite me, timorẽ dñi docebo vos. Mirum profecto est, quanta cura, ac solicitudine assistunt parentes filijs cũ corpore infirmãtur, quam verò negligẽtes sint, cum a dæmone in aĩa possidentur. De Respha cõcubina Saulis scriptũ est, q cũ duo eius filij ex Saul suscepti suspensi essent, pp pctã Saulis, & ipsorũ et pctm, q patrem fuerant imitati, ut Glo. ait, Tollens Respha ciliciũ substrauit sibi sup petrã, nec dimisit aues eos lacerare per diẽ, neq; bestias per noctẽ ab initio messis, donec stillarent aquæ super eos de cœlo. Non curauit Respha filiorũ pctã in uita, nec eos instituit studiose, curat vero eorũ corpora, ne lacerant ab auib. Resphã nunc plures imitantur, qui nimia cura inuigilãt circa filiorũ corpora, & ea, quæ corpori cõueniunt, aĩas aũt non curãt. Cauẽt nimiũ, si sciunt filij parari ab inimico necem, cũ vero sciant, Deum hostẽ filiorũ esse, nõ curant. Si ægritudine uexantur, eis assistunt, & nec a muschis molestari permittunt, ac cũ in aĩo laborãt, & a dæmonib. discerpuntur eorũ aĩæ, nil curant. Maxima Chananeæ fides efficit, ut aĩam filiæ liberare cõtendat, minima horũ fides in cã est, ut solũ ea, quæ uident, attẽdãt. Audi corã Iob, offerebat sacrificia per singulos filios dicẽs, ne forte peccauerunt filij mei, & benedixerint Deo ĩ cordib. suis. In quæ verba Origenes ait, ò sinceritas patris, ò dilectio parentis, ò amor genitoris, non tm̃ pro corpe solicitus erat, sed plus de aĩa cogitabat. Dic ò Beate Iob, quomodo permitteres, ut aliquid mali in filiorum verbis, aut operi excideret, qui pro occultis, & abditis cordis solicitus eras? Sed plerisq; hominum hæc reminiscuntur, cum tamen omnia, quæ filij delinquunt, parentib. imputanda sint. Hęc Orig. Noli, ut Respha solum corpus curare, sed potius filiorum animas attẽde, si uirtutibus incumbunt, si aliquid sit,

Margin (left): Tob. 1 · Ps. 33. · 2. Reg. 21. · B · Iob 1. · C · Orig.

quod eas a Deo auocet, si aliquo inquinantur peccato. Ex eadem magna fide, processit in Chananæa eximia fortitudo, quia ut dicit Ps. 1. Oculi domini contemplantur iustos, & fortitudinem præbent his, qui perfecto corde credũt in eũ. En tertia lampas Chananææ. Cuius tanta fortitudo fuit, ut arma oratione superauerit, homo hoĩes, & eorum exercitus, vt Iudas Mac. non mare, & Aegyptios, vt Moyses, non aerem, ut Elias, nec ignẽ, vt Pueri Babylonis, nec cœlum, vt Iosue, illud tenens, sed ipsum Deum, cum quo luctata est, uelut Iacob, & in fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum. Fortis profecto oratio fidei est, quæ Deum superat, & in hominis inclinat voluntatem. Quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum, vt Ps. ait.

Quæ verba exponens Saluianus contra gentes, ait non tm̃ Dei audientia, sed obedientia quædam declaratur, quia diuina bonitas mĩa sua magna quasi subijcitur nostris orationibus, nõ solum audit, sed obedit. Hinc Ps. dilexi qm̃ exaudiet dñs uocẽ orationis meę, quia inclinauit aurem suam mihi. Quasi dicat, dilexit exauditionem domini, mihique gratissima est, quia semper me exaudit, & inclinauit aurem suam, quod seruorum, & obedentium est. Alludit Psaltes ad legẽ serui, cuius auris perforabatur in signũ, quod seruus erat sempiternus, ita enim Deus inclinat aurem suam nobis, ut eam perforemus, ipseque maneat nobis: quasi seruus sempiternus, ut nostras votis satisfaciat. Mirabilis plane fortitudo orationis, quę a magna fide procedit, quia Dei fortitudinem induit, Deus Dominus fortitudo mea, fiducialiter agam, & non timebo. In Deuteronomio dicitur. Cum in agro quispiam violat virginem, vel desponsatam, ipsa nulli pœnæ subiacet, quia in agro erat, vbi nullus ei adiutor, si uero in ciuitate id scelus fuerit perpetratum, lapidatur puella, quia non clamauit, ut eriperetur, cum esset in ciuitate.

Certe animæ nostrę sponsę sunt Christi, despõdi vos vni viro, virginem castam

Margin (right): A · 1. Pa. 1 · Ps. 33. · B · Salu. 1 · Ps. 118 · Da. 15. · C · Ps. 17. · De. 22.

A castam exhibere Christo. Cum ergo a dæmonio impeteris clama, in ciuitate, 1.Co.11 in Ecclesia, vbi, clamanti, & oranti aderit Christus, nullus ergo excusationi locus tibi relinquitur, cum oratio concessa fuit, quæ fortissima est, quia adhibita nō solum Demones, sed, & Deum uincere possis. Si in agro esses, vbi clamans non exaudireris, excusationi locus esset. At nunc nulla relicta excusatio est, clama ad Deum, & ad sanctos cum Chananęa & exaudieris, qui non clamat, consentire videtur, qui non orat, ipse se subijcit peccato uoluntarie.

Ex eadem magna fide processit lampas alia humilitatis eximiæ, ac mansue- B tudinis, sustinuit enim, quod Christus ei non respondeat, quod eam dicat non esse de quibus Israel, quod eam dicat ca- Act.28 nem Vbi nunc leges mundi sunt, docen Eccl.10 tes, non sustinendum verbum asperum? Ecce lampadem Chananæum aduersus mundi tenebras, Paulus percussus a uipera, nec læsus, Deus a barbaris reputatur vipera mordens in silentio detractor Sap.16 est, ut ait Sapiens, sed filios tuos neque venenatorum uicerunt dentes, cum humilitate, ac mansuetudine uniuersa sustinent, vt Paulus fecit, qui veneno est infectus, id autem adeo est magnum, vt Deus a barbaris dicatur. Lampas etiam perseuerantiæ in Chananeæ fuit maxima. &c.

Feria sexta post Dominicam Primam Quadragesimæ.

Them. Est autem Hierosolymis probatica piscina, &c. Ioan. 5.

C DVo hodie miracula in Euangelio nobis proponuntur, alterum antiquæ legis, nouæ uero alterum, illud piscina hoc Christus Dominus operatus est. Promisit Deus, patrem se futurum seminis Abrahæ, eiusque posteritatem funiculum ipsius esse dixit, pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius, promisitque se in medio eorum futurū, ut ergo se illi populo præsentem ostenderet, varijs signis, & prodigiis illud manifestauit, quæ cum diuina A opera essent, plane ostendebant, Deum Deu.31 eis adesse, ut merito dici posset quod Deut.7 Moyses ait, non est alia natio tam gran- Deut.4 dis, quæ Deos habeat ita appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Sic Israeli adfuit in deserto uiam agenti innumeris mirabilibus, & deinde per prophetas signa dedit, quibus illi populo suam declarauit præsentiam, quibus cessantibus in hanc piscinam Angelum destinauit, qui miraculo Deum præsentem testatur Israeli.

Recessit Deus a Synagoga, & opera omnia diuina cessauerunt, & in Ecclesiam translata sunt, in quam Dominus diuertit, & in qua commoratur, & sic in B Ecclesia inumera patrata miracula sūt. quibus, Deus ostēndit, se ei adesse. Sicut uero alia mirabilia, ita, & piscinæ miraculum in Ecclesiam translatum est. Sed q̄, in qs piscina. Ecclię est? Certe Baptismus piscina est, in qua omnis animæ infirmitas curatur. Misericordia diuina cum iustitia quasi contendit, & gressus illius considerat, inde mīa bona hominibus dicit, vnde iustitia supplicia, in- Gen.3. de curationes, ac medelas, vnde vulnera, arbore homo perditus est, & in arbore punitus, arbore liberandus homo est, Nu.21 serpentibus diuina iustitia ultiones adhibet, serpente medicina paratur, a diuina Gen.6. misericordia, aquis iustitia mundum suffocauit, & puniuit, & aqua diuina misericordia vtitur in piscina vt ægros saluti restituat, & aqua in Baptismo, vt peccata deleat. Piscina nostra Baptismus est ibi gratia, ac sanitate donati sumus, ibi omni ornati gratia, inde eximus similes C columbis, quæ lacte sunt lotæ, ibi regenerati in Dei filios.

Sed heu fere omnes iterum iniquitati, infirmitatiq; sumus, alia indigemus piscina, secunda tabula, penitentia, scilicet en piscinam, qua nunc mundamur, & infirmi sanamur. Mirum hoc profecto, insigne diuinę misericordiæ est, vt sicut in piscina illa sanabitur, qui in eam descendisset, sed a quacunque detineretur infirmitate, etiam desperata, ita in peni-

A tentiæ sacramento sanatur peccator, etiã si innumeris, & grauissimis peccatis teneatur, etiam si peccauerit super numerum arenæ maris, lex Dei inuiolabilis, perperpetuoq; seruata illa est, quam Ps. ait, loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, in illos etiam, qui cõuertuntur ad cor tanta est diuina miseri cordia, ut ab hominum malitia uinci nõ possit, & huius rei exempla plura Deus præstitit, in Achab pessimo, in Manasse perditissimo, in Magdalena, latrone, & similibus. Licet. n. plura comminatus illis esset mala, sed statim cum ipsi conuersi sunt, conuersus ad Deus est, & in eos latam sententiam summa facilitate mutauit, ac si mutabilis, imo, ac leuis esset. De hac diuina lege loquitur Ps. hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me Nouitiani diuinam ignorantes bonitatem, ac misericordiam, hanc piscinam pęnitentię tollebant, dicentes, delinquentibus post Baptismum non esse reliquum remedium.

Ps. 48.

Ps. 118

B

Ambr. Contra quos D. Amb. in lib. de pęnitentia, ait, insanos illos esse, q adeo Dei misericordiam angustabant, ut secundã pęnitentiam negarent, uos planè diuinæ bonitatis naturam penitus ignorasse ait si. n. inquit, in alterutram partem declinã dum esse, minus peccassent, si Deum omnia ignoscere, quam, si nihil post primã pęnitentiam ignoscere, prædicassent, & vere ingens hæc Dei misericordia est, quam his verbis Tertullianus, commendat, in illud Apocalypsis 2. age pęnitentiam. Inauditum misericordiæ genus est quod cum summo Dominus iura miseri cordiam, iure veniam negare posset, nõ modo non negat sed ipse etiam & uelit, & roget, & minetur nisi ad illum reuertaris, tant. salutis nostræ amore tenetur deniq; tam pater nemo, tã pius nemo. Qualis obsecro, lex illa regis esset, qua statueretur, ut omnis malefactor absolueretur, etiam si millies in crimen læsæ maiestatis lapsus esset, dum illud confiteretur do ens? immensam redoleret misericordia lex ista, Hinc Ioel tot uerbis hãnc diuinam misericordiã amplificat, conuertimini ad Dominum Deum. ve-

Ter Apoc. 2

C

Ioel 2.

strum, quoniam benignus, & misericors est patiens, & multæ misericordiæ, & pstabilis super malitia.

A

Sed dubitari potest, cur Angelis nulla pęnitentia concesse sit, homini vero Baptismus semel, & pęnitentia septuagies septies iterabilis. Prior huius rei ratio diuina uoluntas est, cum. n. pro sua voluntate pęnitentiam concedat, cui uult misere tur, & quem vult indurat, quia etiam ratione inter homines in hac re diuersitas est, dum hũc magis expectat, pluries pęnitentia vti concedit, alij vero secus. Sed vt hæc misericordia homini impendatur, nõ Angelo, aliqualẽ rationem, ac conuenientiam Iob allegat, dicens, memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerẽ reduces me, nunquid fortitudo lapidis fortitudo mea est? quasi dicat, non est in me Angeli fortitudo, qui lapis ignitus ab Ezechiel dr. Et addit Iob, licet hæc celes in corde tuo, tamẽ scio, quia vniuersorum memineris, quasi dicat, licet nunc me punias, quasi oblitus puluerẽ me esse, scio, quod huius memores. Eandẽ diuinæ in homines misericordiæ rationem Ps. ostendit, dicẽs, sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus omnis timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est quoniam puluis sumus homo, sicut fęnũ dies eius, quasi dicat, sicut pater multa filio condonat, in eum sæpe misericordia utitur, & citra condignum punit, sic nobiscum se Deus habet, quoniam cognouit nos puluerem esse, similes fęno, & flori, qui uento decidit, infirmitas ergo, ac debilitas hominis Dei misericordiam mouet, & hominis peccatũ excusat. Eadem ratione utitur Psal. 77. ipse autem est misericors, & propitius erit peccatis eorum, & nõ disperdet, eos, & abundauit, ut auerteret iram suam & non accendit oẽm iram suã, & recordatus est, qa caro sũt, spũs vadẽs, & non rediens, quasi dicat, remisit multum de ira sua, attẽdens, ꝙ non essent spũs puri, vt Aug. sed spũs, & caro obnoxia multis miserijs, & spũs infirmus; vadens: & nõ rediens, qui. s. à bono recedere nouit, nec redire, hoc Deus attendẽs, sępe irã cohibuit

Iob 10

B

Eze. 28

Ps. 102

Psa. 77

C

A buit suam. Hac rône die cineris pximè elapso, sicut hoïem in pnïam Ecclesia cõmouit, dicens: memento hõ, qa puluis es, ita: & Deum in mïam flectere voluit ostendens ei hoïem puluerem esse, qui facile vento raptatur. His verò T. Tho. ad dit Augusti. natura sua, sicut intelligibilem, & ita immobilem esse tum alicui adhæres, ut inde discedere nequeat, atque adeo pœnitentiam cum eius natura pugnare ac homo discursiuus cũ sit facile mutari potest, & ideo eius naturæ pœnitentia conuenit, q̃ piscina est, in qua lauetur saneturque. Sed excedit piscina nostra antiquam in immensum, illa una erat in Hierusalem, & corpus sanabat unitus duntaxat, & hoc non semper, sed

D.Th.

B aliquando cum mouebatur, & turbata esset ab Angelo, sed pœnitentia animam sanat, aliquando corpus, & vbique sacramentum hoc tibi ad manum est, & vniuersos sanat, & semper, ac continuo, & mota ab homine, qui tibi similis peccator est, qui sciat compati, & condolere peccatori, quia & ipse peccator est, quod signum est diuinæ clementiæ in nos. Similis nunc esset inter hanc ciuitatem, & regem, rexque diceret, sententiam proferat in hac lite Senatus ciuitatis: diceretur regi, si senatui illam committis, manifestè sententiam proferet pro ciuitate sua: hoc ego volo rex ait. An non summa Dei misericordia

C iudicio hominis: peccatoris relinquere sententiam de peccatis ferendam? manifestè ostendit, desiderare se pro hominibus sententiam ferri. Sed quomodo salus paralytico concessa sit, uideamus, hinc enim discemus, qua arte atque ra-

Simile tione nobis sit concedenda. (Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hieron.) Dies festos eximijs operibus Christus dominus signare uoluit, ut edoceremur, nos præcipuis operibus his diebus intendere, sic in die festo hunc uoluit paralyticum sanare. Sed qua ratione hunc diem festum appellat Iudæorum? Orig. hom. in Nume. ait alia festa Dei sunt, quæ ipse sua dicit, sabbatha, mea custodire alia uero hominum festa dicun-

Orig. tur, quæ Dei festa sunt, illi grata, quæ

A vero hominum ingrata prorsus, & molesta. Hinc Esa. 1. cal. vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facti sunt mihi molesta. Et Malach. 2. dispergam super vultus uestros stercus solennitatum vestrarum. Cum enim festos dies Deus instituerit, ut in ipsis Deo fideles vacarent, cum id opere impletur, festus dies Dei est, quia Deo dies ille tribuitur: si uero non Deo, sed carni: & uanitati in eo die vacas, dies festus tuus est, non Dei. Ideo festus dies Iudæorum dicitur, & cal. vestras. &c. Impij vero illud effecerunt, quod in Psalm. dicitur: quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra. Vere diem Dei festum à terra tollit, qui in eo utitur in peccatum cum Deus illum in sui honorem instituerit. Et hoc docet Hier. dicens, viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius, an non derideat dæmon festa nostra, in quibus ludis comessationibus, & impudicitijs vacamus, non Deo? Multi sunt hodie similes insciis Israelitis, qui putabant in die sabbathi pugnandum non esse tum inimicis, vt scribitur 1. Machab. lib. qua ratione plures mortui sunt. Sic nunc plures fideles putant: in die festo cum vitijs pugnandum non esse, & misere pereunt, ideo ait, erat dies festus Iudæorum. (Est autem Hier. probatica piscina, &c. Hier. de locis hebraicis sic ait. Bethseda piscina in Hierusalem, quæ interpretari põt a nobis pecualis, hæc quondam porticus habuit, ostenduntur que gemini lacus, quorum vnus hybernis pluuijs adimpleri solet, alter mirum in modum rubens quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur, nam hostias in eo lauari a sacerdotibus solitas ferunt: vnde nomen accepit. Hæc ille. Hanc piscinam exstruxit Salomon: quæ Iosephus in descriptione Her. vocat stagnum Salomonis: & licet aliæ essent piscinæ in Hierusalem de quibus scriptura meminit: sed hanc Deus miraculo nobilitauit in commendationem legalium sacrificiorum, & ut fidem astrueret sacramento Baptismi, & pœnitentię, vt ait Theophilact. quorum erat figura. V cum dixeris, vnde tanta virtus,

Esa. 1.
Mal. 2.
Ps. 33.
B
1. Mac.
Hiero.
C
Ioseph
Theo.

A aquæ,ut corpus tangat,& cor abluat? di cerem9, ficut vis diuina illi piscinæ assi stebat ad salutem corporũ,ita eadem vis Baptismo assistit ad aiæ salutem. Sicut a sãguine sacrificiorum illa vim habebat, ita Baptismus a Christi sanguine,in illa laudantur hostiæ aialium in Baptisma
fideles,de quibus dr̃, vt exhibeamus cor
Ro. 2. corpora nostra hostiam viuam, Deo placentem. Erat iuxta piscinam Xenodochium,quinque porticus habens, in quibus iacebat multitudo languentium,cęcorũ claudorũ aridorũ. Sicut piscina pęnitẽtiã significat,sic hi infirmi,qui ab Euangel.ibi esse dñr, significant tria genera pctõrum. Cęci significãt eos qui ignorantia peccant,claudi,qui infirmitate,&
B sensualitate ducente, aridi, qui malitia: ignorans peccas,qñ tenebaris aliquid scire,ꝙ nescis,& quia nescis,peccatum admittis,ꝙ non admitteres,si scivisses, qd' si dicas,nesciui ego,audi,es,tenebaris,scire,tenet̃ fidelis scire omnia diuina mandata,& Eccl.& super, quæ sui muneris, & officij sunt, ꝙ si ea ignores a peccato non excusaris,ꝙ perpetras nesciens,quia
1.Cor. scire tenebaris. Hinc Pau. si quis ãt igno
14. rat,ignorabitur. Quid est ignorabitur, certè ignorari est, audire verbũ illud asperum,a quo se liberari Psal.orat,quod
Ps. 90. Ma.25 Christus expressit dicẽs,nescio uos. Hoc durissimum verbum audiet,qui ignorauerit ea,quæ scire tenetur, ignorabit' ego à Deo ille,qui Deum ignorauerit. Hinc
1.Cor. 15. 1.Cor. 15.euigilate iusti, & nolite peccare,ignorantiam.n. Dei qdam hñt,ad reuerentiam vobis dico. i.ad cõfusionem,
C & verecundiã vr̃am, ꝙ cum vos sapientes putetis quidã Deũ ignoret. Sũmis verbis a nobis petit dñs legis suæ scientiam Deu.6.eruntq; verba hæc,quæ ego pręcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis,& meditaberis sedens in domo tua,& ambulans in itinere,dormiẽs, atq; cõsurgens,& ligabis ea, quasi signũ in manu tua eruntq;, & mouebuntur inter oculos tuos scribesq; ea in limine, & ostijs domus tuæ. Quid non exigetur ab eo, qui in igne gratiæ versatur si hæc in veteri exigebantur. Qui legẽ Dei ignorat,cęcus est,tantundẽ.n.est non uidere,

& non scire. Alij peccant ex infirmitate, A
ac fragilitate, qui.i.,sensualitate abstracti,& illecti peccant,hi per claudos signi
ficantur. Aię pedes affectus sunt vt Aug. Augu.
ait quibus illa mouetur,duplex verò affectus in hoĩe est, seu appetitus, intellectus,& sensitiuus,sicut ergo in corporeis claudicatio prouenit ex alterius pedis debili gressu pp quem hõ inordinate incedit, ita cum debilis, ac infirma sensualitas est,& post se hoĩem trahit, ex sensualitatis inordinato gressu homo claudus
dicitur. Hos claudos sic admonet Paul. He. 12
ppꝙ remissas manus,& soluta genua erigite,& gressus rectos facite pedibus vestris,ut non claudicans quis erret. Ne ergo claudus efficiaris,continenda est a sõ
ne sensualitatis,& quæ dicitur bono sen B
sibili apparenti, contineatur æternis bonis ei a rõne ostensis,ne ergo patiaris seruum dominabit, & conculca re te, Audi
vel rationem naturalẽ in dicentem,quod Seneca
Seneca,ad maiora natus sum, quæ ut ap
petitui seruiam,& quod symbolo suo Pi Pitha.
thag.docuit,imaginem, ait,Dei ne afferas in annulo,i.animam corporis uolup
tatibus ne alliges,ut Hier. explicat. Alij Hiero.
malitia peccant,& horũ peccata grauiora sunt,& magis uoluntaria,nam ignorantia,& passio auferũt aliquid ex uolũtario,qui malitia peccant, omni uoluntate peccant,iõ hi per aridos significant'. Sicut.n.membrum aridum oĩ uita,ac sẽ su caret, ita hi nullum fere uitæ signum hñt,nullo freno scientiæ detinentur, vñ effrenib.equis similes sunt,quorum figu
ra extitit Balaam,de quo dr̃ Nu. 24. qui C
cadens apertos hẽt oculos, natura ad id impellente cum cadimus oculos claudimus,ut eos seruemus, sed ex malitia peccans cadit, & apertos oculos habet. Hi omnes infirmi iuxta piscinam sunt,sanari pñt expectent aquę motum, quia pñia donum Dei est,& nisi Deus cor conturbet,pęnitentia nõ sonat. Sic Esau lachrymę,& Antiochi eis non profuerunt,nec inuenerunt locum pęnitentiæ, quamuis cum lachrymis requisierint illam,hi piscinam intrauerunt, sed quam Augusti. non turbauerat, quando verò Deus cor pœnitentia mouet, tunc fluit spiritus
eius,

A eius,& fluent aquæ,ô dñe qñ hãc piscinã turbas,quãta in corde turbatio, est,ab imo pectore suspiria ,pdeũt,ipleq; illud ps.conuerte dñe captiuitatẽ nfam, sicut
Ps.125 torrẽs i austro,auster.n.ab ĩfimis arenis & ab imo mare turbat, ita Spũs sancti flatus pctõris. Qua in re multi decipiun tur dicẽtes,nũc pctĩs me tradã, postea cũ mihi libuerit,ad Deũ cõuertar, nõ atten dis miser,hoc opus potius grãæ esse,q̃ arbitrij tui,licet ẽt illud concurrat,& forte qñ tu postea volueris, nõ aderit tibi speciale auxiliũ licet adsit gñale,non aderit tibi superabundans sed necessarium, & licet tunc couerti possis,si nimium coneris,nõ tñ id efficies. Audi quid p prophetã loquat Deus, plui sup vnã ciuitatẽ,& super alterã ciuitatẽ nõ plui,pars una cõ
Amo.4 pluta est, & pars altera, sup q̃ non plui, aruit. Pluit nũc dñs sup hũc paraliticum
B & sanatus est,si sup te nõ pluit, arefces, & in ignẽ miteris,nũc te Deus uocat accede ad piscina,forsan cũ volueris accedere,non mouebit aqua speciali auxilio, & uoluntas tua inefficax erit,contigetq;
Nu.14 tibi q Israel,qui noluit pugnare cũ Philistæis qñ Deus voluit,& illos adiuuabat, postea ipsi uoluerũt,& Deus noluit,& q in pliũ descenderunt pierunt. Vane aliq fidunt,ac conuersionẽ differunt,dicẽtes, latroni, & aliis sera pñia profuit, & eis Deus affuit aderit,& mihi. Quæ paucis priuilegio donata sunt,sibi certo donan-
C da credunt,decipiunturq; ad eũ modum que Aegyptii, qui uidentes Israel mare sicco uestigio transire Dei singulari mi-
Ex.14. raculo,ipsi credunt simili miraculo Deũ affuturum,& mare ingrediuntur,& pereunt,descendentes in profundum ut lapis. Qui ergo certus non es Deum tibi affuturũ singulari,ac speciali auxilio, nũc eo utere ne pereas. Veniens ergo Xps in Ierusalem in die festo,in piscinã,& eius porticus diuertit,qui iuxta templum erãt quia,qui gloriã patris primũ q̃rit,hc ium ẽt commoda,ac utilitatẽ curat,prope tẽplũ xenodochium est, & prope Dei gl'iã proximi cõmodum,sunt hi duo poli,sup quos machina uitæ Xpiana uoluit. Hæc sunt precationes,ac,ut ita dicam, stationes,qua deambulare teneris,a templo in xenodochium a Deo in proximum operib.miæ in die festo tibi intendendũ est, exemplo Xpi,qui in die festo in xenodo
Simile chiũ uenit. Similis esto matri,q̃ duos dilectissimos in filios in lecto discumbẽtes habẽs,ab uno in alium discurrit, & uellet in duo diuidi,ut sp cuiq; adesset,si hũc corpore relinquit,ut alium uisitet, cum hoc cor relinquit iã huic cibũ dat, iam il
Ge.32. li potum,iã hunc visitet,iam illũ. Sic tibi agẽdum est,Deus tibi dilectissimus in tẽplo est,& in paupere,a Deo ergo, qui in templo est,ad Deum,qui in paupere est, ueni. Intuere Iacob inter Deum, & fratrem,iam cum Deo luctatur, iam fratrẽ
Simile adit,adorat,munera mittit,& plura fratri exhibere uĩ,quam Deo,quia ait, sic vi
B di faciem tuam, quasi uiderem uultum Dei,tibi exhibeo,quæ Deo meo exhiberem si indigeret, fratrem placans, Deum placo, quia ille non placatur, nisi fratre placato. Vt accipiter ardeam capiat,non recto itinere eam inuadit,sed iam in hãc iam in illam partem euolans tandẽ in eã irruit. Ita in Deum oĩno recta, & una via tendere nõ potes,diuersæ uiæ tibi arripiendæ sunt, iã in xenodochium ueni, iam in pauperis domũ iam in carcerem non adeo recta hæc apparet uia, ut Deũ capias,sed certè recta est, licet a Deo deuiare uideans,sed ad Deũ tendis,quia Deus in paupere est,sicq; cum in utilita-
C tem pauperũ intenderis,& eius cã oraueris optime postea orabis,& Deũ capies. Hoc Deus per Esa. multis nos docet,frã
Esa.58 ge esurienti panem tuũ,& egenos uagosque induc in domũ tuã cũ uideris nudũ, operi eũ,& carnẽ tuã ne despexeris,tunc erumpet quasi mane lumen tuũ,& sanitas tua citius orietur, & ante ibit faciem tuã iustitia tua,& gloria dñi colliget te, tunc inuocabis,& dñs exaudiet, clamabis,& dicet ecce adsum. Et inferius,cum effuderis esurienti animam tuam,& animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & requiem dabit tibi dñs Deus tuus sp,& implebit splendorib. animam tuam,& ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus,& sicut fons aquarum,cuius non deficient aquæ. Et infra,

& vo-

A & uocaberis sabbathum delicatum, & sanctum dñi gloriosum idest, cũ hoc prę stiteris, erit tibi sabbathum, & dies festus p̃clarus, & gloriosus hunc nunc gloriosum, & delicatum sabbathum, & festum Xp̃s dominus agit, dum ueniens Hierusalem, in xenodochium properat, ut paralyticum curet, eiq; medeatur. (Et erat ibi hõ 38. annos habẽs &c.) Si his annis in porticu expectauit, mira profecto perseuerantia fu t cuius necessitatẽ ẽt ethnici agnouerunt. Fuluius in lib. de antiquitate Roma. memorię prodidit, antiquos Rom. duo templa contigna ędificasse, alterum perseuerantiæ & spei, sapientię alterum, & in hoc intrabant per illud, ut si

Fului.

B gnificarent ad sapientiam aditum prębere perseuerantiam, & spem, sine quib. nihil grande obtineri põt. Qui. n facile retro aspicit, eximiũ quid nunq̃ assequetur Qua rõne Ezec. 46. pręcipitur, ut nullus ea porta egrediat̃ tẽplum p q̃ introiuit, & eius rõ est, qm̃ q ea.iem porta egreditur, qua introiuit, tergum uertat, necesse est propitiatorio, iõ per aliam egredi p̃cipit̃, vt s̃p nullum in ptopitiat rium conuertat. Cauendum tibi est ne de te dicatur illud, vertetur ad me tergum & non faciẽ, ut Ierem. ait. Hac rõne eunti in montem Loth dr̃, noli respicere post tergum & uxor i lius, quia post tergum respexit, versa est in statuam salis, q̃ diu durauit, nã Ios. li. de antiquitatib. ait eam se uidisse. Sed qua rõne in salis statuam uersa est?

Eze. 46

Iere. 2.

Ge. 19.

Ioseph.

C hac certe, ut intelligat uir incõstãs, in statuã se uertendũ, quia sicut illa oculos hẽt nec uidet, pedes nec ambulat, ita p̃ctõr ĩ bonũ non proficit, quia inconstans est si ergo in mõtẽ procedis uirtutis, q̃ altissimus mons est, caue ne post tergum respicias, ne in statuã conuertaris, illa uerò statua salis effecta est; ut eius recordatione, ac memoria saliaris tu, qui insipidus, & sine sale es, & caput retro facile uertis. Sed in oĩb. constantes, ac p̃seuerãtes nos esse opor tet, & hic hõ traditus p̃seuerauit expectans corporis salutẽ, an nos nõ perseuerabimus pro aĩę nostræ salute? Quidã sunt, qui animæ salutem in momento opti volunt, & si oportet eos tantisper expectare, oĩno impatientes dilationes sũt. Accedũt aliq̃, ac cõfessarium

A nõ oĩno dispositi, ut par est ad absolutionis beneficiũ p̃cipiẽdũ, & si eis confessor dicat, paulisper expecta, cura prius, ut doleas restituas; fratri reconciliaris, sustine te non pñt. Similes hi infirmis sunt, qui statim nulla adhibita mora poculũ amarũ, ac purgatiuũ accipere uolũt, quib. medicus ait, nõdũ dispositi humores sũt, nõ dũ p̃paratũ corpus in purgationẽ, illi uerò hoc non obstante, cõtinuo purgar i uelleut. Sicut ergo noxia purgatio est, quam debita, ac cõueniens dispositio nõ p̃cedit ita absolutio, si ut oportet dispositus non es. Sicut ergo parabantur prius uirgines

Hest. 2

B intraturæ ad Assuerum, & multis dieb. detinebantur, ita parandus tu es disponẽ duśq; priusq̃ absolutionis b̃ñficiũ percipias salubriter, & Eucharistiã participes (Vis sanus fieri?) Quia. n. aĩo ẽt sanãdus erat, uoluntas eius necessaria erat. Hoc distat medela corporis ab aĩæ medela, q̃ illa licet melius p̃ficiat̃ cum uoluntas, ac desiderium salutis est; sed absq; ea uoluntate ac desiderio debitis medicinis, applicatis sanatur corpus. Aię uero salus in adultis pendet a uoluntate, sine qua nulli salus contingit. Hinc Ps. pluuiam uoluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Psa. 67

Et iterum. Deus meus uolui, & legẽ tuã in medio cordis mei, ideo ait, sanus fieri. Sed irrisoria uĩ ea interrogatio, qua infirmus interrogatur, uelit ne sanari, nec tñ est, multi. n. sanari nolunt. In triplici sunt differentia, qui in animo infirmantur, quidam. n. sanari omnino nolunt, q̃bus Deus salutem offert, illi uerò eã recusant, quia dilexerunt magis tenebras, quam lucem, de quibus propheta, dixistis. n. percussimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium spẽ nostram, & mendacio protecti sumus. An non omni peccatori affertur a Deo salus gratis? & multi infirmitatem suã diligunt, nec a peccato recedere uolunt? Hi sunt, q dicunt, nolumus sanari, nolumus Christum regnare super nos, sed recede a nobis, scientiam uiarũ tuarum nolumus, ut Iob ait, misera ndus profecto homo

Psa. 39

C

Ioan. 3

Esa. 28

Iob. 21

A homo ille est, qui in dubium non uocat, an corpore sanari velit, animiæ uero salutem non in dubium solum uocat, sed omnino recusat oblatam accipere. Quidam uero dicunt, vellem quidem animi mei salutem, & uoluntas aliqua eis est, sed inefficax. Sapiens contra logicorum dogma, ostendit duas contradictorias simul veras, ait enim vult, & non vult piges. vellet quidem cœlum sed nollet è lecto surgere, vt illud acquirat. Sed ut in lectum ei deducatur, vult finem, sed non media, hoc vero non est absolute, & simpliciter finem velle, sed est velleitas duntaxat, vel forte nec uoluntatis actus est, sed intellectus. Quidam uero sanari uolunt absoluta, ac efficaci voluntate, illi, B scilicet, qui peccati infirmitatem agnouerunt & abominantur cum psal. iniquitatem odio habui, & abominatus sũ, legem autem tuam dilexi, & rursum, qui diligitis dominum, odite malum, & rursum, iuraui, & statui custodire iudicia iustitię tuæ, hi salutem cõsequuntur. Tam enim est voluntas potens diuina gratia adiuta, ut sanitatẽ recuperare facile possit, quid facilius, quam sanitatem uelle? si medicus aliud ab ægro non peteret, quam ut sanari velit quis ad horam ægrotaret? dic ergo, uolo sanari, & Deus in te sanitatem perficiet, quia ut psal. ait domini domini exitus mortis, & illud ipse in te perficiet, quod per prophetam ait, sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè, quia auersus est furor meus ab eis. Sed ais, cur rem hanc uoluntati nostræ Deus permisit? cum enim libero arbitrio malè multi utantur, nonne melius esset nos in cęlum ducere, siue C velimus, sine non? Certè nec nos decebat nec Deum, quod hoc exemplo ostendit Chrysosto. si rex nunc in platea huius ciuitatis immensum argenti, auri, & lapillorum cumulum poneret, diceretque, omnes ex his thesauris sibi accipiãt, quæ placuerunt, melius sic ageret, quam si ui homines traheret, compelleretque accipere, vellent nollent. Si enim id ui ageret, & diuitiæ illæ contemptu haberentur, nec ut decet æstimarentur, & cũ hominibus non ea reuerentia ageretur

Ps. 118
Psa. 99
Ps. 118
Psa. 67
Oseæ 14.
Chrys.
Simile

dum ui trahuntur, qua non decet libera A les homines tractari. Proponit ergo nobis Deus inęstimabiles thesauros gratię & gloriæ suæ, sed ea arte, ac modo, ut, & illæ in pretio habeãtur, & nos cum reuerentia tractet, ac honore, ideo ante nominem vita, & mors, bonum, & malum, benedictio, & maledictio, quod placuerit ei, dabitur illi, Salus ergo tua in eo sita est, si uoluntate forti, ac efficaci velis sanari, ut nihil tibi difficile sit in cœli via, sed per ignem, & saxa velis eo ire, ut sicut non est conari contra ictum fluui, sic nec contra voluntatem tuam, quia omnia vincet. Sed infirmus hic ait, hominem non habeo. Mouere me, ait, non possum velociter, alius currit prius B quam ego, &. non est mihi homo, qui me deducat. Sed qua ratione eum, qui celerius currebat, sanabat Deus? Certe ut nobis significaret, peragendam nobis salutem nostram quasi contentione, sicut si cum alio contenderes super hac re, ut illum superares. Cęlum merces est, quæ promittitur melius decertanti, celeriusque currenti, sic ergo tibi decertandum, ac currendum est, quasi decertans currit. Hinc Paulus, bonum est mihi mori, quam ut gloriam meam quis euacuet, quasi dicat, hic omnes neruos intendam, ne alius me superet, & gloriam præripiat. Et idem inferius eodem capite ait, nescitis quod hi, qui in studio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite, ut comprehendatis, omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronã accipiant, nos autem incorruptam, sicut ergo, qui citius currit, brauium accipit, sic qui ci- C tius ad piscinam venit, sanatur. Et hoc est illud ps. anticipauerunt vigilas oculi mei, idest, prius quam alij, euigillaui, & surrexi. Sic de Antonio Athanas. ait, omnium considerabat virtutes, curans omnes imitari, & superare, sic tibi salus tua peragenda est 2. Reg. 18. ait Ioab Chusai, vade, & nuncia regi, quæ uidisti, victoriam certe quam de Absalon obtinuerat, adorauit Chusai, & cucurrit, & ait Achimas, quid impedit, si, & ego

Ecc. 15
1. Co. 9.
Psalm.
Athan.
2. Reg 18.

A ego curram post Chusai? & ait ei, curre, currens ergo Achimas per viam compé dij transiuit Chusai. Significat Achimas tenens viam compendij,& vincẽs Chusai,eos,qui viam ingressi perfectionis reliquos facile præcedunt,tu ergo cura velocius currere,aliosque præire.

Non id pręstat paraliticus,insuper ait (hominem non habeo,) qui me ducat. Multi quidem pereunt, quia hominem non habent,quia pastore carent. Hinc
Zac. 10 Zacharias ait,idcirco abducti sunt,qua-
Zac. 11 si grex affligentur, quia non est pastor eis. Prælatis vero, qui pastoris officium, ac munus non exercent, loquitur idem Zacharias, ò pastor, & idolum derelinquens gregem, gladius super brachium eius,& super oculum dextrum eius. In
B hoc enim prælati a Deo constituti sunt, vt paralyticos curent, eos, in piscinam deducant,si id non præstent,potest para
Eze. 22 lyticus dicere,(hominem nō habeo. Sed ante Christi domini in mundum aduentum erat genus humanum vere sine homine,meritoque verba hæc vsurpare poterat,hominem non habeo. Hinc est il-
Ioã. 19. lud Ezech. quæsiui de eis virum,qui interponeret semper,& staret oppositus cõtra me pro terra,nec dissiparem eam,& non inueni,& effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Sed iam hō nobis est Christus dominus. Vnde ut id nobis notum esset,Pilatus ait,ecce homo,& ille se sæpius dicit filium hominis, quod idem est, ac homo, ut sciat mundus aduenis-
C se iam hominem,qui sanat contritos corde,& alligat contritiones eorum,cui nul
Ier. 30. la insanabilis plaga, qui nulli dicat,quod
Ps. 106 propheta ait,insanabili fractura tua, pes-
Ioel. 3. sima plaga tua, quia iam misit dominus uerbum suum, & sanauit eos, ut infirmus quisque dicere possit illud Ioelis, infirmus dicat, quia fortis ego sum cum hominem iam habeam. Quasi dubitans, & sub indicans, si forte ibi vellet
Ioan. 4 eum ducere in piscinam,ait paralyticus, hominem non habeo,cui possemus dicere,quod Samaritanæ,si scires donũ Dei, & quis est, qui dicit tibi vis sanus fieri, non dubitares,an te ad piscinam portare velit. hic enim dominus eo natus est, A ut omnes homines, & eorum onera portet, & vniuersa peccata, ut ait Es. posuit Es. 53. in eo Deus iniquitates omnium nostrũ, omnes mundi homines, omnia eorum onera,atque peccata super se tulit, summum profecto onus,& angelicis hume- Es. 49 ris importabile,sed quanta angustia onere tanto? ipse per Esaiam loquitur,audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo vtero, & gestamini a mea vulua, vsque ad 1. Pe. 1. senectam ego ipse,& vsque ad canos ipse portabo,ego feci, ego feram, ego portabo, atque saluabo, In cruce vero nos, Deut. 3 nostraque peccata precipue portauit, ut Petrus ait, peccata nr̃a portauit in corpore suo super lignum,ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Est enim Christus regia illa aquila, de qua dicitur, expandit B alas suas,& assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. Si adhuc dubitas,an portare te velit, audi, quinque posuit porticus in corpore suo, vel potius quinque piscinas, non aquæ sed sanguinis, non taurorum, & hircorum, sed proprij, ut ibi laueris,& saneris ab omni infirmitate. Mirabilis profecto Dei clementia. Vis ergo tu sanus esse? hominem habes, piscinas habeas, quod si semel sanatus es, caue, ne iterum pecces, ne tibi deterius aliquid contingat,peccata enim nos in innumera mala detrahunt. Patricidam suis litteris Hieroglyphicis Aegi- Hieroglyphicum. ptij significabant pastinaca in hamo cõprehensa, qui enim illam piscatur, petit spina,quam in cauda habet, quæ fortissimum habet venenum, ut significarent, quod occisor patris, sui etiam occisor est, ego uero pastinaca singificantem Dei ostensorem, qui se præcipue lędit,& interficit, caue ergo tibi deinceps, &c. C

A Sabbatho post Dominicam primam Quadragesimæ.

Thema. Transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

COnducit plurimum a d uitam christianam peragendam cognitio æternæ beatitudinis, quæ merces est laboris nostri. Hinc ait Paulus, ppea, & ego audiens fidem uestram, quæ est in X po Iesu, & dilectionem in oẽs sanctos, non cesso gratias agere pro nobis, memoriã vestri faciens in orõnibus meis, ut Deus D.N. Iesu Christi pater gloriæ det uobis spũm spiæ, & reuelationis in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis uestri, vt sciatis, quę sit spes uocationis eius, & q̃ diuitię gloriæ hæreditatis eius in sanctis & q̃ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credidimus. Meritò cęleste lumen petit Pau. ut agnoscamus à nobis gloriæ magnitudo, & excelsi gratia gratiæ, & gloriæ, quæ ijs, qui in lege noua sunt, seruata est. Sed quæ ais, bona ex hac nobis cognitione proueniunt? innumera plenè. Sed duo expēdamus. Primum ꝙ terrena facile despiciamus si cælestia cognouerimus. Chry. in Io. ait, si quis cęlum suspiceret, & q̃ illic bona sũt contemplaret, statim præsentia contemneret tanquam nullius momenti. Nam & corporũ pulchritudo, quoad pulchri⁹ non deprehendit, in admiratione hr̃: cũ vero melius apparet illa prior despicit. Qđ si in illam pulchritudinẽ, & nos intueri uoluerimus, & cęlestis regni speciẽ considerare, confestim nos huius sæculi vinculis dissoluerimus. Hæc Chry. Certè si mentis oculis attenderemus gloriæ excellentiã, & viua fide illã speraremus: statim sancti efficeremur. Sic. n. Ioã. ait, oĩs, qui hẽt hanc spem, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Sicut. n. si hõ infirm⁹ de plebe uocaret in regnum, infima, ac abiecta relinqueret munera, & conueniẽtia dignitati regiæ exerceret, ita qui in cęli regnum uocatum se uidet, & illud consequi sperat facile terrena abijcit. Scdm ꝙ oĩs labor uiæ facilis redditur, tãta merceda proposita, & labori uehemẽtius hõ incumbit, illam assequatur. Hinc Iac. ait patientes igitur estote fratres usq; ad aduentum dñi. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferẽs donec accipiat temporaneum, & serotinum, patientes igitur estote, & uos; & cõfirmate corda uestra, qm̃ aduentus dñi appropinquabit. Ideo de Isachar Iacob ait, qua rõne agricolæ munus susceperit uidit requiem, quod esset bona, & terrã, quod optima, supposuit humerum suũ ad portandum, & factus est tributis seruiens. Vis nosse hominis tributa? Attende eius immunitatem cum a Deo conditus fuit, & omnem laborem: ac dolorem tributum dices: sed libenter his tributis seruit, pp requiem, terram optimam, terram certè uiuentiũ. Spes ergo colligendi fructum ad laborem accendit. Hoc ẽt significauit dñs Moysi detrectanti laborẽ quem ei Deus iniungebat, ad quẽ Deus ait, proiicere uirgam, & uersa est in colubrum fugiebat Moyses, & dñs ad eum sume caudam eius, & uersus est in uirgã, ita oĩo si laboris initia consideres colubrũ reperies: a quo fugias, sed si finem ac caudam, virgã tenebris, cui innitaris. Vt ergo hanc immensam gloriã, quę nos expectat, si crucem tollimus, aliquo mõ ostendunt, transfiguratus est, quasi diceret: ecce ò homines: quid mercedis pro laboribus recipietis. Tenuerat quidem gloriam in animæ portione superiori, ne ad corpus descenderet: effeceratque illud, quod de Ezec. sacra refert historia, ipse est Ezech. qui obturauit superiorem fontem aquarum Gion, & auertit eas subter ad occidentem urbis Dauid. In cõceptione obturauit gloriam, ne in corpus redundaret, nunc autem eam auertit subter, vt veniat in ciuitatem Dauid, in corpus, scilicet & sic discipuli regem in decore suo uiderunt: Sicut illis promissum fuerat a Christo: sunt de hic stãtibus, qui non gustabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem in regno suo, ut tanta gloria uisa, homines post se rapiat. Si enim dęmon ostendit tibi gloriam, floresque mundi: ut te decipiat: ac post se trahat: an non trahet glo-

Marginal notes: Eph. 1. — B — Chrys. — C — 1. Io. 3 — A — Iaco. 5. — Ge. 49. — B — Exo. 4. — C — 2. Par. 32. — Luc. 9.

A g'oria Christi uera? Mulier illa Apoc. or
Apo.17 nata auro, ac purpura rapuit uniuersam
fere terram, cur eam nō rapiat Christus
Chryſ. gloria ornatus? Chry. ho 55. in Ioan. ait
Si huius sæculi lux adeo pulchra est, con
sidera, qualis illa futura sit, quanto.n. so-
laris lux lucernæ lumen excedit, tanto,
imo magis illa solarem, quod ibi signifi-
catum est, Sol obscurabitur, ad illius, ui-
delicet, splendoris comparationem, ut
nō appareat. Quod si in hac uita, ut splē
dida potiamur domo, tm̄ impendimus
pecuniarum, quid impendendum nō est,
cælestem possideamus domum? Hæc re-
linquenda, illa permansura, hic conten-
tiones de terminis, illic minime hæc tem
B pore consumitur, illa æterna, hanc pau-
per habere non potest, illam duobus obo
lis mercari licet cum uidua. Q̄ro ergo ꝓ
tanta domo non laboramus? Vbi uis do
mum, in paruo opidulo, an in regia ciui-
tate? profecto in regia ciuitate, uide, quā
tibi ciuitatem propono mirabilē, in qua
domum ædificare potes minori sumptu,
quam hic, summa sapientia ibi ædifica-
re, summa insipientia hic. Si.n. quis te du
ceret in Persiam, ut eam uideres regionē
mox reuersurus, iuberetque, ibi domum
ædificares, irrideres, quod inutilem sua-
deret impensam, cur non idem reputas
C de hoc mūdo, quē statim relinques? An
non hic uana ædificatio? ædifica in patria,
ubi mansurus perpetuo es, Hæc Chrys.
Vt ergo hanc gloriam ostendat. (Assum
psit Iesus Petrum, Iacobum, & Io.) In ar
descit animus audita gloriæ magnitudi-
Psa.14 ne, sed interrogat, cum Psalte, quis ascen
det in montem domini, aut quis stabit in
loco sancto eius? Sed audi responsum,
innocens manibus, & mundo corde, qui
non accepit in uano animam suam, Ioā.
ascendit, qui gratiam significat, Iac. qui
luctator dicitur. Quid ergo peccator fa-
ciet, qui mundo corde non est? exclusus
uidetur ab hoc monte, sed absit; etiam
Petrus ascendit, qui negauit Christum
præclarum profecto nuncium, quod e-
tiam peccatoribus pateat aditus in cœ-
Psa.86. lum. De quo Psalm. ait, gloriosa dicta
sunt de te, ciuitas Dei: Memor ero Ra-
ab: & Babylonis, scientium me. Ecce
alienigenæ, & Tyrus, & populus. Aethio A
pum hi fuerunt illic. Ciuitas ista Dei est
ecclesia, & militans, & triumphans, in q̄
multi ueniunt ex Aegypto, & Babylone
multi alienigenæ, Tyri, & Aethiopes,
peccatores ergo conscripti sunt eius ci-
ues gloriosum profectò nuncium. Sed si
hæc ita se hn̄t, libere peccare possumus, Apo.21
& in pc̄tō manere. Absit, nec.n. in illa
gloriæ ciuitate peccatores sunt, qui nunc
peccatores sint, sed qui fuerunt, & pc̄tā
fleuerunt, non Petrus negans, sed flens,
non Dauid adulter, sed pœnitens, quia ni
hil coinquinatum intrabit in eam; foris
canes, & uenefici, & omnes, qui operant̄
& faciunt mendacium. Si ergo inquina-
tus es, ablue uestes, ut in eam ciuitatem B
intres, illic.n. duntaxat sunt, qui dealba-
uerunt uestes suas, & candidas fecerunt
in sanguine agni. In montem conscen-
dere te oportet, ut Christum uideas. Peri
culo plenum est, quod quis cogitet, in cæ
lum seuiam agere, cū in infernum prope
ret. Irrideres hoīem dicentem in Orien-
tem tēdere, cū uia ad Occidentē agat, ita
profecto irridēdi sunt hoīes, qui in cælū
se tendere dn̄t, cum uiæ eorum, uiæ sint
inferi. Ille certe in cęlū tendit, qui dirigit
pedes in uiā pacis, q mōtē ascēdit, qui na
turam suam superat, qui se mortificat, q
terrena abijcit, q uero terrenis delectat̄,
& inhiat, qui infima quærit, num in mō C
tem ascendit? Audi, quo duxerit discipu
los Xp̄s, ut eius gloriam uiderent. (Et du
xit illos in montem excelsum, seorsum.)
Locus, in quo Xp̄s transfiguratur, ōndit
aliquo mō, quid gloria sit. Quid est glo-
ria? Resp. Aug. sicut Deus est oē bonum August.
remota oī imperfectione, ita cęlestis bea
titudo est status oīum bonorū aggrega-
tione perfectus sine ullo incommodo. Et
quēadmodū Deus melius a nobis cogno
scit̄ p negationes, q̄ p affirmationes, dū
dicimus Deus nō ē Ang. sed maior Ang.
& sic de reliquis, ita gloria explicāda est
nullū in ea malū est, nec vero bonum est
qualia ea sunt, q̄ uidemus, sed multo ex-
cellentius. Id uero significat̄ in hoc mon
te, de quo dno Matth. dicit, quod excel-
sus erat, & seorsum positus. Vt turris se-
cura sit, duo habere debet, primā, quod
in

A in loco sit edito, in monte excelso, 2m, q seorsum posita, nec prope illam sint alia loca excelsa, quæ vulgo dicuntur padrastros, a quibus expugnari possit. Terrena bona in infimo sunt loco cœlestia in excelso mõte, illa minima, hæc uero maxima sunt. Deinde terrena bona, si q̃ alta appareant, ex multis locis expugnari possunt, tienẽ muchos padrastros. Attende qđ curis angatur cor regis, & pricipũ terræ, quot inuidijs pateat diues, præpositusq; hõ: An non uides pluta loca excelsa, ex quib. expugnatur eius gloria, non est ergo seorsum locata. At cęlestis beatitudo, nõ solũ magna est, & excelsa, sed & seorsum posita, nullus eã expugnare
Psa. 90 valer, altissimũ posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum.

B Sed attendamus nunc montẽ, in quo gloria ista manifestat, qđ est cœlũ. Naturali lumine constat, in alia uita pmiũ esse, & supplicium, cũ aĩa sit immortalis. Et iõ philosophi dixerunt, aĩas iustorum optime se habere in alia vita, secus aĩas impiorum. Sed de corporis gloria nihil certi rõ naturalis dicebat, licet aliqui philosophi eã fuerint suspicati, dicẽtes, corporum resurrectionem futuram. Cuius rei aliqua rõ in natura inueniri põt, ut. s. appetitus naturalis aĩæ sarietur, quæ tanq̃ pars corpus desiderat, & ut, corp⁹, quod fuit aĩæ instrũ ad virtutem, sic ẽt cõsors præmij. De hac vero gloria corporis licet aliqui inania quædam dixerunt, de campis Elysijs, tñ religio Christiana maxima, ac mirabilia docet. Huius aũt magnitudo colligit ex cęlo, quod mons est

C in quo hæc gloria ostenditur, & domus iustorum, q̃ eos expectat, quam ut videremus, & optaremus, os homini sublime dedit, cęlumque uidere iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. Est aũt cęlum vacuum, dum iustorũ corpora non continet. Si uideres regiam aulã mire fabricatam, & eã ingrediẽs, vacuam habitatore reperires, diceres sane, alicui maxima principi seruatã in habitationem. Ita oĩno philosophandũ est de cęlesti domo, quod si dicas, angeli in cęlis sunt, qui eã inhabitent. Certe sicut mundus hic inferior solus esset, si eum hõ non incoleret, licet plures Angeli in eo essent, quia

A corporum pulchritudo oculos, & ciborũ dulcedo gustus, & concentus aures corporeas postulat vt pcipiantur, ita cęlestia corpora habitatore indigent corporeo, q eis fruatur. Sic, ergo miserũ esset, q mundus hic inferior q pũcto similis est, sine hoĩe habitatore esset, quo pacto cęlestia corpora immensa, ac pulcherrima sine habitatore futura erãt. Nos ergo illa expectãt, ille mõs est, in quo Deus a nobis
Psa. 83 uidendus est. Dicamus ergo cum Psal. quã dilecta tabernacula tua dñe uirtutũ concupiscit, & deficit aĩa mea in atria dñi. Tanta aũt domus magnitudo ostendit inhabitãtis dignitatem, nec. n. hoĩ infimo aula parat regia, est adeo uero magna domus illa, ut ei collata terra, pũctũ

B sit. Et quantũ excedit magnitudine, excedit nobilitate, imo ideo excedit magnitudine, q a nobilitate, ut ait Diony s. quia
Dion. Deus de eo, quod excellẽtius est, plus cõdidit. Illa profecto domus maxima est,
2. Cor. 15. quã contemplans Paulus consolabatur, ac dicebat scimus, quod si terrestris domus huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus, non manufactam, sed æternam in cęlis.

Cum aũt in montẽ peruenisset Chrs.
Apoc. 1. (Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol.) Apoc. 1. & dr̃ facies eius ut sol lucet in virtute sua. semper sol lucet eminenti luce, quam tñ nos aliqñ non videmus propter incidentia nubila. Ita Christi aĩa gloria maxima lucebat, sed propter peccata nostra opposita, in corpus, non redundabit gloria illa, ut sic pati pro nobis posset. Et cum naturaliter gloria aĩe in corpus redundet, singulari dispensatione quasi miraculo a

C ctum est, ut in corpus Chři gloria non redundaret, ut pati pro nobis posset. Mirum hoc ualde est, quod Christus miraculum efficit, ut pati possit, & per passiones intret in gloriam suã, nos aũt miraculum optamus, ut ascendamus ad gloriã per delicias, ille decertare vult cũ hostibus insigniat corona; nos miracula optamus, ut sine pugna coronemur. Sic Petrus ait, bonum est nos hic esse, audiuit Christum de passione differentem cum Moyse,

A Moyse,& Elia,nec cōsona concio ei uisa est illi festiuitati,uoluit sine labore coronari,sed nō ita fiet. Multa tibi sustinēda sunt ò Petre,& tandem in cruce mo-
1. Pet. 1 riendum. Iō ipse a Deo illuminatus postea dixit, in quo exultabitis modicum nunc,si oportet cōtristari in uarijs tentationibus, ut probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro. Et in eodē capite. Propter quod succincti lūbos mētis vestræ sobrij,perfecti,sperate in eā,quę offertur uobis grām in reuelationē Iesu Christi, quasi filij obediētiæ, non cōfigurati prioribus ignorātię uestræ desiderijs, sed ſm eū,qui uocauit uos,sanctum. Desideriū quidē ignorantiæ Petri fuit,cū dixit,bonū est nos hic esse,quia nesciebat,qd diceret,ut Matthæus ait,huic desiderio cō
B figurantur homines simili ignorantia, cū ante crucem gloriam expetunt,nō ergo id agendū,sed ſm eum,qui nos uocauit Iesum, qui repulit a se gloriā, donec passione cōsummaretur. Sed plura sunt, quæ in sua trāsfiguratione Christus nos docet. Primū est,quod initio proposuimus,summam esse gloriā,quę nobis promittit,tū aiæ,tum corporis, cuius hodie insigne,& exēplar, cui configurandi sumus,proponitur. Maxima profecto aiæ gloria,a qua tanta gloria in corpus redūdat. Magna gloria corporis,cum fulserit sicut sol in regno patris sui,& multo plus quam sol,est enim claritas corporis gloriosi alterius ordinis, quam claritas solis, multoq; excellentior, utpote q̄ procedens a
Esa. 30 diuersa cā,a gloria,s.aīa. De qua Esa. ait. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem die-
C rum in die,qua alligauerit Deus uulnus populi sui, & percussuram plagæ sanauerit. Quæ verba sic ponit Aug. to. 4. de
Augus. quæst. noui,& veteris testi ca. 105. In die iudicij, cū sanabit oīno nfa mortalitas, cum appropinquauerit redemptio nfa, caro nfa mortalis, quæ nunc similis lunæ mutatur,splendebit ut sol,idest,tanq̄ Chrs,quia similes ei erimus,& reformabit corpus humilitatis nfæ configuratū corpori claritatis suæ. Ipse verò sol septupla claritate erit, quia plus splēdebit quā oīa alia corpora simul. Si ergo ò hō corporeis rebus ita adhæres ut eis mo- A
ueatis,scito in gloria summam futurām tui corporis excellentiam, et corporalia oīa,q̄ appetere potes, ibi dabuntur reijce ergo terrena,qui nihil sunt. Dixerat Pro- 4. Reg.
pheta Abias ad Ieroboam, Assumam te, 11.
regnabis super Israel,& super oīa,q̄ desiderat aīa tua. Audita ergo morte Salomonis, reliquit Aegyptum, & uenit in Ierusalē. Simile ergo tu audi,ut reliquas mundum, & ea, quæ in mūdo sunt, regnabis super oīa, quæ desiderat aīa tua, non solum in cœlesti patria tibi Deus promittitur,sed vniuersa,quæ corporis optare potes Aperi os tuum, dilata illud, & quicquid dixeris, & optaueris,in gloria reperies. Tanta ergo promissione habita,labora,& montem conscendi cœli,ut ea perfruaris. B

Secundū,quod in hac transfiguratione ostēditur, est, quo pacto corpus nfm in animam, & aīa in Deū transfigurari debeat,ut & corpus, & aīa super naturā suam ferantur. Audi animæ transfigurationem,qua Deo similis efficitur. Intellectus iusti diuino intellectui conformatur,eiq. similis est,cum similiter iudicat, ac diuinus,cū uniuersa ponderat siclo sāctuarij,illa in magno pretio habet, quæ Deus magni ducit,illa autem despicit,q̄ Deus contemnenda dixit, diuitias lutū, honores aerem, ac fumum, delicias spinas reputat. Contra vero lachrymas, eleemosynā,orationem,diuitias, ac thesauros putat. Sic ēt in voluntate transfiguratur diligens Deum,& diuinæ uolūtati in omnibus obtemperans.

Sed de corporis transfiguratione dicamus,transfigurabitur quidē in gloria, C
& configurabitur spiritui per dotes gloriæ,ut quasi spūs appareat. Aīa transformatur in Deū,similis ei qa uidet eū,sicuti est,corpus trāsformatur in spiritū, & iō Paulus ait,seminatur carnale, resurget spirituale, nō quidē quod natura sit spūs,sed conditione, agile .n. erit, quasi spiritus,subtile,impassibile, ac splēdidū. Nunc vero ēt aīa, & corpus iusti quodāmodo transfigurantur,licet enim in gloria id præcipuè fiat,sed,& nunc initium 1. Cor.
aliquod illius est. Audi ergo transfigura 15.
tionem

A tionẽ tũ aiæ,tũ corporis iusti. Cum gra initiũ sit gloriæ,& eius plenitudo,cum aia
2.Co.3 gra ornatur,transfigurari dr. De qua re multa,ac præclara Paul.ad Cor.quo loco primũ Moysen proponit, qui diuino colloquio transfigratus in Deũ est.splẽdente illius facie. Et filij quidem Israel transfigurandi in Moysen erant,sicut ille in Deũ,sed infirmi fuere,& iõ dixerũt Moysi,ut velo faciem operiret, & iõ velo ignorãtiæ opertũ est cor eorũ vsq; in hodiernum diẽ. Nos vero reuelata facie gloriã Dñi speculãtes in eandẽ imaginẽ transformamur a claritate in claritatẽ. Volumus videre Xpi faciem splendentem vt in eadem imaginem trãsformemur,suscepta illius claritate,quasi specula obiecta soli. Attende diuinum ordinẽ
B claritas patris deriuatur in filium,claritas filij in aiam,claritas aiæ in corpus.

SCopus huius Euangelij est ingenium Dei hominibus manifestare, illud vero est attendere hominum merita, atq; virtutes, ut illis beneficia sua præstet, nō autem alia, quæ homines attendere solent, vt consanguinitatem, propinquitatem, aut munera alta, officiaque præclara. Et ideo beneficia maxima exteris confert, quæ suis ciuibus negat, quia illi digniores sunt. Hic cum Petrus videret Cornelij centurionis, & suorum fidem, cui similem nō inuenerat in Israel ait. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Hoc ergo certum sit nihil Deo hominem commendabilem reddere præter uirtutem, quæ cum absit, reliqua nihil putantur a Deo. Audi, quid ad Ieconiam regem loquatur dominus per Hieremiam. Viuo ego, dicit dominus, q a si fuerit Ieconias filius Ioachim Regis Iuda annulus manus dexteræ meæ, inde euellam eum, & dabo te in manu quærentium animam tuam: quasi dicat, licet mihi sit iniunctissimus alijs titulis, ac nominibus, quia iustitia, ac virtute non est præditus, eum a me separabo quasi alienum. Hanc autem veritatem excedentibus uerbis Christus dominus docuit apud Lucam, ait enim Nūciatum est illi, mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te uidere. Qui respōdens dixit ad eos. Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. Nihil ad se pertinere fratres, nec uero matrem putat Christus, nisi verbum Dei audient, & faciant. Si ergo tanta propinquitas, qualis fratrum, & matris nulla reputatur a Christo, si virtus non esset, quid obsecro alia humana curabit? Licet ergo quispiam nobilis sit princeps, rex, aut sacerdos summus, si uirtute non ornetur, ad Deum nō pertinet, licet annulus sit in Dei manu, inde euelletur, ac proijcietur. Euripides dixit. Licet genere nobilior sis Ioue, si virtute non ornaris, vilissimum te dicam, Chrisostomus hom. 9. in Matthæū ait: Attende, nihil profuisse filiis Samuelis, quod tantum habuerunt parētem, quia ipsi eius virtutes non fuerunt imitati. Et Diuus Augustinus in illud Psal. 28. conteret Dominus cedros libani, ait, Nullam aliam apud Deum nobilitatem esse præter virtutem manifestè ostendit, cum principes Ecclesiæ suæ, ac eius fundatores pauperes elegit, ac ignobiles & ea, quæ non sunt. Qui ergo nulla humana gloria ornatur, attendat, gloriosum se esse posse, si virtutem coluerit, & qui multis fortunæ bonis ornatus est attendat, an etiam virtuete ornetur, sine qua nihil habet, de quo gloriari possit. Virtus sola bonum facit habentem, & ideo laude, ac honore dignum. Nazareni ergo putabant solo iure patriæ apud Christum magni ducendos, ac omnibus preferendos, quibus similes nunc sunt, qui gloriantur in nobilitate, antiquitate generis, muneribusque supremis, quasi hæc apud Deum magna sint, quibus omnibus hodie Christus ostendit exemplo Eliæ & Elisei, non patriam, aut aliquid humanum a Deo, respici sed uirtutem. Videamus iam viduæ, & Naman historias, vt ex eis decerpamus virtutes propter quas præpositi sunt a prophetis vniuerso. Israeli Dei uidua Christus ait. (In veritate dico uobis multæ uiduæ erant in diebus Eliæ.) Cuius rei historiā liber tertius Regum proponit, dicens. Factus est sermo Domini ad Eliam dicens. Surge, & vade in Sareptam. Sidonorū, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ibi, vt pascat te. Inuenit uiduam colligentem ligna, quæ ei primum panem dedit, & ipse panem, & oleum multiplicauit.

In hac vero historia multa considerāda sunt, Primum Dei in suos cura, qui Eliā non deseruit in illa maxima fame, sed

Margin notes: B; Act. 10; C; Luc. 8. (left column) — B; C; 3. Reg. 17. (right column)

A sed præcepit viduæ, vt eum pasceret, reuelatione ad eam facta, ut dicit Chry. ho
Zacha. mil. 1. de Elia. De improbis dictum est
11. a Deo per prophetam. Non pascam vos
Psa. 22 quod moritur, moriatur, quod succiditur, succidatur. At iustus ait, Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Putant filij huius sæculi, nullam esse aliam viam, vt necessaria ad uitam sustentandam eis adsit, quam eorum solicitudo, ac industria, q. si desit nullam aliam uiam putant esse, vt vitam tueantur.

Hinc innumera peccata procedunt, quibus sibi diuitias acquirere curant, putantes nullam aliam uiam ad hoc esse. Hi profecto deplorandi sunt, potiusquã illi, de quib. Ier. Dederunt pretiosa quæ-
B que pro cibo vdrefocillandas animas.

Illi quidem pretiosa supellectilia dabant, at peccator gratiam, dona cęlestia, & Deum relinquit, vt panem acquirat. Sicut Esau primogenita vendidit. vt lenticulas emeret, Dicuntq; illud Oseæ va-
Ge. 25. dam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum. Ita profecto multi peccatis se implicant, Deos alienos sequuntur, quia sic alimenta, ac vestes acquirunt. Sed omnino errant, pactum. n. dñi cum hominibus tale est: esto tu mihi seruus fidelis filius obsequens, ego ero tibi herus, & pater, pascamq; te, & necessaria subministrabo. Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium, ut Ps. ait. Sed quid mirum, quod homines, qui filij sũt, pascat, cum etiam minutissima animan
C tia curet, & cibum eis præstet? Hinc Ps. oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples oẽ animal benedictione. Vt autem hanc perpetuam in homines prouidentiam ostẽderet, dixit ad Moysem, Pones sup mẽsam meam panes propositionis in conspectu meo semper, non quod ea mensa ipse indigeret, sed vt ostenderet, suis nũ-
Ex. 25. quam defuturam mensam.

Nec vero ita certus cibus est diuitib⁹ huius sæculi, ac iusti. Vnde Ps. Diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes aũt Dominum non deficient omni bono. A

Sed forsan obijcis, mihi omnino necessaria non sunt, nec aliam viam noui, ut cibum capiam, nisi peccati remedium audi ô homo, qui quasi infidelis loqueris, cum fidelis sis.

Attende primum Eliam cui panes, & carnem edaces corui deferebant, ut noueris diuites, qui similes coruis sunt, & omnia sibi vsurpare conantur, iustos pascere Dei præcepto.

Simili ratione præcepit viduæ pauperi, ut eum pasceret priusquam se, & filiũ & demum miraculo facto pastus est, dũ hydria farinę non defecit, Dan. pauit in lacu leonum, Israeli mãna in deserto dedit, & labores populorum possederunt, B
ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant, vt Ps. ait.

Sed quid mirum homini adsit Deus in necessitate, qui pullis coruorũ adest. Sic n Ps. ait. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantib. eum. Ps. 146

Et Iob ait. Quis præparat coruo escã suam, quando pulli eius clamant ad dominum vagantes, eo quod non habeant cibos.

Tradunt, qui reum naturas scripsere, pullos coruorũ a parentib. destitui, quasi alienos per septẽ dies, donec ornati plurimis nigris a parentib. agnoscunt, illis vero dieb. pasci a Deo, vel rore cęlesti, uel q̃busdã uermiculis sigulari Dei prouidentia subministratis. Nũc ergo sermonẽ conuerto ad te, o hõ, qui tibi videris oĩno desertus, nullaq; uia t. bi apparet, qua necessaria vitæ acqrere possis. Qui C
adest pullis coruorũ crocitãtib. nũ tibi d erit inuocanti eũ, & ei obsequẽti? Qui iumenta tua pascit, tibi deesse poterit. Spe Ps. 33.
ra ergo i dño, & fac bonitatẽ, & pasceris ĩ diuitijs eius. Inuoca Deũ tuũ, & adhibe aliq̃ diligentiã, q̃ commode potes, vt cibũ acqras, & Deus tibi præsto erit, qa certũ illud Ps. ẽ. nõ vidi iustũ derelictũ.

Sed iam uiduam, & illius fidem, ac misericordiam contemplemur. Petit ab ea Elias aquam, dein de panem, præcipitque, ut illum prius pascat, quã seipsam, ac filiũ, & illa obedit. Sed illud primum

A mum mirandum, quod Elias solum petit aquam, & bucellam panis, paucis profecto contentus est, cum multa non sufficiant peccatori. Quærelam istam in uniuerso mundo inuenies, quod nemo sit, q̃ satis sibi putet ea esse, quæ possidet, licet diues sit, sed quod plura possidet, & plurib. se indigere dicit. Nec vero quærela ista solum modo pauperum est, sed potius diuitum, ac principum. Et huius rei causa duplex est, prior, quod multa substantia a multis dissipatur uiuendo luxuriosè, ut dissipator filius fecisse legitur. Et huic occurret si moderate viuas, nec mundi vanitatem, sed Euangelii leges considerans. Quod vt vobis dominus significaret, præcepit in mensura gomor manna colligi, quod si quispiam amplius B colligeret, putrescebat. Non illam mensuram Deus proposuit, quia manna deficere posset, si nimium colligeretur, sed ut homines edoceret, in mensura ab eis temporalia accipienda. Sicut sartori tradis pannum, ut illum pro libito scindat, vestemque faciat, ita Christo trade diuitias tuas, ut illas pro arbitrio diuidat, & tunc in eius manibus panes posuisti, illeque, eos multiplicabit. Tunc uero in eius manibus tua tradis, cum ea in sumis iuxta leges ab eo præscriptas in Euangelio, permitte ergo Christo, ut tua scindat ac diuidat, ille tibi uestem integram conficiet, & satis tibi tua erunt. Secunda eiusdem quærelæ ratio est, q̃d tria sunt insaturabilia, infernus, os vuluę, & ignis qui nunquam dicit sufficit. Vt sapiens ait. In impio ignis immoderatę cupidita C tis ardet, nunquam ergo dicit sufficit. At Pr. 30. vero iustus ei igne non ardet, & ideo ait, habentes alimenta, & quib. tegamur, his contenti sumus. Hinc Psalites. Melius 1. Ti. 6 est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Audi, quo cõtentus Elias sit bucella panis, et vase aquę, Paucis quidem natura contenta est, at uoluntas nullis. Hinc sapiens, Iustus comedit, & repelet animam suam, uenter autem im Ps. 36. piorum in saturabilis.

Sed viduæ huius mirabilem misericordiam inspiciamus. Tanta ipsius penuria erat, ut statim se, ac filium morituros dicit præ ægestate, nihilominus ex A pauca farina primum Eliæ panem conficit cum ignotus homo esset. Placet nimium Deo misericordia, & huius uiduę eleemosynam Augustinus, Ambrosius, Augu. & Hieronymus ualde commendant in Ambr. tractatibus, quos de uiduis scripsere. Et Hiero. Hieronymus de traductionibus hebraicis ait, viduam hanc matrem fuisse Ionæ Prophetæ.

Sicut uero eleemosyna Deo placet, ita crudelia hominum uiscera in pauperes displicent, huiusmodi plurium nobiliũ, ac diuitum sunt, qui iumentis necessaria abundanter p̃bẽt, & tapetib. parietes induunt, cum pauperis Christi nudos, ac famelicos uideãt, Dei uero in hos ira ostendit in Deut. cũ Ammonitas, & Moa De. 23. B bitas a templo excludit, dicens, Amonites, Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia noluerunt uobis occurrere cum pane, & aqua in uia, q̃n egressi estis de ægypto. Et quia conduxerunt contra te Balaam. Quibus uerbis nobis innuit, in æternum excludendos a cælesti regno eos, qui egenis non subueniunt. Audi dura verba Amos p̄phetæ Amo. 6. de hac re. Væ, qui opulenti estis in Sion, optimates, capita populorum ingredientes pompaticè domum Israel, qui separati estis in diem malum. Qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio arměti bibẽtes uinu in phialis, & optimo vnguẽto delibatis. Et nihil patiebant' super cõtritione Ioseph, i. non cõpassi sunt pauperib. ac miseris. Huiusmodi multi nunc sunt, qui laute epulantur, egenis ve C ro tribuũt nihil. Id ipsum diuiti epuloni accidisse Lucas ait, q̃deo sepultus in inferno est, quod laute comederet, p̃tiosis indueret, & Lazaro nõ subuenerit. Quia iudicium sine misericordia ei, qui nõ facit misericordia, ut Iacobus ait, ne uero putes soli diuiti durum accidisse iudicium. Addit Christus dominus sic erit homini, qui non fuerit in Deum diues. Quidam enim diuites sunt mundo, non Deo, mundo eiusque uanitati largam ponunt immensã, Deo, & eius operibus nullam. De quibus Esaias ait. Qui poni-

A tis fortunę mensam, & libatis super eam
Simachus uertit, qui ponitis fortunę mē
sam, & libatis absq. me super eam. Qui-
Hiero. bus verbis, ait Hier. docetur, non Deo,
sed dæmoni id fieri. Ita oīno plurib. nūc
accidit, q diuites sunt in mundo, & eius
Ex. 32 vanitatib. eiiq. amplam proponunt men
sam, cum Deo, & eius pauperibus nihil
dent. Vt deterreret Aaron populū Israel
a uitulorū cultu, petiit ab ijs inaures, pu
tauit.n difficile eis futurum illas dare, at
que adeo uitulos ab eis hac cā non exigē
Augu. dos. Ita Aug. super Ge.q. 141. Nihilomi-
nus tñ illa omnia libenter dederunt, cū
Ecc. 11 Deo tuo nihil offerent. Quos imitantur,
qui luxuriæ, ludo & uanitati uniuersam
substantiam præstant, cum Deo in pau-
peribus nihil elargitantur. Sed si ab im-
B misericordib. quæras, qua de causa elee-
mosynas non præstent, certe dicent, ea
perditā credere, quæ pauperib. tribuūt.
Hoc autem, omnino falsū est. Audi Sa-
pientem. Mitte panem tuum super tran-
seuntes aquas, quia post tempora multa
inuenies illum. Quæ verba Hiero. ibi de
Hiero. eleemosyna explicat. Sicut.n. qui semi-
nat in terra irrigua, non perditum semē
credit, sed multiplicandum in messe ex-
pectat, ita qui eleemosynam tribuit, non
aliud facit, quam seminare, multiplicat
ergo panem suum, non amittit, & post
multa tempora in iudicio, multiplicatū
reperiet. Misericors ergo multiplicat di-
uinas suas, sibiq. seruat, ut eis in æternū
fruatur in cælo, qua in re melius sibi pro
C uidet, quā is, qui eas in morte relinquet.
Nam cum interierit, non sumet omnia,
neque descendet cum eo gloria eius, ut
Ps. 48. Psaltes ait, & ideo de diuitibus huius se-
li dicere solemus in morte, ille reliquit
tot nummos, tot prædia, vere reliquit, &
ab eo mors abstulit, at misericors non re
linquit, sed secum defert omnia. Et ideo
Mat. 6 Christus monet. Nolite thesaurizare uo
bis thesauros in terra, ubi ærugo, & ti-
nea demolitur, ubi fures effodiunt, & fu
rantur. Thesaurizate autem uobis the-
sauros in cælo, ubi neque ærugo, neque
tinea demolitur, ubi fures non effodiūt,
Lu. 18. nec furātur. Et alteri diuiti ait. Omnia,
quæcunque habes, vende, & da pauperi-

bus, & habebis thesaurum in cęlo. O ho- A
mo ubi thesaurizas? Si in terra, an non
nosti furi te thesaurizare? Vnus fur est,
mors, scilicet, quem effugere non pote-
ris, qui te omnibus exspoliabit bonis.
Sed ais, hæredibus relinquo diuitias, be
ne, sed tibi, quid seruas? An nō tu ibi hæ
res eris? An nō tibi aliqua seruabis? Au- Ecc. 17
di, quid eleemosyna sit, ait Sapiens. Elee
mosyna viri quasi saeculum cum ipso.
Quasi dicat, secum in sacculo defert vir,
quicquid dedit pauperi, pauper sacculus
est, quo in cœlum diuitiæ feruntur. No-
li ergo ô homo, perditam putare pecu-
niam, quam pauperi tribuis, imo illa tibi
seruata est, illam uero deperditam arbi-
trare, q̄ mundo, ac eius uanitati dedisti. Simile
Si.n. aqua rigas fructiferā arborem, nō
aquam perditam credis, quia uberes ex- B
pectas fructus, illum uero aquā perditā
dicere potes, qua rigas lignum aridū, in
quo aqua nihil proficit. Ita oīno substan
tia pauperib. erogata amissa nō est, colli-
ges.n. tibi æternum fructum ex arbore,
colliges non poma, sed regna cū audies. Ma. 25
Percipite regnum, quod uobis paratum est
ab origine mundi, quia esuriui, & dedi-
stis mihi manducare. Ea autem perdita
sunt, quæ mundo tribuisti, ex quib. fru-
ctum nullum colliges. Sed dices forsan,
negare non possum hunc eleemosynæ
fructum, sed in longum hic differtur, in
alteram.s. uitam, unde Sapiēs dixit, post
multa tpa inuenies illum, si nunc fructū
perciperem, libēter seminarem. At elee- C
mosynam præstans similis ei est, qui pal Ecc. 14
mā plantat, cuius fructum nō māducat,
quia post multos annos fructum fert. Sa
ne si Deo fideles essemus, satis nobis esse
debebat, ut misericordes essemus, quod
hoc ei ualde placet, licet nullus alius fru
ctus colligeretur. Si gratissima Deo eleemo
syna est, an nō id satis tibi esse debet, vt
illā pstat? Sed ultra hoc promittitur tibi ge
neratio ęterna, infinita, ac immensa, nec
plurimum expectandū, cito enim aderit
mors. Sed si adeo terrenis deditus, ut fru
ctum uelis in præsenti sæculo, nec hoc
eleemosyna deerit. Recte dominus per
Hieremiam conquæritur. Nunquid terra Hie. 2.
ego sum sterilis, aut serotina, quare ergo
dixit

A dixit populus meus recessimus? Non esse sterilem, iam ostendimus, sed causabaris, quod serotina esset terra Deus, quia in futurum seruat nobis fructũ sed audi, quod serotina non sit, quia & hic fructum tribuit. Recte eleemosyna confertur oliuæ, quę uiridis semper est hyeme, & ęstate, quia eleemosyna non solum in alio sæculo viret, & fructum dat, sed et in hoc. An non id in uidua ista, quæ pauit Eliam, ui...? Parum panis dedit, & hydræ farina non defecit. Date, ait dñs, & dabitur vobis. Audi, Sapientem. Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia tua redundabunt. Misericordi ergo, non in alio sę culo solum, sed & in hoc pro mittitur misericordia. Recte ergo ad viduam misericordem diuertit Elias, vt ei miam præstet, quæ. n. in tanta penuria eleemosynam tribuit, cui dubium esse potest, largam eam præstitisse, cũ abundauit? Ab ea ergo miam discamus, ut ad nos Elias diuertat, & Dominus etiam Eliæ. Paulus ait. Hospitalitatem nolite obliuisci, p hanc. n. placuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Sed huic addi pōt, ad eo quosdam Deo placuisse hospitalitate peregrinorum, ut Dominum etiam Angelorum hospitio reciperent, vt de diuo Greg. & alijs sāctis memoriæ pditū est.

Simile

Mat. 6.
Prou. 3

B

Hebr. 13.

Sed restat, vt quia vidua miam didicimus, a Naamā aliquid discamus. Erat ille princeps militiæ, & per illum dederat dñs salutem Syriæ. Vel ut ait Aug. ser. 207. de tēpore, quia multa bella fęliciter cōfecerat. Vel vt ait Lyra ex Rabbi Salomone, quia sagittauerat Achab, & sic liberauerat Syriā a tributo, quod reddebat pro confederatione cum Benadab, ut dicitur 3. Reg. c. 20.

4. Re. 5
Aug.
Lyra.

C

3. Reg. 20.

Audiuit Naaman uocem puellæ dicē tis, utinam fuisset dominus meus apud prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra, quā habet. Audiamus, & nos leprosi vocem conscientiæ nostræ dicentis. Vade ad confessarium, pęnitentiam age, vt a lepra liber sis. Captiua puella illa erat, & captiua consciē-

tia peccatoris est, quia veritatem Dei in iustitia detinet, vt Paulus ait, sed clamat, ac vociferatur, ostenditq; prauum hominis statum. Venit Naaman, & consiliũ derrectans Elisei recedebat, sed meliori consilio ductus, obediuit prophetæ, & liberatus est a lepra. Multi profecto lepro si nunc sunt, qui curari uolunt, sicut Naaman, & ad sacerdotem ueniunt, qui eis remedia præbet, quibus peccatum omnino superent, & illi cum bene cęperint in medio cursu consistunt, nec victoriā plenam assequuntur. Qui similes sunt Israeli, qui processit in bellum contra Regem Moab, & eo deuicto, ac in ciuitate incluso, cum eum capere debuisset, recedit, & ab expugnatione cessauit, & relictus est eis hostis, sicut prius. In pugnā cum dęmone descendisti, per pniam, superasti illum, noli arma spiritualia deponere, donec perfectam assequaris victoriam. Superant aliqui carnem suam, & eam ligant, sed cito eius vincula tollunt, & iterum regnat, ac præualet aduersus spiritum. Irascitur Deus in Regem Israel, quia deuicto Benadab, ac capto, ei pepercit, & ideo ait, erit anima tua pro anima illius. Si inimicorum victoriam obtinuisti, cur eos non persequeris vsq; ad internecionem? Recte dixit Cęsar a Pompeio superatus apud Dirrachium, si Pompeius nosset sicut vincere, sic victoriam sequi, perditi essemus omnino, quia id non fecit Pompeius, postea superatur est. Cum tres sagittas misisset Ioas aduersus Syriam, steut, nec plures misit, iratusq; est uir Dei Elisæus contra eũ & ait. Si percussisses quinquies, aut sexies, aut septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem. Id ipsum nūc dicimus eis, qui uiam uirtut: ingressi facile ab ea recedunt, & cum incępissent inimicos percutere, eos uiuos dereliquerūt & ab eis postea occisi sunt. Cura ergo pfectam consequi victoriam, sicut ille, qui ait. Persequar inimicos meos, & cōprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Qui enim superato inimico eum non iugulat, iterum cum eo pugnabit, & forsan superabitur. Ideo Saul maledicit uirum, qui comederit, donec hostes

A
Ro. 1.

4. Re. 3

B

3. Reg. 20.

4. Reg. 13.

C

Ps. 17.

1. Reg. 14.

A hostes penitus deleantur. Noli ergo cito arma deponere, sed cura oīno subiugare tibi dęmones,& affectus tuos,ut omnino a te elimines dæmonem, & de regno tuo dicantur, quod de Salomonis regno dicitur,non erat occursus malus, neque Sathan. Fęlix omnino regnum,d
3.Re.5 quo hoc dici potuit,si enim Sathan non est,nec occursus malus erit, fęlix anima quæ Sathanam a se expulit,nulla.n.nocebit aduersitas,si nulla dominetur iniquitas. Discamus ergo a Naaman obedire ꝓphetæ,& ab eo monita salutis accipere,& illa o opera præstare, vt perfectam salutem consequamur. Interroga uit etiam Naaman Prophetam de offi-
B cio in Dominum cum eum sustentaret in tēplo idoli,ꝙ ei concessit Eliseus, qa dñm sustentare poterat intra templum idoli,sicut extra illud. Ita ergo tu interoga confessarium de omni dubio,ac periculo vt eius consilio recte ducaris.

Sed attēdenda est Nazarenorum malitia,quo processerit, uoluerunt enim hi
Chrys. auditis Christū ꝑcipitare,Chrys.Hom.
Beda. 49.& Beda hic expendunt non adeo irreuerenter tractatum Christum ab Herode,& demone in simili causa. Herodes miraculum uidere uoluit, nec Christus præstitit,nec tamen eum præcipitauit, Dæmon miracula petit, vt panem conuerteret in lapides, nec id fecit, non tamen tentauit Christum præcipitare, sed ei solum præcipitium suasit. Nazarei verò,quia miracula eis non exhibebat,eū præcipitare conantur. Quo in facto duo attendenda sunt. Primum ꝙ cū
C veritas adeo potens sit,ac præualeat, ut
3. Esd. est apud Esdram homo sui amātissimꝰ,
3. & cupiditatibus deditus illā auersatur,
3.Reg. & sustinere non potest. Hinc Achab ait.
21. Ego odi Micheam, quia non prophetat mihi bonum,sed malum,i.nō mihi grata dicit,sed aspera. Hinc Esaias, Qui di-
Esa.30 cunt uidentibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt,loquimini nobis placentia,videte nobis errores Mirum profecto, qd aiunt. Nolite aspicere nobis, quæ recta
1.Ti.4. sunt,si enim recta sunt,quomodo ea detractatus? Sane,quia nō placent,quia appetitui non consonant. De his etiam A
Paulus manifeste ait, quod nostra hac tempestate impletum videmus. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. An non manifesta fabula Lutheri hæresis? Sed ad illam conuersi multi sunt, quia appetitui consona docet. An non manifesta fabula erat idolorum cultus? Sed ea colebat Israel derelicto Deo vero,quia Deus frenari appetitus præcipiebat,idola vero non sic.

Secundum in hoc Nazarenorum facto attendendum est,velle eos a se Christum abijcere tanquam inutilem pro- B
phetam,qua miracula eis vtilia,non pręstat. Quibus illi similis sunt,quibus Deꝰ sterilis apparet, quia eis continuo bona temporalia non præstat. Si sciret homo in confessione non solum peccata remitti,sed corporis salutem pręstari, quis nō confiteretur? Si sciret cum vita honesta non solum gratiam consequendam, sed diuitias multas,quia eam non amplecteretur,at nunc quia tēporalia emolumenta cum virtute coniuncta non apparent, sterilem virtutem esse credimus,& Deum inutilem quia multas statim diuitias non tribuit, & ideo eum a mente sua repellit stultus. Non ergo sterilis Deus est,qui ęterna bona tribuit,& temporalia,quę nobis conueniunt, si in ipso fidem habeamus,viduam,ac Naaman imitemur, non Nazarenos,qui tanta incredulitate erant, ut eam Christus mira tus sit, &c. C

A

Feria III. post Domin. III. Quadrage.

The. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrẽ tuum, &c. Matt. 18.

TRia præcipua in hoc Euangelio nobis proponũtur. Primum, fraterna correctio. Secundum potestas clauium. Tertium, orationum nostrarum exauditio, præcipue si a plurib. fundatur. De primo ait dominus. (Si peccauerit in te frater tuus.) Chrys. Aug. & Hiero. in hunc locum sic intelligunt uerba ista. Si contra te peccat frater, si tẽ corripe illum. Alii autem doctores sic accipiunt. Si peccauerit in te frater, i. coram te, te præsente. Quia non solum teneor corrigere eum, qui in me peccat, sed omnem, quem sciã peccare, cui mea correctio prodesse poterit. Certum quidem est, debere a nobis corrigi proximum, etiam si in alium, & nos in nos peccat. Sed Christus dixit, si peccauerit contra te, ut ex patribus diximus, quia illud manifestius est, & in præceptis manifestiora exprimi solent, subintelliguntur autem similia, in quib. eadem est ratio. Vt autem de correctione fraterna aliquid dicamus sciendum est, quod tempore Pelagii, qui dixit, solo libero arbitrio nostram constare salutẽ, fuit error aliorum, qui ut fugerent Carybdim inciderunt in Scylam, dixerunt que quod cum surgere a peccato sit opus diuinæ gratiæ, superfluã erat omnis correctio, solumq. Deum orandum vt corrigeret peccatorem. Probabant illud ex eo, considera opera Dei, quia nemo potest corrigere, quem ipse despexerit. Sed est Catholica sentẽtia correctionem fraternam esse opus vtilissimum, & maxime misericordiæ. Ista fuit sententia Ethnicorum. Vnde Plato lib. 10. de legibus prope finem legem statuit, quod cum, quis propter peccata in Deum admissa, ut blasphemiam, fuerit carceri mancipatus, adducantur homines probi, qui illũ exhortantes, in modestiam, & saniorem mentem deducant, Aristote. etiam nono Ethicorum capite 3. ait. Non est facile soluenda amicitia, etiam si alter amicorum peccet, nisi fiat incorrigibilis, sed magis (inquit) in his ferendum est amico auxilium, quam in pecuniis, quanto præstabiliores sunt mores, quam pecuniæ, & amicitiæ propinquiores. Et diuina scriptura patet hæc ueritas, Sapiens ait.

Chry. Augu. Hiero. — B — C — Eccl. 7 — Plato. — A Aristo.

Corripe amicum, corripe proximum, ne forte dicat, non intellexi, aut si intelligit, ne iterum cadat.

Et hodie in Euangelio id Christus docet. Ecc. 19

Et ratio naturalis id manifeste ostenditur, quia cum homo sit liber arbitrio, est uertibilis in utranque partem, vnde corrigi debet. Contra errorem hæreticorum scripsit singulariter Augustinus librum in septimo tomo, cui titulus est, de correctione, & gratia. Et ad argumentũ hæreticorum respondet Aug. quod licet sine gratia non sit correctio morum, illa tamen præsto est. Nec ergo gratia tollit correctionem, nec correcto negat grãm. B Augu.

Quam uero sit necessaria correctio, ostendit Gre. tertia parte pastoralis curæ admonitione 26. dicens. Si indigentibus proximis pecunias, aut frumentum absconderes piaculum est, quomodo cerno abscõdis peccanti fratri correctionẽ? Hinc Sapiens. Sapientia abscondita, & thesaurus, quæ utilitas in utrisq.? Si populus fame periret, & tu frumenta seruares, author profecto existeres mortis eorum, quomodo ergo doctrinæ seruabis panem? Hinc Sapiens. Greg. Ecc. 20

Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Chirurgus nõ amputans mẽbrum, quando necesse est, peccatum fraternæ mortis committit, quomodo tu cognoscens vlcera mentium, non ea curas sectione uerborum? Ideo Hieremias ait. C Ier. 48

Maledictus, qui prohibet gladium suũ a sanguine, i. qui prohibet uerbum prędicationis a carnalis uitæ interfectione, de quo gladio dr̃. Gladius meus deuorabit carnes. Qui timore id non agit, audiat terribiliora, ut timore discat timorẽ expelle. Audi, quod Mat. 25. Qui talẽtum noluit Ma. 25

A noluit exercere, cum Inia illud perditiones amisit. Audi, quod Pau. se dicit a sanguine mũdũ, qa vitiis corrigendis nõ peperAct. 20 cit Contestor uos hodierna die, qa mũdus sum a sanguine oĩum vestrũ, non. n. subterfugi, quominus annunciarem oẽ cõsilium Dei uobis. Audi uocẽ angelicã Ap. 22. Io. admonetur, qui audit, dicat, ueni. i. q intus uocat a Deo, alios trahat, ne clau-Esa. 5. sas fores ẽt uocatus inueniat, si uocanti vacuus appropinquat. Audi quod Es. qui ta cuit, illustratus clamat. Væ mihi, quia ta-Pro. 11 cui. Audi, quod promittit Deus multiplicare data ei, qui distribuit ait. n. Sapiens, Aĩa, q benedicit, impinguabit, & qui inebriat, ipse quoq. inebriatur. Et hoc ppo-Psa. 39 nit Dauid Deo. Ecce labia mea nõ prohibebo, dñe tu scisti, iustitiam tuam nõ abscondi in corde meo, ueritatem tuam, & B salutare tuũ dixi. Et ad spõsam dr. Quæ Can. 8 habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuã. Et Moyses illos dicit Dei esse, qui gladios ad ulciscendum Ex. 32 sumunt. Si quis est dñi, iungatur mecũ. Ponat vir gladium super femur suũ. Ite, & redite de porta usq; ad portam, & occidat unusq; q. fratrem suum. Gladiũ super femur ponere, est prædicationis studiũ uoluptatib. carnis anteferre. De porta usq. ad portã discurrere, est a uitio in uitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Nec ulli hoc parcendus est, nec fratri. Si ergo Dei esse dicit, qui hoc facit, Dei non est, q negli-Greg. git. Hucusq. Gre. Sed ut huius correctionis necessitas magis pateat, attendendus est miser hoĩs status, dũ est in pctõ. Quẽ Augu. expendit pclare Aug. serm. 10. de verbis C dñi. Exponens uerba Euangelii hodierni. (Lucratus eris fratrem tuum.) Quid est, lucratus est te, nisi qa perieras, si non lucraretur te? Nam si non perieras, qũo te lucratus est? Hõ ergo per pcm̃ petit oĩno. Vulgo dici solet, hunc hominem perditum fuisse eo, uel eo negotio, quia diuitias amisit. Similiter dici solet, alium hominem perditum fuisse hoc, uel illo excessu, quia corporis salutem amisit. Sed dicta ista tanquã vulgi uera nõ sunt, nõ. n. dici debet, hominem perdi, quia salutem, aut diuitias amiserit. Sed cum so-

lum perditum nuncupare potes, qui A peccatum admisit, ille uere, & absolute se perdidit. Qui. n. d uitias, aut salutem amisit, nõ se amisit, sed illa, quę diximus. Ier. 50. Qui autem peccat, seipsum perdit, & a-Lu. 15. mittit, non sua tantum, sed & seipsum. Hinc propheta ait. Grex perditus factus est populus meus. Et pr ait. Frater tuus minor perierat, & inuentus est, & nunc Christus ait. Lucratus eris fratrem tuũ. Perierat ergo. Sed ut hoc manifestũ fiat notandum est. Peccatum a sanctis, & a philosophis ẽt dictum fuisse ægritudinẽ mentis. Sicut contra, virtus est bona cõsistẽtia, & salus animi. Hinc ps. Qui pro Ps. 102 pitiatur oĩbus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, q redimit de interitu uitam tuam. Et Sapiẽs de a-Eccl. 5 uaritia loquẽs, ait. Est alia infirmitas pessima, quam uidi sub sole, diuitiæ conser-B uatæ in malum dñi sui, pereunt enim in afflictione pessima. Et iõ de malis pastorib. Eze. ait, quod infirmum fuit nõ con-Ez. 34. solastis, quod ægrotum, non sanasti, quod confractum erat, non alligastis. Et ratio huius metaphoræ est, quia sicut in corpore debita dispositio, & conueniens sm̃ naturam dicitur sanitas. Aegritudo uero est dispositio contraria, & disconueniens naturæ, ita cum uirtus sit secundũ rationem, & naturam hominis, peccatũ uero sit contra eius naturam, uirtus appellatur sanitas, & peccatum ægritudo. Ostendit hæc D. Thom. 1. 2. q. 71. art. 1. D. Th. Vitium rei dicitur ex eo, quod non est disposita sm̃ naturam, unde, & de hoc unaquæq. res uituperatur. A uitio autẽ nomen uituperationis acceptum est, C ut dicit Aug. 3. de libero arbitrio. Natu-Augu. ra autem cuiusq. rei potissimum est forma, secundum quam speciem sortitur. Homo uero in specie constituitur per animam rationalem, & ideo id, quod est contra ordinem rationis, proprie est contra naturam hõminis inquãtum homo, quod secundum rationem est, hominis bonum est malum hominis est, præter rationem esse, ut Diony. dicit 4. c. de di-Dion. uinis nominibus. Ideo uirtus est secundum naturam hominis, uitium contra. Hæc Th. Ex quibus sequitur summum hominis

A hominis malum, quod eum destruit, ac perdit esse peccatum, etiam lumine naturali id ostendēte. In alijs.n. malis nō priuatur homo bono rationis nisi in peccato, omnē autem aliud bonum minus est bono rationis. Et per alia mala non male habet homo, inquantum homo, sed in quantum animal, per peccatum autē male habet homo, inquantum homo. Et iō etiam lumine naturæ fugiēdum est peccatum super omnia mala, tanquam maximum hominis malum. Sed si lumine naturæ hōc agnoscimus, cum fidei lumē ostendat alia peccati mala grauissima, quo pacto inferi potest, ut fidelis adeo facile peccata admittat, ut uitet alia mala minima? Si apponis manum ictui, ne lædatur caput, quomodo non apponis B corpus, ne lædatur anima? Cum occurreret Esau Iacob, & eum timeret. Iacob, posuit utranque ancillam, & liberos earū in principio, Liam autē, & filios eius in Ge. 33. secundo loco, Raphael autem, & Ioseph nouissimo loco. Verè anima Rachel est, quæ ultimo, ac tutiori loco statui debet. Quid ad hæc illi dicent, qui ne paruam pecuniam amittant, animæ iacturam faciunt. Sed his, quæ diximus, plura addit fides. Et quibus illud præcipuum est, qd peccatum Deus summè odit, ac execratur, tanquam sibi maximè aduersum, qa ipsius offensa est. Et ideo infinito odio illud prosequitur. Sicut manifeste ostēdit, quando tanto odio sunt Deo impius, & impietas eius, ut creaturas a se maxime dilectas in æternum puniat propter peccatum. Sed illud odium præcipue osten-C dit, cum ut peccatum deleret, pater filiū morti tradidit, & filius libenter sanguinem, & uitam fudit, ut peccati regnum euerteret, illudque interimeret. Summū illud in hostem odium esset, quo fieret, vt uellet homo eum occidere se primum transuerberando, quia hostis post tergū est. Vetus homo noster crucifixus est cū Christo, & Christus crucifigi voluit, ut eum secum crucifigeret. Peccatum ergo, offensa Dei est, summum hominis malum, quo omnino homo perditur. Perdit animam suam, amittit diuinam gratiam, qua participat naturam diuinam, amittit dona Spiritus sancti, virtutes, A bona opera, ius in cælum, diuina protectio, lætitia conscientiæ, doletur homo de libro uitæ, efficitur seruus dæmonis, & peccati, cubileque draconum. Relinquitur homo miserrimus uere perditus. Quoniam animam omnino perdit. Qd si illam conuenienti daret pretio, non adeo mirum esset. Sed pro nihilo rem pretiosissimam amittit, cum uiderit, quāta Deus pro anima dederit. Augustinus Aug. ait. Postquam uidi, quanti me Deus fecerit, & quo in pretio me habuerit, numquam amplius uili pretio me tradidi. Sed quodnam est animæ pretium. Certe Deus non absolute, Deus enim maior B est anima, sed æstimatione. Sicut lapis pretiosus, & similia æstimari solent maxima æstimatione, & illud dicitur pretium earum rerum, licet non tantum in seipsis ualorem habeant.

Ex quibus duo colliguntur. Primam, quod homo peccator hæc attendens, deberet se ipsum corrigere, nec expectare corrigentem, ut a peccato exiret. Si.n. Iud. 17 nullo id exigente, cum se uidet homo in aliquo malo, ab eo emergere curat, cur non cum in peccato est, emergere curabit? Ablati sunt capilli de capite Sampsonis, & redactus est infirmus in manib. hostium, sed crescentibus capillis, eos occidit. Abstulit dæmon ab homine capillos cum cogitationes bonas, ac consideratio C nem eorum, quæ diximus, abstulit, & ablata hac cogitatione omnis fortitudo animi abscessit. Si eam recuperare uis, cogita ea, quæ diximus, ac recogita, & tunc fortitudinem pristinam recipies, ut ab inimicis libereris. Secundum, quod ex dictis colligitur, est, ad charitatem ptinere, ut proximum corrigamus, & eū a peccato liberemus. Si.n. charitas aliā pximorū mala leuare curat, cur nō maximum malum peccati tollere debet? August. ait, perditus erat homo in peccato, qa lucrari dr̄ cum ab eo reuocatur, cura ergo hominem perditum in mentem reducere. Verum Chrysostomus, & Hier. Chrys. Aug. etiam aliquid amplius ex eo uerbo lu-Hiero. cratus eris fratrē tuum, colligunt nimitum fratris salutem a nobis quęrendam tan-

tanquam proprium bonum,& illius per ditionem uelut proprium damnum esse habendum. Si enim fratrem pęnitentem lucrari dicimur, ergo,& peccantem perdidimus. Hinc ergo ostenditur, quāta debeat inter christianos esse animorum cōmunio, cum alterius dāna, & bona nīa putare dēamus. Si ergo errantē in uiam reuocas, si ęgrotum curas, si pauperi eleemosynam tribuis, si mæstum cōsolaris, si deniq. amicū mones, vt relinquat negotiationem, in qua nosti diuitias vniuersas pdēdas. Multo magis peccatorē corripere dēs, vt a pctō recedat, qa hæc oīa ei
B præstitisti, si id egeris, infirmum.n.curasti, imo mortuum ad vitam reuocasti, errantem in uiā reduxisti, pauperi, ac misero subuenisti. Deniq; ut Iac. ait. Fratres mei, si qs ex vobis errauerit a ueritate, & conuerterit, quis eum, scire dēt, qm̄ q conuertere fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorem. Et Iudas in sua canonica, de correctione peccatorem agēs, ait. illos saltē de igne rapientes. Aptissima certe similitudine ostendit, qua animi contentione, qua festinatione curandum a nobis est, ut peccatorem a peccato liberemus. Sicut enim puer in ignem incidit, nulla facta mora curris, vt eum eripias, ne pereat, q in peccatum lapus est, in ignē, decidit, iā ignis inferni cępit eum deuorare, unum in inferno pedem posuit, accede ergo cito, ut
C eum salues. Qui autem peccatorem correxerit, multa simu bona peraget. Primum.n.rem Deo gratissimam exhibet. Cum.n. ille descendit de cælo, vt ouem errantem quæreret, ad caulamq; reduceret, qui ei in hoc opere famulatur, gratissimum opus perficit. Tanti ille duxit animam, vt sanguinem pro ea fuderit, & vita data emerit, qui ergo ei obtulerit hanc margaritam, quam in tanto habuit pretio, an nō gratissimū munus offert? Quod liberalissimo regi margaritam dono des, cuius pretium sit ciuitas magna, quid non ab eo recepturum te speras? Quid ergo non recipies a Deo cum ei animam obtuleris, cuius pretium, ut supe rius dixit, non ciuitas, sed Deus est; Dein de peccatori maximum bonum confers A efficeris.n.quodammō saluator illius eripiens eum de potestate tenebrarum. Qđ si liberatoribus vrbium, ac regnorum tantus est honos delatus, & tot eis exhibitæ sunt gratiarum actiones, ut in Iudith, Dauid, & similibus patet. Quas obsecro gratias tibi anima refert in æternū in cælis, cum tua admonitione factum vi derit, ut a morte æterna liberaretur. Correctio autem ista debet fieri in spiritu lenitatis, quia a charitate, ac misericordia procedere debet. Vnde Isidorus lib. 3. de summo bono ait. Qui delinquentem superbo, vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit, quicquid.n. proteruo, vel indignans animus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis. Hac de causa ait. Virgam uigilātem B
ego uideo, Sed vt quid virga uigilans, & oculos habens. Certe ne ictum cæci percutiat, quod vulgo dicitur, darpalo de ciego. Iratus est Deus in Moysen, & adeo iratus, ut pp illud peccatum noluerit eum intrare in terram promissam. Sed quid Moyses fecit? Certe dixit illi dn̄s. Loquimini ad petrā, & illa dabit vobis aquas. Solum pcepit Deus, ut loqueretur ad petram, ille uero dubitans percussit bis petram uirga, q uerbis agendum fuit virgæ percussione efficit, & iō iratus ei Deus est, sic.n. aliqui doctores pōt illud C
Moysi explicant. Similes aūt Moysi illi sunt, qui q verbis agere possent, uirga, et percussione faciunt. Charitate ergo, ac mīa ducti corrigere nos oportet. Sed & is, qui corrigitur, eadem charitate suscipere dēt correctionem. Sic Psa. corripiet iustus in mīa, & increpabit me, oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum. Et sapiens. Melior est manifesta correctio, quam amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Quibus uerbis duo docemur. Primum, quod amici est, amicum corrigere, melius enim est amicū corrigere, quā amor abscōditus. Nec .n. amicus est, q dissimulat amici culpas, nec qui eis fauet. Multa certe pctā uitarētur, si nullus esset, qui ea fulciret, qui excusaret, qui app robaret. At amici nunc

ista

A ista faciunt, peccata excusat, aprobant, ac fulciunt. Diues cōmotus confirmatur ab inimicis, ait Sapiens. Locutus est sup be,& iustificauerūt illum. Et cū corrigere debuerint, iustificant eū. Aliqñ pcā excusant, quæ fulcire nequeunt. Si in honestus est amicus, dicunt, non mirum, iuuenis est. Si ludo diuitias, ac tps consumit, aiunt, non mirum ne alia deteriora faciat, ludendum. Si in inimicum irascit, aiunt, id uiri fortis animum decere. Si debitis onerantur, dicūt, nobiliū id esse. Si vanè, ac superfluè se induit, aiūt decere ornari eos, qui præcipui in republica sunt. Ecce fraudulenta oscula eorum, qui se amicos fingunt, cum non sint. Scdm, quod Sapiens docet superioribus uerbis est, cū, qui corripitur, debere potius diligere corripienté se, quam adulanté, ille

B enim eum vere diligit, qui bonū aiæ ipsius quærit. Cū quidā in Platonis amicū admissus ab eo interrogaret, qua in re ei magis placere possit. Respondit. Si admonueris me eorum, quæ male gessero, & de Alexandro fertur, quod ministrū a domo expulit, quia cū duodecī annis ei ministrauerit, nulli⁹ rei eū admonuerit.

Cū aūt correctio ordinetur in correcti bonum, & emendationé, corrigi fraternaliter nullus debet, cū spes huius nō

Eccl. 1 est. Cum aūt hæc spes est, debemus corri

Chrys. gere, quia ut Sapiens ait. Vnicuique mādauit Deus de proximo suo, Chrysosto. Hom. 1. ad populum Antiochenum multa de hac re, & ad hoc expedit illud Exo

Exo. 3. di. Si uideris asinum proximi tui iacenté subonere, non pertransibis, sed subleuabis cum illo. Quanto potius tenet homo hominem erigere, q cecidit. Et si in tpalibus subuenire tenemur, potius in spālibus.

C Sed pastores prælati, iudices stricti⁹ ad hoc tenent. Vn Greg. in c. quāuis de regulis iuris ait. Nō pōt esse pastoris excusatio, si lupus oues comedat, & pastor nesciat. Et ió tenet platus ēt inquirere, quia speculator domus dñi est, ut ait August. 1. de ciuitate c. 9. Vbi adducit illud Ezech. speculatorem dedi te.

De secūdo, quod initio diximus tradi in hoc Euangelio, cōfessione scilicet, ait dñs. (Quæcunq; solueritis in terra erūt soluta, & in cælo.) Cum pcm̄ adeo graue

A piaculū sit, ut diximus, nec plura pcā corrigi possint ab hominibus, quia occulta sunt, voluit in cōfessione oïa manifestari, ut đ eis hō admoneret. Quia uerò tremēdū esset ad Dei thronū accedere maximis sceleribus inquinatum hominem, ió pr̄ filio suo homini ꝑ nobis facto hāc delegauit cām, & oē iudiciū dedit filio, ut ad eū fiducialius accedamus, qui caro ē de carne nr̄a, & os ex ossibus. Sed qa hō iste simul Deus est, ac fons puritatis, & eius conspectum erubescere possemus, aliā adiecit miam, dū iudices huius causæ sacerdotes fecit, qui similes sunt alijs hominibus, & ipsi pctōres qui admirari non possent aliorū pcā. cū ipsi similia perpetrauerint. Et ió Petro claues cōmisit,

B q cū negauit, vt cū ad eum accederet, q Christum negasset, eique confiteretur diceret intra se, & ego negaui illum, Ita. n. sacerdotib. accidit, cū hō eis confitet, dicūt. n. intra se, & ego similia perpetraui.

Sed cura, optimus tibi cōfessarius sit, qui virtute, ac doctrina polleat. Qui. n. sibi nequā est, cui bonus erit? Qui aiam suam negligit, quo pacto curabit tuam? Qūo Medeæ filios cōmendabis tuos cū scias ipsā proprios filios descripsisse, ac

Eccl. 4 comedisse? Hinc Sapiens, Non cōfundaris confiteri pctā tua, & ne subijcias te omni homini ꝑ peccato. Quo loco Græ

Iansē. ca habēt, ut adnotat Iansenius, ne subijcias te homini stulto, etenim, qui nouit adhibere remedium, peccatum confiteri

Orig. oportet. Hinc Origenes in ps. 37. ait sicut hi, qui habent intus inclusam escam indigestam, aut venenum stomacho grauiter imminés, si vomuerint, releuātur, ita illi, qui peccauerunt, si occultāt, & retinēt intra se peccatum intrinsecus vr-

C gentur, & quodammodo suffocantur ab humore peccati, si aūt se accusantes confiteantur, euomunt delicta. Tantummodo circunspice diligētius, cui debeas cōfiteri pcm̄ tuū, cui debeas causam languoris exponere, ut ita demū, si quid ille dixerit, siue quid consilij dederis, facias, & sequaris. Aliqua sunt homini ptiosa, ad quæ optimum quærit consiliarium. Hæc autem sunt, honor, vita substātia, an eū

his

A his non et, animã adnumerabis? Si ergo lis tibi est super oĩ substãtia, aut nobilitate, quem ad uocatum eligis non, ne peritissimum? Itasane, qm̃ illa magna tibi videntur. Sic et si grauissima ægritudine vrgeris, an non peritissimum medicum aduocas, licet diuitias multas insumas, licet aliunde eum euocari oporteat? Cur ergo ad aĩæ tuæ medelam non optimũ confessariũ uocabis.) An pluris ducis salutẽ corporis, quã mẽtis? Inter Deo grauissimas minas illa est, quã Es. proponit. Auferã cõsiliariũ de medio eius. Vbi litera alia hẽt, optimum consilium. Recte Amb. Ad turbidum fontem accedis, ut aquã haurias? præcipue uero necessarius est optimus cõfessarius, q̃a plurima deesse solẽt pœnitentibus, q̃ bonus confessarius attendẽs adimplet, ac supplet. Teneris oĩa pcã confiteri, cordis, ac operis, teneris debitum examẽ pmittere, teneris dolere de Dei offensa, firmiter proponere correctionem uitæ, teneris uitam inchoare nouam, Plurima horum deficere solent, sine quibus aliqñ informis, aliqñ nulla efficitur confessio. Si optimum habes confessariũ, oĩa circunspicier̃, sin minus nõ curaberis. Nũc uero si hic cõfessarius peritus non te absoluit, alium quæris, qui id pstat. Quia. n. mali confessarij aliqui sunt, ab alijs dissentium. Aialia illa Ezechielis licet in se diuersa, sed candẽ tenebant viã: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Ita confessarij agere debẽt. Plures uero sacerdotes constituit Deus, ut facile remediũ peccati inuenias. Impleturq; illud ps. Benedicens coronæ anni benignitatis tuæ, & cãpi tui replebũtur vbertate, Nõ ibi tibi promittit frumẽtũ, aut uini copiã, sed grẽ, q̃ per sacra tribuit, & iõ plures ministros adhibet, quia eorum, quæ maxime necessaria erant, plura dedit, ut æris, aquæ, & terræ. Quia ergo plures peccatores erãt plures ded. t cõfessarios, sed tu tibi optimũ elige. Cõsiliarius sit tibi un⁹ de mille. Et corã eũ effunde sicut aq̃ cor tuum, non sicut oleũ, de quo aliquid manet, uasi adhærens, sed sicut aq̃, q̃ oĩno effunditur, cuius, nec odor, nec sapor manet in uase, ita relinquenda tibi peccata sunt, &c.

Esa. 3.
Ambr.
B
Ezec. 1
Psa. 64
C
Eccl. 6.

FERIA QVARTA POSTA
Dominicam Tertiam Quadragesimæ.

Thema. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me Matth. 15. Esa. 20.

MAxima est inter Deum, ac dæmonem contencio super possessione hoĩs, quisque. n. sibi illum uendicare curat, & diuersis admodũ vijs pcediũt. Sed in hoc vno cõueniunt, quod quisque cor hominis usurpare desiderat, & nihil se habere putat, donec illud acquirat, & expugnet. Et quod Deus eò sagittas suas dirigat, manifeste ostendit ps. cum ait. Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorũ reg's, id est sagitas suas acutas in cor iaculatur inimicorum, ut eos expugnet, ac ad se trahat. Et hoc est, quod Deus ab homine petit. Vnde ait, Fili præbe mihi cor tuum. Simili ratione dæmon in cor hominis sagittas dirigit. Hinc Ioannes ait, Cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas Nouit dæmon, nihil se habere in homine, si cor non possideat. Sicut. n. febris nõ est, donec noxius humor cor occupet, & venenum non occidit hominem, donec illius cor tangat. Ita nulla tẽtatio, aut suggestio dæmonis, hominem lædit, nisi cor expugnet. Ideo licet Paulus, & aliqui ex sanctis fœdissimas tentationes passi fuerint, læsi non sunt, nec coinquinati, quia cor eorum liberum fuit. Si ergo tu grauissimas, ac turpissimas tentationes pateris, nihil mali tibi est, si cordi tuo non placent. Quia illa sola coinquinat hominem, quæ a corde procedunt. Occupauerunt alienigenæ arcem Sion, ut sacra refert historia, & deinde vastabant Ierusalem. Ita cum dæmon cor occupat, uniuersum hominem inficit, ac perdit, Ideo Sapiens monet. Omni custodia serua cor tuum quia ab ipso uita procedit. Præclare ait, omni custodia, omni cura, omnia adhibita diligentia.

Si etiam Deus, cum cor hominis non habet nihil hominis se habere dicit, licet homo uniuersa sua ei tradiderit. Hic in Canti-

Psa. 44
B
Pro. 23
Ioã. 13
1. Mac. 1
63. & 4
C
Prou. 4
Cant. 8

A ticis ait. Si dederit homo omnem substã-
Can.8. tiam domus suæ pro dilectione, quasi ni
hilum despiciet eam. Et ideo in primo
mandato ait. Diliges dñm Deum tuum
ex toto corde tuo. Et hoc est, ꝙ ille postu
Ma.22 labat, cũ primogenitum sibi offerri pete-
Exo.13 bat. Et iõ nunc ait, populus hic labiis me
honorat, cor autem eorũ longe est a me,
& iõ nihil pstat, cũ labia tribuit, & cum
reliqua oĩa dederit, nisi.n. cor det, nihil
se dedisse putat. Si verò cor dedisti, q cqd
aliud dederis, multum est, licet duo sint
æra minuta. Sed ais. Ego cor Deo tradi-
di, quo pacto oĩ custodia nunc illud ser-
uabo, ne dæmon illud occupet. Deus qui
dem custodiam adhibet, tum suam, tum
Angelorum, quia cor iusti lectulus est Sa
lomonis, de quo scriptum est. En lectulũ
Nu. 2. Sal. 6o. fortes ambiunt ex fortissimis Is-
rael. Et vt hanc custodiam Dominus si
gnificaret, præcepit in medio castrorum
B tabernaculum suum esse. Nihilominus
homini curandum est, cor seruare suum
ne illud occupet dæmon. Sed quõ, ais, il-
lud seruabo? Certe si primu.n dæmonis
incursum, ictumque declinaueris. Qua-
tuor illius ictus sunt, suggestio, delecta-
tio, consensus, opus. Primũ est suggestiõ
& ea est colloquium illud dæmonis, qd
cum anima miscet, sicut cum Eũa, inde
procedit delectatio, consensus, ac opus.
Primum ergo impetum inimici repelle,
ille, minimus est repelli facile põt. Sume
Pharaonis consilium, qui inimicos occi-
dere uolens, paruulos necabat, & qa vnꝰ
euasit Moyses, perditus est. Hinc Ps. Bea
tus, qui tenebit, & allidet paruulos eius,
Ps.136 (Babylonis.s.) ad petram. Cum paruum
foramen in naui est, illud refice, ne aqua
q supremam gloriã iustis confert. Sed si
cut illi hoc facto gloriam suã illustraue-
rũt, ita continuo Deus ostendit gloriam C
suã eos curãs, ac protegens, nec pmittẽs
ab igne lædi, sed faciens, quasi uẽtũ roris
flãtẽ, & ignis vincula cõbussit, nõ vestes
& se Deus adiunxit illis sociũ, ut & tyrã
nus ipse uidit, ut illius ueritas cõprobaẽ,
cũ ipso sum in tribulatione. Hoc nobis
cõpertũ, certissimũq; Deus nr̃ esse uult,
si nos illi fideles fuerimus, ipsum nobis
fidelissimũ futurũ, si nos amicitiam eius
coluerimus, ipse nos non deseret. Hinc
sapiẽs, hõ sensatus credit legi Dei, & lex
illi fidelis, si fidelis legi fueris, & lex tibi Eccl. 3.

A ndens erit. Ne infima de Deo tuo sẽtias, & uilia: vile uero esset deesse ipsum ei, q illi fideli est. Sentite de dño in bonitate,
Sap. 1. & in simplicitate cordis quærite illũ, qm inuenitᷣ ab his, qui non tentant illum, ap
Esa.43 paret aũt his, q fidẽ hñt i illũ. Hinc suos p prophetã confortat, noli timere Irrael, qa redemi te, & uocaui te noie tuo, me⁹ es tu, cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina nõ obruent te, cum ambulaueris in igne, nõ combureris, & flãma non ardebit in te, quia ego sum dñs De⁹ tuus, & sanctus Irrael saluator tuus. Et si aliqñ Deus permittat pati suos, id i eorum gloriã, & commodum est. Sicut eadem manu dat mr̃ filio portionem amarã, & dulcẽ cibũ, & in vtroq; mater est.
B Non ergo Deus suos vnq̃ deserit, licet aliquando paruin eos pa: i uelit. Huius vero, quam diximus, doctrinæ praxim in hodierno Euangelio uidere licet. Abijt Iesus transmare Galilæę. Merito mũd⁹ mare dicitur, periculis n plenus, ut mare est, instabilis. Hic vere Scylla, & Charybdis. Hinc Dan. ecce quatuor uenti pugnabant in mari magno, & quatuor
Dan.7. bestiæ ascendebant de mari, Chr̃m ergo abire trans mare, est, abire trans sæculũ hoc vltra mundũ istum, quasi in aliũ migrare mundũ, & sæculũ. nos vero Christum trans mare sequi debemus. Ille mare non transijt, qui huic sęculo cõformatur, ad quẽ Pau. loquit᷑: nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri. Illi uero mare trãseũt
Ro 12. cum Christo, qui noua creatura sunt. De
Gala.5 quibus Populus, qui creabitur, laudabit
C dñm, exterius hoies, interius Angeli, de alio plane mũdo, qui tpalib. relictis cęle
Ps.101 stia curant. Qui vitam ducunt cęlestem, & in admirationem sunt cernentib. Sũt .n. iusti mundi prodigia, ad quæ uidenda Ps. inuitat, Venite, & uidete opera domini, quę posuit prodigia, super terram. De quib. Esa. oẽs, q uiderint eos, cognoscent illos, & dicẽt, hi sunt semen, cui benedixit dñs. Vere si hõ ſm Dei leges uitam suam instituerer, admirationi esset vniuerso mũdo. Hinc Deut.4. ait ad Is-
Deut.4 rael. Hæc est uestra sapientia, & intellectus corã populis, ut audiẽtes vniuersi p̃cepta hæc dicant. En populus sapiens, & A intelligens, gẽs magna, q est. n. alia gens sic ic, y t..., & c. Si respub. ica aliqua eẽt, instituta ſm Euang. leges, miraculũ maximũ toti mundo esset, sufficiens illud cõuertere. Hoc vero in suis miraculũ tepe riri Xp̃s patrem orat, pro his oro, qui credituri sunt in me, vt oẽs vnũ sint, sicut tu pr̃ in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnũ sint, ut credat mundus, quia tu me misisti. Attende miraculum maximũ quo hoies credituri in Xp̃m erant, Io. 17.
cum dicat, ut credat mundus, quia tu me misisti, & hoc perfectæ vitæ testimoniũ fuit pcipuum Apost. miraculũ, quo mũdũ subegerũt Chr̃o. Et hoc idem miraculum Io. datum est, ut Christi testis eẽt oi exceptione maior. Refert Euse. Cęsa- Euseb.
riensis de apostata Iuliano, cum multa B
fecisset, ut idolorum cultũ augeret, hoc demum curauit, ut paganorum uita uirtutib. decoraretur, & hoc scripsit sacerdoti idolorum, qui in Galatia uersabat᷑, dicens, iõ fidem Xp̃i in mundo pualere, q eius cultores virtutib. illustres erant, ioque curãdum, paganos uirtute eminere vt sic idolorum cultus proficeret.

Sed cum teneamur cum Christo mare transire, & vniuersã naturam superare virtute, & in hoc Xp̃s e cęlo descenderit, quis iam est, qui hoc p̃stet? In multis ipsis paganis inferiores sumus, q ea, quę de ethnicis aliqui scripserunt de continẽtia, fortitudine, abstinentia, fidelitate, iustiti i, legit, intuetur uero chr̃ianorũ mores deperd tos, an nõ merito illud p̃phetę vsurpabit: Erubesce Sidon, ait mare? Esa.23
Sæculi.n. huius sectatores, q maris noie C
accipiũt, nos erubescere cogũt cũ nos lõge virtutib. superẽt, Xp̃m ergo mare trãseunẽ sequamur. Cũ.n. Indiarũ aliqua pars adinuenta non est, pauci audiẽt illã denuo inquirere cũ vero aliqs eã iuenit, & innumeros adduxit thesauros, plurimi illũ sequunt᷑. Anteq̃ Xp̃s in mundũ veniret, non erat, qui cœli Indiam pene trasiet. Vnde dicebat propheta, quis trãsfretauit mare, & inuenit illam? (sapientiam, scilicet,) & adduxit illam super aurum electum? Sed iam abijt Iesus trans mare, & apparuit plenus diuitijs cęlestibus,

A bus plenus gratia,& veritate, sequamur ergo illũ,qa vt nũc Io.ait,sequebatur eũ
Esa.45 multitudo magna. De quo Es.ego suscitaui eũ ad iustitiã,& oẽs uias eius dirigã ipse ædificabit ciuitatẽ meã labor ægypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim, viri sublimes ad te trãsibunt,& tui erũt, post te ambulabunt,vincti manicis pergent,& te adorabunt,teq. deprecabunt, tm̃ in te est Deus,& nõ est absq. te De⁹. (Subijt ergo in montem Iesus.) Quæq. uirtus,& montẽ habet,& uallẽ, in mõte est,qui oĩa pp Deum reliquit in ualle, q non rapit aliena, in monte castitatis est
Apoc. 14. virgo,in valle vxorati casti. Vidi,ait Io. supra montem Sion agnum stantem,&
B cũ eo centum quadraginta quatuor millia. Præterea,cum transisset mare in mõtẽ cõscendit,& ibi sedet, multi mare trãseunt,peccata relinquentes, sed propelitus cõsistunt,& fluctus maris illos absorbent,in monte,vbi Christus sedet, securitas est,cum serio virtuti incũbis, cũ in ea sedes cum opera supererogationis p̃stas. In hoc uirtutis monte Iob consederat,quia ait. Viuit dñs,qui ad amaritudinem perduxit animam meam, quia dũ superest halitus in me,& spiritus Dei in narib.meis,non loquent labia mea iniquitatem,nec lingua mea meditabit mendacium,donec deficiam, non recedã ab innocentia mea,iustificationem meã, quã cępi tenere,non deseram. Apprehendite
Psal.2. ergo disciplinam,vt Ps.ait,& in virtutis
C mõte sedete,nec ab illo vos dimoueatis. Ambr.in apologia Dauid ait,nõ vna infusione uelleris, statim pretiosus succus irradiat,sed primũ succo ignobili uellus inficit, deinde alijs succis naturalis eius species frequenter eluitur,& diuerso sæpius calore mutatur, ac sic postea velut plenioris lauacri adhibet infectio,vt pur puræ uerior, atq. perfectior fulgor irrutilet. Sicut igitur muricum plurium in purpuræ infectione, ita in lauacro regenerationis miserationum est,multitudo cęlestium,ut iniquitas deleatur. Q.d.nõ una tinctura purpura perficit,sed pluribus, & prius datur tinctura inferior deinde perfectior, ita nõ repente anima pficitur,sed prius tingitur timore, quæ infima tinctura est,deinde paulatim perfici, A & ibunt de uirtute in uirtutem, quasi a tinctura in tincturam,ut sic recipiant ultimã perfectionẽ, vnaquæque uero tin- Ps. 85. ctura Dei est mĩa,ideo non cõtentus Dauid unica mĩa,quasi vna tinctura plures petit,dicens, sm̃ multitudinẽ miserationum tuarũ dele iniquitatem meã. Tu ergo noli contentus esse, si mare transisti, si peccata dereliquisti, sed qui iustus es, iustificare adhuc in montem conscende eum Chro,in uirtute,sede nec tibi sistendum,donec peruenias, ut uideas Deum deorum in Siõ. Multi.n.similes sunt vaporibus,qui a terra solis calore eleuant, qui tñ in media aeris regione frigida cõsistũt,cõngelantur, & in aquam, vel niuem uersi, iterum descendunt in terrã, B ex qua prodierunt. Quibus similes ij sũt Can.3. qui a peccato tepide discesserunt, & facile in uomitu redeunt. Dic ergo cum spõsa,tenui eum, nec dimittam, & cum Iacob,non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi, donec nomen tibi imponat Israelis,videntis.s.Deum.(Cum sub leuasset oculos Iesus.) Vidit eorum necessitatem,& compassus illis est,cũ amicus tibi compatitur,ait Arist.& D.Th.curat D.Th. malum lauare tuum,quia compassio efficit,vt malum tuum malum etiam amici sit,& hc, ut seipsum leuet, te leuare curat. Sic compassus Christus est,qui labores nostros suos reputauit. Vidi, ait dñs Moysi,afflictionẽ populi mei in ęgypto, & clamorem eius audiui,& sciens dolo- C rẽ eius descendi,vt liberẽ eũ de manibus ægyptiorum. Inter spinas Deus est,cum hęc dicit,sicut.n.in labore erat Israel,& afflictione,ita compatiens Deus in labore est, tũc quidem non affligebat Deus, qui natura sua impossibilis est,sed quasi affligeret,ita miserebat cũ uero hõ fact⁹ commisereri potuit, verè misertus est, compatiens nobis, dolorem sustinẽs ex malis nostris. Si ergo ò hõ iter tribulos, & spinas dolorum vexaris,sit tibi consolatio, qd' subleuat oculos suos Deus ad te,videt te, compatitur tibi, & quasi in- Gẽ.45. ter easdem ille spinã uersatur. cũ afflictũ fratrẽ Beniamin Ioseph conspexit, non se potuit continere,quia erumpebant lachrymæ.

A chrymæ. Si afflictus es, attende, q Chrs conspicit te, ea compassione, quam osten dit, qñ super Hierusalē plorauit, sed si adeo vexaris, ac cōpateris de malo Hierusalē, qūo illud non tollis? si mihi cōpatiris, qūo mihi nō subuenit? Vera dāna continuo tollere uult, si tu uelis, pcā. l. sed tu ñ
Ma. 23 vis. Hinc ille. Quoties uolui cōgregare filios tuos, quemadmodū gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Gallinā pullos hre, manifeste agnosces in uoce rauca, si macie, & alis expansis, ò dñe, q manifeste apparet pullo se hre, q te uidet in cruce marcidū, raucis faucib. extēsis brachijs, manifeste uidebit filios tibi esse, cōgregare nos vis sub alis, protege-
B re nos, sed nolumus. Mala ēt tpalia, & icōmoda curat, & in eis subuenit suis, ut illis expedit. Attende eius curā, subleuat oculos uidet eos, qui illū sequunt, assimilatus patri, qui filiorū recordat, ēt cū illi obliti sunt eorū, q ad ipsos pertinēt, etiā cū tu oblitos tui es, Xps tui recordat. Sicut summus sacerdos in pectore gestat noīa duodecim tribuū Israel, & in eius veste totus erat orbis terrarū ita in Christi dñi corde nos oēs scripti sumus, corde nos gestat, oculis uos contemplat, & ait, vnde ememus panes, ut manducent hi? Solicitudo tpaliū, & fidei, ac spei defect⁹ hoīes perdit, putant ipsis terram defuturā, Audi Philippum, Ducentorū denariorū panes nō sufficient. Audi Andreā, est
C puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, sed qd inter tantos? audi reliquos Apo. q dñt. Dimitte turbas, ut eāt p uicos, & castella, cibū sumere. En solicitudinē fidei defectū. Sed qd Xps dñs ait? nō hñt necesse ire, uos date illis manducare. Mirū profecto verbum hoc est,
Ps. 22. mecū hi sunt, ait Xps, me sequunt, nō habent necesse ire ad qrendum cibū, mea hæc cura est, ad me id ptinet. Sed quale verbū hoc ē ei, q mortaliter peccat, ut cibū qrat, q pudicitia uendit, q furat, ut comedat? Si Deo obsequi uelis, non habes necesse, cibū qrere, dñs regit me, nihil deerit Ps. ait. Quis pricipū id dicet ualeat mihi! mihi deerit? illi certe, q Deū seqt, quem Deus regit, uis nihil tibi desit? adhære Xpo, & dicet, nō hñt necesse ire, nō

semel, aut bis sed centies repetitū est, & A
multis rationibus a Christo dño cōprobatum, nihil nobis defuturum ex his, q 1. Pe. 5
nobis necessaria sunt, si ei adhæserimus, si ei paruerimus oēm solicitudinē uestrā Mat. 6
pijcientes in eū, qm ipsi est cura de nobis. Et Mat. 6. multis id rōnib. cōprobat, dicēs, corpus, & aīa plus sunt, q esca, & uestimenta illa tibi Deus dedit, ēt nō petenti, cur non dabit hæc petenti, & obsequenti? Insuper aues cæli pascit, multo magis te pascet. Sed dñe, ut qd tot uteris rōnib. an non satis est uerbū unicū tuū? Tā pusilli corde, tā parua fide sumus, ut his oībus uti oporteat, nec tñ nobis satis sint. Quid dicat pater princeps uidens filiū solicitum, si cibos, aut uestimenta habeat? an non dicet mea hæc cura est, tu mihi obseqre, ego tē pascā? Quid uero Deus dicet, uidens filiū solicitū, qd manducabo, qd vestiā? an nō hæc ad me pertinēt? Deus dicet. Sed ais, ego oīno tpalium corā deserā, nihil ea curabo, non laborabo, non ira, quid ergo? primū, nulla cā in Deum pecces, nulla adductus necessitate Deum deserat. Secundum solicitus, anxius, & nimium curans tpalia ne sis Tertium labora, et aliq adhibo curā, qa id Deus pcipit, ne tñ labori, aut curæ tuæ fides, sed Deo, qui tibi necessaria subministrabit. Si hac fide in Deū pditi essemus, multa experiremus mirabilia ī tpaliū subministratiōe, q nō experimur. B
quia indignos nos reddimus, cū fidē nō hēmus, ut decet Hoc uero quasi praxi, et C
effectu Xps docet, parās mensā ijs, q sequunt illū, & per manus Apos. id efficit, ut discant sperare cum oculis uiderint, & manib. cōtrectauerint diuinum miraculū. Facite hoīes discūbere. Putant aliqui, in Dei domo nihil esse prer ieiunia, & afflictiones, ecce ēt mensa est, & consolatio. Inter multa, q Eze. in Dei domo uidit unum fuit mensa præclara omnibus proposita. Et in tabernaculo suo proposita semper erat propositionis mensa, & in ea panes calidi, nullus terræ princeps mēsā in domo sua hēt, q iugis sit, ac ppetua sed statutis horis, at in domo Dei ppetua est mensa, in horto illius poma noua, & Apo. 2
uetera. In domo Dei arbor est Io. atteſtā

te,

A te, qui duodecim fructus profert, in singulos menses, vt nunquam fructus deficere possit. Sicut ergo in Dei domo primum videbantur sacrificia, gladij, & sanguis, sed intus mēsa est. Ita initio uiæ spūalis mortificatio, cruxq; apparet, ac cōtinuo mēsa adest cōsolationis, in domo saltus
2. Pa. 9 posuit primum Salomon arma plurima sed postea multa erant pretiosa, floridi horti, & deliciæ plures. Ita nunc post mare, & montis ascensum, mensa paratur.

Secundo attende Dei benignitatē in pauperes, ut eā imiteris, si ꝓcederet nūc Xps per uias publicas, ac diceret, unde ememus panes, vt manducēt hi paupes? principes, ac nobiles; dicite, ubi substantia reperiemus, ut pauperib. subueniam⁹ dicent, debitis onerati sum⁹, familia nobis
B magna est; pauperib. nihil reliquum est, Mercatores, ait Xps; vnde ememus panes, pauperibus? dicēt, filii nobis sunt collocādi, nō hēmus, vñ pauperi demus, Eccl. vñ pauperib. subueniemus? dicent, cōsobrini plures sunt; nobis; nō super est quispiā, ut pauperi largiamur. En hoīum dementiam. Procedat nunc dæmon, & dicat, vñ reperiemus nūmos plurimos in ludos; in infames mulierculas, in spectacula vana, continuò principes aiunt, ac nobiles, in domo mea multi sunt annui reditus, ut his oīb. accurrere possim, continuo mercatores dicent, ut vanitati mūdi, vt delicijs, vt ludo inseruiam., multa congeries pecuniæ in domo mea est. An non stupenda hoīum demētia ista? Simi
Ex. 33. lis profectò illi, q̄ Israelitæ præstiterunt. Petit ab eis Aaron aurum, & argentū, vt vitulos conflatiles faciat, & cōtinuo oīa
C monilia, & ornamenta deponūt, & illa, idolū p̄stant conficiendum. Cū uero propheta diceret, tps est domus dñi ædificandæ; illi aiunt, nondum venit hoc tps, et signa, ac lapides; in Dei domū nolebāt deferre, Deo ergo tuo pauper es; mūdo, & diabolo diues, Deo nihil habes; diabolo plura tibi supersunt. Memento uerborū, quæ Xps, per Lucam ait, quæ uere tremēda sunt, sic erit ei, qui non fuit in Deū diues. Tertio in his dñi uerbis attendendū
Esa. 40 est. si abundare omnia bona principes in republica sua vult, & quisque in domo sui, ut id fiat. Facite hoīes discumbere per A contubernia, & super fēnū, oīs caro fēnū ait Esa. spūs ergo super carnem sedeat; eā subijciat, ne ergo carnis curam facias in desiderijs, ne carni spūs succūbat, sed cōtra spūs dñet. Si. n. carnis cupiditati seruire volueris, oīa, q̄ in mūdo sunt satis n̄ erunt. Vēter ipiorū insaturabilis, iustus vero comedit, & replet aīā suā, ut sapiēs Pro. 33 ait, si ei ꝑ cupiditatib. subtraxeris, multa habebis, q̄ pauperib. tribuas, & superesse tibi multa cognosces. Intuere nunc Xp̄m dñm, quas epulas cōuiuis suis apponat, panē, & piscē, posset plures cibos apponere, q̄ Assuerus, & q̄ tu, nec tñ quos ille, nec quot tu, apposuit iuitatis plures B vero apponi in mēsa cibos, uitio tribuit Clemēs Alex. li. 2. de pęd. c. 2. dicens, his Clem. conuiuijs præest dæmon maximus, quē ego non uerebor appellare uētrē, dæmonem, oīum proximū, ac perniciosissimū, qui in paradiso primos tentauit parētes, ij verò, ait, q uentri se tradūt; similes sūt pisci marino, q græcis dr̄ Onos, cui cor est in uentre, in eisq; illud Pau. locū hēt, quorū Deus uenter est, & gloria in cōfusione ipsorū in eo. n. gloria in cōfusione; ipsorum, in eo. n. gloriam suam collocāt, q hoī confusio est, in cibi. n. sumptione similis hō brutis est, & mensa præsepe quoddā est, aliquāto honestius, quā brutorū, sed illi p̄simile. Et deinde per cōtubernia hi in cōuiuio Xpi sederūt, q a si iuxta C statū, ac cōditionē, q̄ sq; sederet, oīb. satis esset, iō uero multis deest, q a sic nō sedēt, sed ꝑ arbitrio, ac libertate, princeps regis mēsā, pōpā, & ornatum, ac supellectilia hēe vult, nobilis principi æquari desiderat, ciuis nobilem superare, nec quisquam statui suo cōmensurati vult, inde multæ in republica necessitates. Noli ergo extra heminas tuas egredi, sic Psa. faciebat, q ait. Si ambulaui in magnis, & mirabilib. sup me, sicut ablactatus est super mr̄e sua, ita retributio in aīa mea, i. auferatur a me cib. quo alor, sicut a pue- Ps. 130 ro lac, quo nutritur. Necessaria planè Deus mūdo prouidit si ille ordinare eis vti velit, at si qdā inordinati sint, & multa disperdāt, alijs satis nō erit. Manducauerūt, & saturati sūt. Nihil hoīem satiat nisi

A nisi quod illi a Dei manu uenit, reliqua oia magis famen excitant. Sic ex sapiente su
Pro.13 perius diximus, iustus comedit, & replet aiam suã, venter aũt impiorum insaturabi lis: Proprium hoĩs est, super se, & actus suos reflectere, nunc te ipsum attẽde, & uidebis aliqñ te satiatum, cũ pauca hẽas, aliqñ uero famelicũ, cũ multa possideas, quid hoc? nisi quod male parta non satiant, quia a diaboli manu proueniũt, bñ parta implent animum, quia a Dei manu ꝓ
Esa.55 cesserunt. In hoc agnosces si a Dei manu accepisti bona, si illis satiatus es. Hinc Esa. quare apenditis argentum, & nõ in panib. & laborem uestrum, & non in saturitate? Deus uero replet in bonis deside-
B riũ nostrum, satiauit aĩam inanem. non sic satiauerat vniuersus mundus Alexãdrum, qui audiens a Diogene, plures esse mundos, ingenuit, quod nec vnum integrum acquisierat. Sed & in hoc cõuiuio Christi alia eius nobis exhibita cõuiuia significãtur, sed q̃ ista sunt? Certè sicut in regis domo ẽ mẽsa prior, quo inferiores ministri pascuntur, est uero & alia mensa destinata principib. q̃ status mẽsa vulgo nũcupatur, ẽ & mẽsa regis, & filiorũ, ita in Dei domo, q rex magnus est, est in sima mensa, illa, qua corpora pascuntur, hæc. n. non fidelib. solum apponitur, sed
C & infidelib. nec hoĩb. solum, sed & brutis. De qua Ps. qui das escã oĩ carni. Et iterũ, oculi oĩum in te sperãt dñe, & tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples oẽ aĩal bñdi-
Ps.144 ctione. Plures cibi in hac mensa nobis
Ps.135 apponuntur, quid. n. aer cum uolatibilibus, mare cũ piscibus, terra, cum fructib. nisi mensæ huius fercula? Cum uero nos hac mensa pascat Deus, ei ministrare tenemur. Si. n. quidam Dario scribũt memores talsis, quod in domo tua comedi-
3.Es.4. mus, tua curamus, qũo tu memor nõ eris plurium, q̃ a Deo recepisti? Sed est alia ꝓcipua in Dei domo mensa sacrorũ, q bus principes Dei ministri pascuntur, præcipue uero Eucharistiæ. Sicut. n. in mensa status cibi apponuntur, qui e mẽsa regis adducuntur, ita in Eucharistia diuino pa
Zac.12 scimur cibo, de hac mensa Zacha. ait, qd bonum est eius? aut quid pulchrum est il

lius, nisi frumentum electorum, & uinũ germinans uirgines? Cum frumentũ dr̃ A
electorum, ostendit, in hac mẽsa nõ nisi electos, & probatos Dei ministros sedere debere. Et sicut in Hester conuiuio nõ erat, qui nolentes, cogeret ad bibendum, Hest.1
quia præcipuum dabatur uinum, quod satis perse inuitabat, vt biberetur ita solũ in anno præciperis, ad hanc accedere mensam, nec amplius cogeris, tam. n. dulcis cib. est, ut ipse satis per se ipsum trahat. Sicut. n. sunt cibi ita dulces, ut in eir mẽsura opus sit, nõ ui aliqua ut comedat, ita dulcissimus hic cum sit, non coactione opus est, sed potius esset abstinentia indi B
cenda. Sicut de melle sapiens ait, fili mi inuenisti, comede, quod sufficit, ne forte satiatus, euomas illud. Et de Manhu (hui⁹ Pro.25
sacri figura) præceptem est, ne ultra Gomor quisquã colligeret. Est uero Dei mẽsa in regno cælorũ, ĩ qua Deus ipse sedet & nos filii Dei effecti sedebimus, de qua Xps dñs ait, ego dispono uobis regnum vt edatis, & bibatis supra mẽsã meã in regno meo. Ibi eodẽ pascemur cibo, quo Deus, quia ille clare uisus oĩb. erit cibus. Illud conuiuiũ in monte ẽt fiet, ut Es. ait faciet dñs in mõte hoc cõuiuiũ pinguiũ, conuiuiũ uindemię, pinguium medullatorum, vindemiæ defacatæ. De eodem E- Ez.38.
zec. in mõtib. Israel pascã eos, in pascuis C
uberrimis. Ibi uere saturabimur, satiabor, cũ apparuerit gloria tua, Ps. ait. nihil . n. nobis desiderandum restabit, cum ostenderitq. nobis oẽ bonũ. Ibi sedebimus hic. n. stamus ſp, nihil. n. firmũ, aut stabile est, ibi uero æternũ, firmũq. sedere nos faciet, & ibi requiescemus a laborib. nostris ibi panis viu⁹ nobis ꝓponeť, de quo Esa. ei, qui claudit oculos suos, ne uideat malũ, panis ei paratus est, q regẽ in decore suo uidebit. Qui in conuiuiũ illud cęleste ire disponit, abstineat ab his, quæ mundi sunt. Si enim a rege in conuiuiũ uocareris, indignũ esset, prius stomachũ onerare cibis uilissimis? Inuitatus es ĩ cęleste regnũ, audi Ioan. Vincẽti dabo Mã Apo.2.
na absconditum nullũ Deo cõueniẽtius nomẽ q̃ mãna, i. qd est hoc, q Deus incõprehensibilis nobis est, & lumine glorię indigemus, ut eũ clare uidere possimus,

n unc

A nunc ergo abstineamus interim a carna
1. Pe.3 libus desiderijs, quæ militant aduersus animam, quia peregrini sumus in cęlum migrantes, ne ergo hic impleamur terrenis. Eo uiso miraculo, aiunt. Hic est uere Propheta, &c. Prophetã se Christus dñs
Ma.13 dixit. Matth.13. non est propheta sine ho
Luc.13 nore, nisi in patriã sua, & Luc.13. non capit prophetam querit extra Ierusalẽ, sed cum dr uerè propheta, ostenditur, alium esse falsum prophetam, mundum s. & dęmonem, qui se fingunt prophetas, multa .n. ventura peccatorib. annunciant, requiẽ, bona, pacem, promittit ex superbia excellentiam, ex inuidicta claram famã, ex accidia requiem, ex auaritia sufficientiam, ex gula gaudiũ. De iustitia, ac uirtute dicit, esse impossibi ẽ, asperam. Non hic est uere propheta, sed falsus, Christus verè propheta est, qui sp uera annunciat ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in
B mundum, ut testimonium perhibeã ueritati. qui.n. ueritas est, decipi non potest, sed nec decipere, huic ergo credam⁹, non mundo, non dæmoni. Et hinc illi hoies collegerunt, ut Christum sibi regem facerent, etiam ui, illud.n. significat Io. cum ait, Vt raperent eum, &c. Optime profecto hi colligunt. Dñs sustentat me, cibũ mihi tribuit, sit ille rex meus. Regnare super nos desiderat, dæmõ, desiderat, & Deus ambo aiæ nostræ amatores dicuntur, ambo eã emulantur, aĩa uero p Oseã loquitur. Ibo post amatores meos, qui dant panes mihi, ostendit uero in cap. 2. Deus, Non dæmonem esse, qui animam pascit, sed ipsummet. Hunc ergo nobis regem eligamus, ne nobis dicat; quod
Oseę.2 Oseas, ait dilexisti mercedem super om
C nes areas tritici, quasi dicat, do ego tibi tritici areas plures, plura, quibus vtaris, ut cibis, tu uero præ elegis mercedem, i. mercenarium esse dæmonis, potius, quã filium meum. Regem ergo tibi constitue Christum, nec fugiet a te, ut nunc fugit, ne rex fieret, in me ut super animas nostras regnet, in monte alio nos expectat
Psa.92 in Caluario, ubi dominus regnat, & corona regni insignitus est, ubi omnia trahit ad se, &c.

Feria II. Post Domi. IIII. Quadrag. A

Thema. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Ioan. 2.

DEus noster tanq̃ creator oium, dñs oium est. dominus vniuersorũ tu es. Vnde Ps. Domini est terra, & plenitu Psa.23
do eius. Et dominus ait, mea sunt omnia Ex.13.
potuit ergo sibi seruare uniuersorum dominium, ac possessionem, & nihil huiusmodi concedere, voluit tamen id efficere, sed quasi res vniuersas cum homine diuisit, dum sibi quædam seruauit, quæ sua dixit, reliqua hoi concessit, ut eorum dominium, ac possessionem haberet, eisque uteretur pro libito, hac tamen lege, vt in peccati materiam ea non conuerteret, sed iuxta leges a Deo præscriptas eis B
vteretur. In pluribus. hoc manifeste ostendemus. Primum in tempore, quod Deus ex thesauris æternitatis suæ educit medio cursu cœlorum. Aestatem, & Ver tu psalmasti ea, & cum omne tempus sibi posset vsurpare, hominesque deuincire, vt vniuersum tẽpus i eius obsequio duntaxat insumerent, nihilominus pro sua benignitate uoluit sibi seruare dies paucos, quos dies suos dixit, reliquos homini concessit, ut suis commodis attendat. Sic enim in Exodo scriptum est, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septima autem die Sabbathum do- Psa.73
mini Dei tui est. Quasi dicat. Sex dies tibi concedo, ut tua peragas negotia, septimum mihi seruo, ut meo intendas obsequio. Simili rõne in terrę locis se habuit, diuisit enim terræ loca inter se, & homi- C
nem, licet enim vniuersa terra Dei esset, Ex.20.
seruata tamen sibi aliqua parte, in qua coleretur ipse ab hominibus, reliqua omnia homini concessit, ut coleret agros, plantaret uineas, ędificaretque ciuitates. Hinc Esa. ait, dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus in Ierusalem. Quasi dicat, sicut tu habes domũ, & ut vulgo dicitur, ignẽ, aut focum in hoc, vel illo opido, ait, dominus habitationem, ac ignem habet in Sion, & Ierusalem. Hoc ipsum in hoium filijs decreuit, ex quib. primo gentium

A gentium sibi usurpabat in lege, reliquos parentib. relinquebat. Sed hic attendenda Dei nostri benignitas, ac in nos liberalitas est, qui pauca sibi seruás, plurima hoi dedit, ex hebdomadæ d ieb. vnũ sibi vsurpans, sex hoi reliquit. Ex terræ spacijs maximis parum, quid sibi in templa seruans, innumera hoib. reliquit. Et id ẽt, quod sibi quadam rõne seruauit illa rõne plus hoi tradidi, quam reliqua oĩa. Si.n. festus dies honori Dei dicatus est, si templum eius cultui consecratũ, hoi etiã relinquitur, dum Dei cultu magis proficit in omnibus, quam proficeret alias. Nunc ergo hominum ingratitudinem, ac auaritiam attende, qui rapere vult, ꝙ ei non est concessum, & per iniustitiam vsurpare vult, quod Deus sibi seruauit. Hoc in hodierno Euang. expressum uidebimus, non semel, sed bis in his, s. quæ ad tps, & in his, quæ ad locum spectant,

Exo.13

B Audi Ioan. prope erat pascha Iudæorũ. Expendit Origenes in Io. dici pascha Iudæorum, quia licet dñi esset, ac diceretur in scriptura, tamen Iudæi illud sibi vsurpauerant, dum non illud consumebant in Dei ueneratione, ac cultu, sed in peccatoris, vt hodie uidere licet in Euangelio, cum in hoc pascha te Iudæi lucris inhiabant, & Christum persequebantur. Nõ ergo dicatur dies festus Dei, sed Iudæorum. Et hac ratione hos dies execratur dñs per Isaiam dicẽs eos, ac festa hoĩum esse, non sua, calendas uestras, & solennitates vestras odiuit aĩa mea. Mei erant dies isti, vos autem illos vsurpastis, ut peccatis seru atis, odiui ergo eos. An non detestanda hominis peruersitas est, qui vnum, quem sibi Deus seruat diem, vsurpat, ut se peccatis tradat. Simili etiam ra

Orig.

Psal. 1.

C tione de templo dicendũ est. Dei domus templum erat, ut soli Dei ibi hoĩs vacarent, Iudæi vero, Illud fecerant domum negotiationis, illud sibi vsurpauerant, & ideo Christus ait. (Auferet ista hinc.) Sed ô domino, nonne tu in lege præcepisti animalia in templum deferri, quomodo ergo nũc ais, auferte ista hinc? certe aĩalia in templum deferri iussit, vt mactarentur, & Deo sacrificium offerrenť, non ut venderentur, & publicè oĩbus exponerentur, quia bruti hominum appetitus in tẽplo sacrificandi Dei sunt mortificandi, ac excoriandi, non uendendi. Inter Israelis grauissima crimina numerat. Amos illud, super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui. Quæ uerba Hier. sic explicat, super vestimentis eorum, qui ad idola ire nolebant, quæ vi extorserant, accumbebant in templo, ut epularentur. Et uinũ eorum, quos calumniabantur, & inique damnabant, bibebant in templo. in poculo aureo defert vinũ babylonica mulier, & illud vinum damnatorum dici iure potest, quia reprobi eo uino potantur, illud aũt bibunt in domo Dei, qui in tẽplo peccant, qui illuc, eũt, ut uana videãt, ut appetitui inseruiãt. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibẽdum, ait Ecclesia Dei contemnitis? ait Pau. Q. d. ex Dei domo vis facere domũ tuã, & in tẽplo versari, quasi in domo ꝓpria? sed si Dei domũ vsurpare in domũ hoĩs scelus est, quale erit piaculũ, si dom⁹ Dei domus dæmonis fiat? id vero efficit, q pcã in illã inducit. Vñ Augu. in Io. ait. Ecce tẽplũ illud figura adhuc erat, & eiecit inde dñs oẽs, q sua q̃rebant. Et q ibi vendebant illi? Quę opus habeant hoĩes in sacrificijs illius temporis. Nõ ergo magnum pcm, si hoc uendebant in tẽplo, ꝙ emebatur, ut afferetur in templo, & tñ eiecit inde illos. Quid sibi ebriosos inueniret, quid faceret dominus, si uendentes ea, quæ licita sunt, & contra iustitiam non sunt, eiecit? Si Dei domus non dẽt fieri negotiationis domus portationis debet fieri? luxuriæ, & detractionis licet fieri? Sicut ergo nunc iudices a rege cõstitui solent, qui iudices dicuntur minorum, ad quos spectat terminos diuidere, & curue sua m tribuere possessionem, & iniustè ablata prædia, ac male diuisa dominis restituere, ita nũc Christus termi norum iudicem agit, & a templo omnẽ expellit negotiationem, dicens, domus ista domus Dei est, nõ uestra Dei cultui dicat non negotiationi, auferet ista hinc, & cuiusque terminus seruetur. Sed prætereundum non est illud. (Cum fecisset

A

Amos. 2.

1. Cor. 17.

B

Augu.

C

A esset, quasi flagellum de funiculis. Non deferebat Iesus flagellum, sed illud confecit ex funiculis ipsorum, quos eiecit, illi.n. funiculos deferebãt, vt merces, & aliã ligarẽt, illos ergo sumens Iesus flagellũ facit, quo eos punit. Funicul⁹ i scriptura significare solet cõsilia, inuẽtiones intẽtũ hois, vulgo dicunt tracas, sic accipit ps. cũ ait, itellexisti cogitationes meas de longe, semitam meã, & funiculũ meũ inuestigasti, & oẽs uias meas pu idisti, funiculũ, i. studia mea, lõgũ meũ tractum, meam gyrationẽ, meos sigos sinus questigasti, ideo Esa. ait, væ qui trahitis iniq. tatem in funiculis uanitatis, & quasi uinculũ plaustri pc̃m, in funiculis vanitatis pc̃m trahic, cũ vanis cogitationib. ac ad inuentionib. & cõsilijs iniquitas ab hoie cõpletur, ac in finem usq. perducitur illigaturq. pc̃o, vt bos currui, quem post se trahit, cum loris alligatus est, sed nũc attende Dei suppliciũ. Ex tuis funiculis ex adinuentionib. ac cogitationib. tuis faciet Deus flagellũ, quo te flagellet. Hinc Ps. vlciscens in oẽs adinuentiones eorũ. Et Es. ruit.n. Ierusalem, & Iudas cõcidit qa lingua eorũ, & adinuentiones eorum contra dñm, Hinc de impijs sapiens ait. Comedẽt igit fructus uiæ suæ, suisq. consiliis saturabunt. Prauorum.n. consilia, ac cogitationes, q̃ contra Deum sunt, ipse in eos retorquet, & is illi pereunt, id Pharaoni accidisse memoriæ prodidit Iosephus 2. Antiquitatum cap. 5. qui ait, magum quendã dixisse Pharaoni, uirũ Hebræum futurum cito, q ægyptum, & Pharaonem perderet, ille vero, ut huic malo occurreret præcepit oẽs masculos Hebræos in flumen proijci, sed hoc ipso consilio periit, quia misso in aquã Moyse, inde sublatus a filia Pharaonis, & a Pharaone nutritus tanquã filius, dux egregius processit, qui ęgyptum perdidit. Et aquis, quibus uoluit Pharao Israelitas suffocare, suffocatus est, cũ suo exercitu. Hoc bombyci accidit, qui sibi putat conficere domum pulchram, ac blãdam, eum fericã domũ conficit, & sepulchrum sibi ædificat, quo misere inclusus perit. Ita misero homini accidere solet, qui dũ putabat, sibi parare delectationem, ac se quiem, necem, & interitum sibi parat. An non id sæpe auaris accidit, qui vt oẽs diuitias congregẽ, funib. plurib. se irretiunt, ac contactib. & illis ipsi oia amittunt, q̃ possident? Id ipsum superbo accidit, qui, vt honores assequat, consilia init quib. perit, sic & plurib. accidit, qui ubi carnis uoluptates quærebant, mortem miseram repererunt. Ecce funiculus, eorũ conuersus in flagella, quib. eos Deus puniuit. Sed eorũ Xpi dñi factum contẽplemur, & uideamus, qd discipuli eo inspecto dicãt, quid item pharisæi. Si mitissimus fuit Moyses super omnes homines, qui habitabant in terra, ut scriptura ait, mitior illo fuit Christus, qui ait. discite a me, qa mitis sum, & humilis corde. Et ideo. Agnus dicitur, quo nihil mitius apparet. Sed nunc attende Agnũ in Leonem mutatam, qui vniuersa euertit, mẽsas subuertit, es effundit, hoies flagellat, animalia procul abigit, quid in cãsuit, q eo sit furore concitatus. Certe, quid dixerunt discipuli: Ioannes ait, (Recordati vero sunt discipuli eius, quia scriptũ est, zelus domus tuæ comedit me. Sed quid sibi vult illud comedit me? sane, qui comedit cibum intra se illum includit, in se conuertit, & naturam cibi mutat in suam. Ita nunc zelus comedisse Christũ dr, ait Rupertus, quia cũ ille natura sua mitis, et misericors sit, hoiũm facinora fecerunt, ut zelus eũ deuoraret, & quasi comederet Deũ misericordẽ, & eius dulcedinem intra se includeret, ne appareret, & in uindicẽ meũ mutaret. Factus nunc Xps est carbo incẽsus, q flãmas, ac scintillas in pc̃õres emittit. Quemadmodũ cũ ignis deuorat ligna, illa in ignẽ mutat igne zeli nunc Xps ardet, Sic exponit August. & Hiero. verba illa difficilia Ps. Cum peruerso peruerteris. Cum enim, quis relicta naturali affectione, in crudelem mutat, dr peruerti, ita de Deo ait Dauid, cum eo, qui peruersus fuerit mutabis, tu ò dñe natiuum tuum ingenium, quia cum natura tua te inclinet ad miserendum, uindex eris, & punitor. Hiero. ait. Qui mitis est, & benignus, cuius natura clementia, & bonitas, vestri causa cogitur personam, quam non habet, crudeli-

Marginalia: Ps. 13. — Esai. 5. — B — Ps. 98. — C — Iosep. — Simile — A — B — Nu. 12 — C — Rupert. — Ps. 28.

A delitatis assumere. An nō nūc peruersus Xp̄s apparet, qui ex benigno, uindex efficitur. Sed quid mirum mutatum inuenit templum in forū emptionū, in domum negotiationis, ac caulam boum, & denique in speluncā latronū, sicut. n. immotū
De. 32. speculum in diuersas mutatur figuras ꝓpter diuersitatē eorū, quæ ei obiiciuntur ita immutabilis Deus in seipso in effectibus mutari ur̄, ꝓ hoīum meritis, aut demeritis, in abominationib. eum prouoca
Esa. 43 uerunt. Sed qm̄ natura sua punire nollet, laborare dr̄, cum punit. Hinc p Esaiā uerūtā seruire me fecisti in peccatis tuis laborem mihi præbuisti in iniquitatibus tuis. Qua rōne dicit, seruire me fecisti, certe quia seruum agit, dum punit. An nō seruile munus est, munus carnificis?
B En hodie Xp̄s carnifex apparet, dum flagellum sumit, ac flagellat, seruire ego eū facimus, cum uindicem eum efficimus, sed quo pacto ei laborem præbemus? Certe cum ea agis, quæ naturæ, & ingenio tuo conueniunt, laborare non diceris, sed potius delectari, cum uero ea præstare cogeris, q̄ nolles, & q̄ ingenio tuo non conueniunt, laborare te dicis, ita ergo dn̄s hoīum more loquens ait, laborē mihi ꝓbuisti in iniquitatib. tuis, quia ultionē de te sumere cogis, quod mihi natiuū non est. Audiuimus, ꝙ discipuli dixerunt uiso eo Xp̄i facto, nūc uideamus, quid Iudæi dixerint, & quid eis Xp̄s respondeat. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Vt hæc, & quæ sequūtur, percipiatis, nondum est signum, siue mi-
C raculum opus esse, quod uniuersas uires
Psa. 71 creatas superat, quodque a Deo solo fieri pōt, qui facit mirabilia magna solus. Apparētia quidem miracula efficere dæmon, & magi p̄nt, vera aūt nec Cherubini, aut Saraphini, sed solus Deus, ut cæcū illuminare, mortuum suscitare. Et iō miracula, author, ac patrator Deus est, creatura aūt duntaxat est instrm̄. Nec tn̄, ut causa uniuersalis Deus se habet in miraculo, sed ut particularis cā. Et ideo impossibile est, miraculum effici in falsitatis testimonium, quia miraculū est Dei opus singulare, est, quasi regium sigillum &

quasi nomen regis subscriptum, quo mu- A
nitur instrumentum publicum, ut ei ab omnibus fides adhibeatur. Et iō cum miraculum in alicuius ueritatis testimoniū efficitur idem est, ac si Deus nomen suū subscribat, & sigillum suum apponat, ut illud credatur. Et ideo nomen hebręum, quod ponitur loco illius noīs signum significat characterem, & subscriptionē. Et nomen latinum signum significat et sigillum, quia miraculo confirmatur veritas aliqua tanquam diuino sigillo, & Exo. 4.
subscriptione. Et iō probatio prophetę a Deo missū, est miraculum, ꝙ manifeste ostendit, a Deo authoritatem hr̄e, qui illud perficit, hinc Moyses signa a Deo petit. Et signum Dei veri ab Elia proponit 3. Reg.
ignis adueniens, Nunc ergo Iudæi Xp̄o. 19.
dn̄i, vsurpas tu nunc principis potestatē, B
dū punis, ostēde signum, quo videamus a Deo te mitti in principem nostrum, ut hæc agere possis. R̄ndet eis Xp̄s, soluite templum hoc, & in trib. diebus, excitabo illud, ille āt dicebat de templo corporis sui. Illud uerbum soluite phrasi scripturæ significat, soluetis, qa sæpe imperatiuum ponitur pro futuro. Q. d. Iudæi signa petunt, sed ꝓcipua signa ego eis dabo in morte, & resurrectione mea, quib. me agnoscere possint. Nūc ergo cum ait soluite tēplū hoc &c. idē ē, ac si diceret, interrogatis me, ī qua ptāte hæc faciā. Possē uobis r̄ndere, me Deum uerū esse, ac dn̄m oīum, & ideo hac me uti nunc authoritate, ut e domo mea pellam emētes, & vendentes, sed nunc hoc titulo vti nolo, sed alio, quia homo sū, & Messias, ac princeps uester, quo titulo dn̄s sū hominum. hunc āt in hoīes principatum perfi C
ciam morte, ac resurrectione mea, cum 1. Co. 3
vos solutis hoc tēplū, & ego illud reędificabo. Hinc Paulus, omnia. n. uestra sunt uos āt Xp̄i, & iterum idem Paul. ait. An nescitis, qm̄ membra uestra templū sunt Spūs sancti, qui in uobis habitat, quem habetis a Deo, & nō estis uestri. Et idem ad Romanos ait. Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur, siue. n. uiuimus, dn̄o uiuimus, siue morimur, dn̄o Ro. 14.
morimur, siue ergo viuimus, siue morimur, dn̄i sumꝰ. In hoc. n. Xp̄s mortuus est,

A est,& resurrexit,ut mortuorum,& viuorum dominetur, licet ergo Dei simus iure creationis, alio potiori iure eiusdē sumus, titulo redēptionis,quia nos sanguine emit, & ideo princeps noster est, & nos punire pōt. Attende ergo nunc,an iure sibi nos uēdicare possit, an iure uniuersū tps vitæ nostræ sibi usurpare pōt, & uniuersa nostra,cum se pro nobis tradiderit. Merito ergo ingratos arguit,ac flagellat,qui parum temporis ei non cōcedunt, qui templum eius usurpans, qd sibi ipse uendicauit, Ideo ait Chrysostomus,columbas, & animalia sacrificāda expulit de tēplo, quasi diceret, ut qd tot columbæ, una columba Christ⁹ satis est pro sacrificio. Quorsum tot tauri? primo
B genitus taurorū Christus satis est. Quid tot oues? Adest agnus Dei,ardet igne zeli,qui comedit cū vult,holocausta. Eant foras animalia, quia ego sacrificandus sum,& sacrificio, ac præsentia mea templum sanctificaturus, ut maximo habeatur honori, & ideo domus negotiationis non sit amplius, quia coram me nihil decet esse non sanctissimum.

Sed quod non crudelitate,sed zelo,ac amore puniat Christus,ostēdit dū quasi flagellū sumit,ut homines flagellet. Ipse uero propter homines durissima flagella sustinuit,ne ipsi perirent in æternum.
Psa.37 Vnde in ps.ait. Ego autem in flagella paratus sum,idest,non fugio,nec me abscōdo sed deorsum meum tribuo, ut flagella diuinæ irę sustineam ne uos pereatis, unde Aug. Qui dure flagellandus erat,
C prius eos leuiter flagellat, ut corripiant. Non ergo dura est hæc manus, quę nūc extenta est in suppliciū,cito .n. clauis p vobis confixa erit in cruce, si nunc funiculos aripio cito fune ligandus sum, ac trahendus ad tribunalia pro uobis. Soluendum ergo, & dissoluendum tradā tēplum corporis mei pro uobis tanquam redemptor uester. Sed in trib. dieb. excitabo illud. Nec.n.in passione sistendū mihi est,sed ad gloriosam uitam trāseundum. Quia si Christus non resurrexit a mortuis, inanis est prædicatio nostra, Inanis est,& fides uestra. Author ergo ē Christ⁹ uitæ æternæ,& hic est alter titulus,quo iure sibi eam authoritatem usurpat,ut homines puniat, tanquā pater futuri sæculi, tanquā tributor bonorū gloriæ. Et q ęterna mercede suos munerare debet,iuste exigere pōt ab homine partem tēporis, quā impendat in eius obsequio,& partem hæreditatis, ac substantiæ, quam relinquat Dei templo, ac cultui. Et iō merito ait,nolite mihi vsurpare templū, relinquite mihi hæreditatem meam, quia ego uobis paraui æternā in cęlis māsionē, & domū non manu factā, sed nihilominus illud objicere Christo possumus, quod eodem flagello homines percutiat, quo bruta animātia, id.n. indecēs humanæ dignitati esse uidetur. Huic obiectioni occurrere facile Xps pt dicens. Si homo degenerauit in bestiam, mirum non est, si tanquam iumentum percutiatur, seruet ille nobilitatem suā, & ego cum tractabo tanquam liberum, & ingenuum, & diuersis funiculis cū eo agam, illis certe, de quibus per Oseā dicitur,in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Hinc ps.ait. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit. Quid est misericordia circundabit? Certe sicut funiculo ligas, & circundas hominem, ita beneficijs,ac misericordia ligatur, ac circundatur Dei filius. Si autem in bestiam mutaris,multa flagella tibi parata sunt tanquam iumento. Si cum uocatis a domino ut Matthæus,mensam,& nūmos relinqueres, non oporteret Christū euertere mensam, & nummos effundere. Flagellū quasi scopa est,quod si tu eā assumeres, & domum mentis verreres, cum psal. qui ait,excitabar,& scopebam spiritum meum,non eam Christus assumeret. Quia si nos metipsos iudicarem⁹, non utique iudicaremur. Quando prætor delicta punit, nō opus est alio iudice, qui a curia ueniat,ad aliquod facin⁹ grauiter puniendum. Si uero illa non puniat,quid mirum, si iudex quæratur uindex patrati criminis, qui Hispane dicit pesqui sidor. Non uis tu ieiunare, immittit dominus ægritudinem, qua ieiunes nō uis peccata castigare tua,tribulationem immittit Deus, ut delicta nō maneant

Marginal notes (right column): B; Oseæ 11.; Psa.37; Psa.76; C; 1.Cor. 11.

A neam impunita. Hinc de peccatrice muliere dicit Christus. Dedi illi tempus, ut pęnitentiam ageret, & non vult pęnitere a fornicatione sua. Ecce ego mittam eam in lectum, & qui mæchantur cum ea, in tribulatione maxima erũt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint, & filios eius interficiam in mortem. Et sciēt omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes, & corda, & dabo vnicuique vestrũ secundum opera sua. Quasi dicat, scient omnes, esse iudicem vindicem eorum malorum, quę homines nolunt in seipsis punire.

Sed Dei misericordiã attende, qui ea de causa punit, ac percutit, ut homo resipiscat, & ad percutientem se conuertatur. Vnde Paulus, cum iudicamur autē
1. Cor. 11.
B a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur, naturale n. homini est, si percutiatur ab aliquo, ad eum faciē vertere. Vnde conqueritur dominus per
Esa. 9. Esa. de his, qui percussi ad eum non redeunt adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se. Et dominum exercituum non exquisierunt. Non ergo odio, sed amore nos flagellat Christus. Hoc autem miris verbis depingit Es. Indutus est uestibus vltionis, opertus est quasi pallio zeli, indutus est iustitia vt lorica, galea salutis in capite eius. Depingit Deum homines flagellantem, & ait, cum ipse sit bonitas, ac misericordia, operit seipsum armis, ac vestibus vltionis, Non ergo ipse vltior est natura sua, sed aliunde vestitur indumēto ultionis, & operitur pallio zeli. Sed galea salutis in capite eius est, quia insigne eius est misericordia, quam hominibus
Esa. 59
C conferre vult, vt salutem animæ consequantur. Litera galeæ sculpta est, iustus, & saluator, ut nouerit homo, quid capite, & cogitatione sua Deus cogitet, cogitat enim cogitationes pacis, & non afflictionis, & ira in indignatione eius, sed
Ez. 29. vita in uoluntate ipsius. Quasi dicat, li-
Psa. 29 cet ira appareat in Dei vltione, sed in voluntate, ac capite illius in eius intentione uita est, quam nobis conferre desiderat, &c.

FERIA QVINTA POST A

Dominicam Quartam Quadragesimæ.

Thema. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina mea, an ex Deo sit. Ioan. 7.

MAximus ille Philosophus Trimegistus dixit hominem mirabile uinculum naturæ. Quia cum mundus hic a Deo conditus constet B
ex corporalibus, & spiritualibus creaturis merito homo uinculum, & connexio earum dicitur, cum ipsius esse, ac natura sit unio animæ spiritualis cum corpore, ex quibus homo resultat. In hac vero vnione illud necessarium fuit, ut corpus ascenderet super omnia corpora, & spiritus deprimeretur, ac descenderet infra omnes spiritus. Sic etenim rectè medium vniuersi efficitur homo. Hinc Galenus scripsit librum, cui titulus est, quod animi affectus corporis temperaturam sequantur, quod ex commercio, ac communicatione inter animam, & corpus colligit. Et hinc manifesta experientia fit, quod in corporalibus operibus excedit homo cuncta animantia, & C
in spiritualibus deficit ab Angelis, & minoratur ab illis. Licet enim uoces datæ sint animantibus, quibus conceptus exprimant, sed non articulatæ, & distinctæ ut homini, qui loquela sua intellectum manifestat, quo reliquis præstat. Similiter in risu, visu, ac motibus corporis ab intellectu participat uim, decorem, ac pulchritudinem. Contra autem anima deprimitur, ac descendit etiam in operibus intellectus a corpore grauata.

A grauata. Vnde sapiens, corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Et ideo in modo intelligendi procedit modo, quodam corporali, dependens a phantasmatibus. Et si spirituale aliquid intelligere velit, illud induit figura quadam corporis, sic Angelum intelligit quasi iuuenē pulcherrimum. Et hinc fit, vt corporalia omnia, delicias, diuitias, ac honorem intelligit optime, spiritualia uero nō directe: sed reflexione quadam: quasi a latere uidet: nec ea comprehendit: ut in se sunt. Cum autem volūtas feratur in res:
Mar. 6 secundum: quod ab intellectu ei obijciuntur: hinc fit, ut magni ducat temporalia, eisque facile feratur, spiritualia autem non in tanto habeat pretio, sed quasi in somnia illa putet. Hinc cum discipuli
B resurrectionem Christi audissent a magdalena, visa sunt illis deliramenta. Videntes Christum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, vel vmbram. Quia spiritualia, ac diuina p vmbras: ac phantasmata intelligemus, videntur nobis phantasmata esse, nō res veras. Cum tñ res aduerso se habeat, q̄a spiritualia uera sunt bona, solida, ac realia, vt sic dicam, temporalia uero umbra ac phantasmata sunt, homo tñ e diuerso
Esa 40 iudicat. Audi Esa. Aegyptus. n. frustra, & vane auxiliabitur, ideo clamaui sup hoc superbia tm̄ est; quiesce. Quo loco litera alia habet: bulla tantum est; quiesce, quasi dicat propheta. Vis nosse o hō quid sint oīa ægypti bona? scito, ea similia esse bullæ, quæ in flumine fit, quæ nihil aliud est; quam parum aeris inclusū in minima aqua. Et licet sol radijs suis
C bullam illā illustret: & colorib. pulchrā reddat, ut lapis appareat pretiosus; tamē nihil est, superbia tantum est, bulla duntaxat est: quiesce, noli ad eam capiendā ī flumen descendere, nihil. n. inuenies sicut enim, qui apprehendit umbram; & sequitur ventum, sic qui attendit ad visa
Ecc. 34 mendacia. Qui ergo animam corporis mole depressam, uitijs, ac pctis amplius deturpat, doctrinam Christi non recipit nec a Deo uenisse credit, sed deliramentum putat. Qui uero animam a terreno hoc carcere eleuauerit, & motibus iustis eam recte composuerit, ac a cupiditati-
A bus abstraxerit, ille cognoscet de doctrina Christi an ex Deo sit. Hinc Pau. Animalis homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia. n. est illi. Quia. n. ni- 1. Co. 2
mis corpori immergit anima, quasi corporea redditur, & nihil nisi corporeū sapit. Et iō, cum Christi doctrina doceat, terrena despicere, illā putat deliramētū. Recte ergo nunc Christus ait mirantib. de eius doctrina, nec credentib. eū Deū esse. Si quis voluerit uoluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Quasi dicat, quia uos non vultis facere Dei voluntatem, ideo non agnoscitis, cuius sit mea doctrina, deponite iram, inuidiam, sæculi cupiditatem, quam contra Dei vo-
B luntatem concepistis, & intelligetis statim, a quo sit doctrina mea, a Deo, an a me ipso a se ipso dicit, vt opponit a Deo
Sicut magnum malum inferret regi, qui eum spoliaret regno, quod possidet, proximum uero malum huic esset, si quis priuaret filium regis hęredem regni, iure illo, quod habet ad regnum. Sed obsecro, inuenies ne hominem adeo dementem, cui dicere possis, multas congregasti diuitias, proijce illas omnes in momẽto in profundum maris? vel filius rex Hispaniarum regis, & hereditario iure rex eris, cede huic iuri, relinque regna tãta? Si nullus adeo demens est, cui hęc dici C valeant, qua ratione effici potest, ut innumeri sint homines, ad quos dęmon accedat, & facile suadeat, ut leui, uel nulla cã vniuersa merita, thesaurosque cęlestes, & ius ad regnum ęternum amittant? Infinitos habebas thesauros o homo, cum in gratia eras: possidebas enim sapientiã quę infinitus thesaurus est hominibus, ut sapiens ait, proiecisti a te sapientiam, reliquisti eam, venerant ad te bona cun- Ps. 22. cta cum illa, recedunt similiter cum illa bona uniuersa, & relictus es miser, pauper, fędus, & nudus. Impleturque est in te illud Esa. & relinquetur filia Sion sicut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quę vastatur, omnib. enim bonis spoliauit teostis, manum suam misit ostis ad oĩa desiderabilia eius, nihil boni, nihil desiderabile in te relictum est, & ipsa fides, quę tibi relicta est, mortua est, non uiua, ac desiderabilis. Demũ quemadmodum mors A omni motu, ac actione priuat, ita pctm, dum in homine manet, nihil permittit agi dignum ęterna uita. Vt late tradit Pau. Corint. dicens. Sine charitate nihil esse Angelorum linguas, prophetia, eleemosynam, ac vniuersa sustinere tormenta. Quemadmodum. n. solet homo prauo aliquo humore sic infici, ut nihil ei prosint optimi cibi, nec illis nutriatur, aut crescat, ita pctm sic hoiem inficit, ut licet innumera sibi cõgreget opera, dicat, nihil mihi prodest, in nihilo melior redditus sũ. Iob 2. Si ergo tãta sunt mala, quę ab hac pcti morte producit, an non merito ps. ait, Mors B pctórum pessima? pessima profecto dici pôt mors pctóru, cũ aĩa recedit a corpore, quia in ęterna ducitur supplicia, sed peior pessima est mors culpę, qua uita gfę priuatus, dignus efficitur ęterna illa pęna, ac morte secunda, nec. n. adeo malũ est puniri, ac effici pœna dignũ. Ex quibus demum duo nobis colligenda sunt. Primum summo odio iniquitatem prosequi, ac pctm detestari, vt dicamus cum ps. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum legem aũt tuam dilexi, & cum pctm audieris, summum malorum te audisse crede, & quasi a facie colubri fuge pctm, C licet. n. in vniuersa mala incidas, ut illud vites, nihil tibi est mali, & summum malorum uitasti. De uipera tradunt, qui rerũ naturas scripsere, ita Laurũ ei aduersum esse, ac ab eo abhorrere, ut si eã circundes hac parte apposito Lauro, illa uero igne, & illi exeundũ sit, per ignem egreditur, non per laurũ, mira profecto in Laurũ inimicitia. Hãc vero nos gerere cum pctõ dẽmus. Si hac parte pctm, illa vero vniuersi mundi cruciatus, & vniuersa interni tormẽta ponant, potius ista elegi oportet, quã peccare in cõspectu Dei. An nõ hoc pstitit uirilis aĩus fœminę sanctę di Susannę, quę circũdata erat, & hac par- Eccl. 8. te mors corporis ĩfamia, & uniuersa mala tpalia ea cingebant, illa uero pctm, & ait;

A ait, Angustiæ sunt mihi undiq., si.n. hoc egero, mors mihi est, si aũt nõ egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras, q̃ peccare in conspectu dñi. Duo in his verbis attẽdenda sunt. Primũ, quod pctm̃ absolute dixerit mortem, ait.n. si hoc egero, mors mihi est, mortẽ vero corporis, quæ ei immi nebat, mortem nõ dixit, sed tantum nõ effugiam manus uestras. Secũdũ, q tanq̃ minus malum eligit corporis mortem cũ dedecore, ac infamia, q̃ pctm̃. En animum, quæ omnia mala subire vult, potius, quam in pctm̃ incidere. Sicut ergo tu omnia mala eligis, vt mortem euadas, ita ut pctm̃ vites nihil mali tibi subeundũ non est. Secun-
B dum, quod ex dictis colligitur, est, qua cura dẽat hõ vrgeri, si in pctõ mortuus sit, vt ad vitã gfæ reuocetur. Quid obsecro corpus nõ faceret, si aĩam ad se trahere posset, quæ ab eo recessit? quid non faciat hõ, ut Deum recuperet, quẽ amisit? Sed ais, quo pacto ego potero uitæ resti-
Esa.43 tui? Certe nõ tuis uiribus, nec ulla creata ui, solius Dei hoc opus ẽ, q solus iniquitates delet, & pctã tollit. Ego sũ, q deleo iniquitates tuas pp me, ait p prophetam. Et de eo Io. pronunciauit: Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit pctã mũdi, qs.n. potest remittere pctã, nisi sol⁹ Deus, tm̃ est malũ, q pctõ inf ctum est, ut a solo Deo resarciri possit. Et hac ẽt in re pcti mors persimilis est morti corporis, q sicut corpus mortuum sola vi diuina resurgere põt, nec est uis creata, quæ resurrectionem valeat efficere; ita solus Deus infinita sua
C potẽtia aĩam a pctõ liberare põt. Veniat ergo Deus ipse in hoc opus. Vbi nã mor-
Psa.67 tuus iacet? in Naim. (Ibat igitur Iesus in ciuitatẽ, q̃ uocatur Naim.) Hinc Psa. ait, Deus noster Deus saluos faciẽdi, & dñi, dñi exitus mortis. Q d. sol⁹ Deus saluos facere põt, ipse solus saluator, & salutate Dei est. Et cũ quis a morte fuerit deuoratus, solius Dñi est, eũ educere, & exitũ a morte præbere. repetitio uero illa, dñi dñi, affeu erationẽ maximã ostẽdit, q.d. solius dñi, nõ alterius. Hoc ipsũ signifi-
Apo.1. cat Xps in Apo. cum ait. Ego sum uiuẽs in secula seculorum, & hẽo claues mortis, & inferni. Sicut ergo custos carceris, A
qui hẽt illius claues, aperire põt, ut exeat qui in carcere est, ita ego solus a morte peccati eripere possum, q claues eius teneo, & si ego alicui eas dedero, poterit ille aperire, non ui sua, sed mea. Id ipsum significauit Deus Eze. cũ ostendit illi cã- Ez.37.
pum plenũ siccis ossib. & dixit, fili hoĩs putas ne, viuẽt ossa ista? & propheta ait domine Deus tu nosti, q.d. tu solus id efficere vales, & iõ tu nosti, an id agẽdum sit. Addit vero. Hęc dicit dñs Deus ossib. his, ecce ego intromittam in uos spũm, & uiuetis, & scietis, quia ego dominus, sed qua rõne solus Deus suscitare potest animal? Multis profecto, ac manifestis. Psa.50
Prior illa sit, quod eius est offensã remit- B
tere, qui illam passus est, Deus uero peccato offensus est. Vnde Psa. ait tibi soli peccaui. Licẽt enim in Vriam peccauerit, sed nulla est offensa creaturę, si diuina conferat. Cum ergo iniuria Deo irrogata sit, eius contempta lex, ille solus remittere, ac condonare potest. Secunda eiusdem rei ratio est, quia peccati remissio fit per gfam, q homini confertur, hãc vero solus Deus cõferre põt, quia gfam, & gloriam dabit dñs. Qua de re sic ait D.Th.1.2.q.112.ar.1. Donum gfæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud sit, quam quædam participatio diuinę naturæ, quæ excedit om- D.Th.
nem aliam naturam. Et ideo impossibile est, quod aliqua creatura causet gratiã C
sic enim necesse est, quod solus Deus deificet communicando consortium diuinę naturæ per quandam similitudinis participationem, sicut impossibile est, quod igniat nisi solus ignis. Tãta res gratia est, ut a solo Deo effici possit, quia est quasi pars naturæ illius. Maxima profecto gręg dignitas, quia ergo illa est, quæ esse supnaturale, & uitam animæ confert, a solo Deo suscitari peccator potest. Et hac de causa Deus homo factus est, & uenit in ciuitatem nostram Naim, ut mortuum hominem suscitaret ipse, qui condidit. Qua in re diuina bonitas commendat, venit enim ille in ciuitatem Naim nõ rogatus, sed sponte se offert, ut uiduam cõsolet suscitato filio, & mortuũ suscitet.

Im-

A Impleturque illud Es. quæsierunt me qui
Esa.65 ante non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierunt me. Nō quæsierat X p̄m vidua, nec filius eius & ipse Christ⁹ eos quærit. Vidisti hoīem maxima lacessitū iniuria, qui quæratinimicum qui eū roget, ut reconcilientur? Non eo usque pertingit humana bonitas, at diuinā id efficit. Lacessitus iniuria Deus fuit prouocatus, exacerbatus. Audi dicentem: prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abo-
Psa.77 minationibus ad iracundiā cōcitauerūt. Et ps. ait: tentauerunt, & exacerbauerūt Deum excelsum, & testimonia eius non exquisierunt. Concitauerat ad iracundiā pctōr Deū, exacerbauerat eū, idest, grauissime ad irā incitauerat, nihilomin⁹ eū
B X p̄s q̄rit, ac obsecrat, ne se deserat. Obsecramus p̄ X p̄o recōciliamini Deo, ait Paulus. Ibat ergo dn̄s in ciuitatē Naim.
2.Co.5 Et ecce defunctus efferebatur. Mirus p̄fecto oīb. hominib. horror a natura insitus v̄r, quo corpus hoīs mortui horrēt, & quo a cōspectu auferri nolunt. Hinc i
Deu.21 Deuteronomio dr̄, q̄n peccauerit hō, & appensus fuerit in patibulo, nō p̄manebit cadauer eius in ligno, sed eadē die sepelietur, ne contaminet terrā. Mirū hoc ualde est, q̄d corpora reliquorū aīaliū, cū mortua inueniunt, non cum horrorē, ac metum incutiant, quē corpus hoīs. Quia mors reliquis animantib. accidit sola naturæ lege, homini uero in suppliciū peccati, & ideo maiori deformitate ē corpus hoīs mortuū q̄ reliqua, & cū illud hō uidet, opprobriū suū, & supp iciū intuet᷑. Et inde est, ut defunctus cito efferatur in sepulturam, ut a conspectu hoīum amoueatur, q̄a ostendit hoīem proditionē, ac
C pctm̄, pp q̄d mors homini inflicta est. Q̄d si hō nosset, q̄d sit filiū iræ esse, & proditorem in Deum, ea uerecundia afficeretur, ut oīum cōspectum fugeret, & intra sepulchrū se abscondere uellet. Audi Manassē, nō sū dignus videre altitudinē cęli p̄ multitudine iniqtatis meæ. Et ps. tota
Psa.43 die uerecundia mea cōtra me est, & confusio faciei meæ coopuit me. Fieri ne p̄t, ut ī Deū peccaueris nec paueas, nec horreās, sed rideas, comedas, ac ludas? Pro-
Esa.22 pterea dixi, (ait Es.) recedite a me, amare flebo, nolite incumbere, ut consolemini A
super uastitate filię populi mei. Peccator quidem recedere debuit, a ciuitate egredi, omnium conspectum fugere, quia in Deum proditionem machinatus est, ille non recedit, nō erubescit, recedam ego, & amare flebo, quod ille flere debuit.

Sed quisnā hic defunct⁹ est? (filius unicus matris uiduæ) q̄ adolescēs erat, sic. n. eū X p̄s uocat. Ostēdit uero nobis uitę incertitudinem, ac breuitatē ad instar pūcti cū sit, aliq̄n breuior reddit, cū in adolescētia homo rapitur. Momētum est uita nr̄a, a quo pēdet æternitas. Sic Paulus uocat, momētaneū, & leue tribulationis nr̄æ. Hāc uitæ breuitatē explicat Sapiēs, cū ait, orit᷑ sol, & occidit. Cęli ueloci suo cursu ostēdūt breuitatē uitæ nr̄a, quæ ueloci cursu in interitū p̄perat, & iō p̄mitte B
rat, generatio p̄terit, & generatio aduenit. Sed unde colligis ò Sapiēs breui p̄terire generationē hoīum? Certe, q̄a sol orit᷑, & sūma a uelocitate in occasū tēdit & id ipsū d uita hoīs fit. Supponit Sapiēs Simile
id fieri in hoc mūdo, q̄ in horologio, in quo rota altior, ligat, ac tenet rotā īferiorē, ac eā post se ducit eo motu, quo ipsa mouet᷑. Ita ī hoc magno mūdi horologio miro ordine fabricato est rota superior, cęlū, s. d quo ps. ait, uox tonitrui tui in ro Psa.76
ta. i. ī cęlo, q̄ rota dr̄ pp sphericā figurā. Est alia rota īferior uita nr̄a, de qua Iacobus ait, inflāmat rotā natiuitatis nr̄e. Pē Iac. 3.
det aūt rota uitæ nostræ a rota cęli, ab illa pēdet, & mouet᷑ ad motū illius. Si ergo nosse uis, qua celeritate moueat᷑ rota uitæ nr̄ę, attēde sūma uelocitatē mot⁹ cęli q̄ tāta est, ut incredibilis appareat. Q̄d si rotas illas cęli nō uides, attēde manum, C
& signū illi⁹ horologij, lunā, & solem, ac stellas, q̄ posuit De⁹, ut sīt ī signa, & tēpora, dies, & ānos, orit᷑, sol, & occidit, nec ad momentū subsistit ullo tp̄is spacio, ut intelligas idē in uita tua cōtingere, Iō scriptura dicit hoīum uitā sub sole eē, Iō Sapiēs ait. Nihil sub sole nouū, Et in eodē capite ait. De oī labore suo, quo laborat sub sole. Et idē Sapiēs in capite. 9. ait Per Eccl.9
fruere uita cū uxore, quā diligis cunctis diebus uitæ instabilitatis tuæ, q̄ dati sūt tibi sub sole oī tp̄e uanitatis tuæ. Q̄n

rota

A tota uitæ nostræ sub tota est solis,eiq; adhæret,& cum ea colligatur,& ideo sicut illa properat,& ita uita nostra. Docet ergo nos sol,ut instāter operemur,quia properamus ad mortem. Sol enim exultat,vt gigas ad currendā uiam. Tu ergo similiter fac implēs illud Sapiētis,quod ille colligit ex dictis. Quodcunque pōt manus tua,instanter operare,quia nec opus,nec ratio,nec scientia,nec sapiētia erūt apud inferos,quo tu properas. Si ergo uita nostra properat,properemus etiam in virtutis uia,& studiosis operibus.

Sed licet omnis uita breuis sit, ac præter uolet,tamen aliquādo Deus iusto iudicio breuiorem reddit,& succiditur homo in iuuentute velut iuniuenis, cui accidit illud Ezechiæ, dum adhuc ordirer,succidit me.i.cum texere telam incipiebam,antequam perficerem,cū prima
B telæ fila iacerem antequā tela cōsummatā esset,succisus sum. Id uero,sæpe accidere solet iuuenibus propter morū licentiam,& effrenatam vitam. Merito profecto succiditur tela uitæ illius,qui eam male ordiri cæpit. Audi de hac re dominum
Esa.31 querelas proponentem per Es. Væ filii desertores,dicit dominus,ut faceretis consilium, & non ex me,ut ordiremini telā, & non per spiritum meum. Cum spiritus diuinus adest homini,prima telæ fila ponit, superaddit uero homo diligentiā suam,quasi secunda fila,& ita recte tela conficitur per spiritū domini, qn̄ homo primum quærit regnum Dei , & iustitiā eius, & deinde temporalibus incumbit. Cum aūt spiritus Dei non adest homini, orditur telam vitæ suæ solo humano af-
C fectu,ac sola inquirit terrena. Ecce telam
Esa.59 sine Dei spū. De qua idē Es. ait. Telas araneæ texuerunt,telæ eorū nō erunt in vestimentum,nec operentur operibus suis opera eorū opera inutilia. Optime profecto telas horum dicit telas araneæ,quas texit,ut muscas capiat,qd.n. aliud q̄ inanē gloriā,brutā delectationē, vanas diuitias hi quærunt? En solas capiūt muscas Nec uero vestiatur his telis,ex quib. uestem nuptialem conficere nō poterunt ,
Apo.21 nec byssinā, quæ iustificationes sanctorū sunt,ut dr̄ in Apocalypsi. Inutilia ergo eorū opera sunt. Hinc Iob ait. Cū adhuc sit in flore,nec carpatur manu, antē omnes herbas arescit. Sic uię omniū,qui obliuiscuntur Deū,& spes hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia sua,& sicut tela aranearū fiducia eius: Merito tela ista a Deo succiditur, quia ei cōtraria est,&cū adhuc in flore iuuentutis perit, & ante omnes herbas arescit,quia ut Ps. Psa.54
ait uiri sanguinū,& dolosi non dimidiabūt dies suos. Sicut.n. creauit Deus mūdū pp hoiem,& termin⁹ durationis eius pscriptus est,vt duret, donec impleatur iustorū,& dānatorū numerus,ita in singulis hoib. accidit,ut eos De⁹ expectet, donec tm̄ meritorū,aut demeritorū cumulū cōpleāt,quo cōpleto, tollit è uita pcōr, Non ergo Deus uitā numerat per annos sed p pcā, quā licet sm̄ naturam plures
B an nos uictur⁹ esset,a Deo succiditur. Et iō in iuuētute plures rapiunt,quos vulgo dicis malo grados , & immaturam dicis morte,cū matura sit,quia licet parū uixerit iuuenis,sed multū peccauerat. Colligitur hoc,qd̄ diximus ex diluuio, & excidio Pentapolis,& ex illo Gen.15.nondū cōpletæ sunt iniquitates Amorrhæorū, ut pereāt. In quib.oib. nō expectati sunt plures anni ut exciderent,sed pcā. Time ergo ō hō, ne forte hoc pcm̄, qd̄ patrare disponis cōpleat mēsurā tuā , & impleat illud Pro.29. viro,q corripiētē dura ceruice cōtemnit,repētinus superueniet interitus. Castellū ergo cordis tui Deo trade,ne te repēte pdat. Aliqn̄ strenus dux obsidet rebelles,aliquos, q cōtra regē fuerexerūt,illi uero in arce munitissima sūt nec ulla ui bellicorū tormētorū expugnari possūt,nec militib. pugnātib. cedunt.
Tūc dux subtus terrā fodiens,minā facit C q̄ implet uasis bellicis,quæ vulgo dicunt barriles de poluera,quib. cū ignis applicatur,repēte pditur castellū, & uniuersi, q i eo sūt,ui ignis dispacti,ac distincti Ita omnino plurib contingit, quos durities facit non expugnari a Deo tribulatione, inspiratione,cōcionibus,repētinus eis interitus adest, quia De⁹ minā fecit prauo humore occulto, quo crescente, repente hō decedit. Cauēdū ergo homini è a uia peccati , ne succidatur a Deo in tpe non

suo

A suos, cum non dimidiauerint dies suos, ante tps naturæ ipsorum consentaneũ.
1.Reg. 31. Sic Saul ante tps sublatus est, proprio cadẽs gladio cũ seruis, ac liberis. Sic Ab
2.Reg. 11. salon propriis criminibus suspensus, sic Achitophel sibimet laqueo vitã eripiẽs. Et
2.Re.9 ita innumeris pctōrib accidit, q̃ se pecca
Eccl.7. tis tradiderũt. Quia rõne monet Sapiẽs. Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris i pe nõ tuo. Certe iuuenis iste mortuus fuit in tpe nõ suo, qa ad maturã ætatẽ non puenerat, id ãt Deus sępe disponit iusto iudicio, qa hõ stultus est, & impie agit multũ. Sed audiamus Xpm eũ excitãtẽ, qñ uox eius audita ĩ inferis ẽ: (Adolescẽs tibi dico surge.) Id ãt ꝙ huic adolescenti Xpi dixit, oĩ pctõri.
B Paulus loquit, dicens. Surge, q dormis,
Eph.5. & exurge a mortuis, & illuminabit te
Oseę 9 Christus. In profundo somno peccator
Esa.31 est, voce grandi indiget, vt excitetur. Audi Oseam. Profunde peccauerũt, sicut in diebus Gabaa, i. vehementer corrupti sũt. Sic Esai. Cõuertimini sicut in pfundũ recesse ratis filij Israel. in profundũ malorũ venerat hic adolescens, sed Xpi voce excitatur. Quia venit tps, & nunc
Ioan.5 est, qñ mortui audient uocẽ filij Dei, qui audierint viuent. Hodie ergo si vocẽ ei⁹ audieritis, nolite obdurare corda vr̃a, & cũ ad te sæpe clamauerit audi dicentem, surge. (Et resedit, q erat mortuus, & cępit loq.) Iacuerat prius, nũc iã sedet, statim resurgit, & reddit matri suæ. Qui in peccato est, iacet, terræ totus adhæret, q sedet, iã pcipuã corpori partẽ a terra leuauit, q stat, minima sui parte terrã tan-
C git. En diuersos hoĩum status. Qui ĩ peccato est, totus iacet in terra. Sic ille, qui ait, adhæsit pauimento aĩa mea. Et Hieremias, iacuerunt in terra foris senex, &
Ps.118 puer. Hoc aũt, est, ꝙ præcipue curat dæmon, ut totus in terra sis. Quod si aliqñ conscientia pungente, ac te instigãte vis recta agere, curat dæmon, ut caput paulisper eleues a terra, vel manum, aut pedem cũ toto ope iaceas: permittit. n. vt aliqua bona cogites, concionẽ audias, vt aliq̃ eleemosynam largiaris, dũ tñ peccatũ non desertas, nec a terra surgas. Et hoc fuit, ꝙ Pharao curauit, cũ Israelitas impedire nõ posset, a sacrificio dñi, ait
Exo.8. enim ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac dũ modo serui maneatis in Aegypto nõ ĩpediã sacrifica, q̃ Deo offerre vultis. Sic dęmon ait, vis recta operari, concedo, dũ seruus pcti maneas, in Aegypti cõfusione verseris. Sed Deus sacrificia quęrit extra Aegyptum qa in uita iusta, & a pctis aliena vult sibi obsequi. Imperfectus vero iustus residet sicut hic inuenit qa pcipuũ cordis a terra leuauit, & Deo tradidit, sed nihilominus magna ex parte terræ adhæret. Perfectus vero stat, qui minima parte terrã tãgit, q habẽs alimẽta, & quib. tegat, his cõtentus est, q ait, ecce nos reliqmus oĩa, qui sibi s aquilę in arduis ponit nidum suum, & in suprema volet, & si aliqñ in terram descendit
B solũ vt escam capiat, sed deiicit, & continuo sed suprema leuat. Quia ergo Dei gratia paulatim hoĩem curat, & erigit, nec i momẽto pficit, iõ primũ resedit, q fuerat mortuus, Sic ẽt Daniel paulatim
Dan.10 erectus est, dicente ipso. Iacebã cõsternatus sup faciẽ meã, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce man⁹ tetigit me, & erexit me super genua mea, & sup articulos manũ mearũ, & postea stetit. Nunc ergo ò homo si terræ hæres, sede saltem, ꝙ si sedes surge postq̃ sedisti, & pfecta secture, ut cũ gaudio mr̃i Ecclesię reddaris.
Ps.115 Cępit ẽt loqui in vitæ testimoniũ: Loqla testis est vitæ. Hinc Psaltes: credidi, pp ꝙ locutus sum. Peccator mutus est, Deũ
Matt. 26. nõ laudat, & sic loquitur nihil. Iustus cęlestia loquit. loquela tua manifestum te facit ancilla Petro. Si uides hominẽ Gal-
C lice loquentem, aut Itale, ais, Italus, aut Gallus est, ita qui de terra est, de terra loquitur, q de cęlo, cęlestia. Aperuit Iob os
Iob 1. suũ, & patefecit diuitias, q̃ in corde late bant. Cũ ergo videris hoĩem uana loquẽtẽ, aut turpia, iurantẽ, maledicentẽ ad infernum eũ pertinere crede, quia loquela inferni illa est, ũ cęlestia loquit, ad cœlũ ptinet. Ad hoc vero Dei sapia ẽ cęlo descendit, & eis spiritus, ut nos loq doceret, barbare oẽs loquebamur, sed spirit⁹ linguas dedit disertas. An nõ barbare loquebat Pett⁹ negãs Chrm, supbus, & arrogans, dicens, etsi oẽs scandalizati fue-

A rint, sed non ego? An non barbare, & gentiliter loquebantur, qui sinistram, & dexteram petierunt? Sed qui aperit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas, eos loqui docuit. Discamus ergo nos cœli idioma, ut incipiamus loqui, sicut oportet, &c.

FERIA SECVNDA POST DOminicam Quartam Quadragesimæ.

Them. Lachrymatus est Iesus, &c. Ioan. 11.

CYril. in Ioannem ait suscitationem Lazari præcipuum locum tenere inter Christi Domini miracula. Reliqua
B miracula effecit, quasi per transennam
Cyril. hoc uero ex professo, veniens in Iudæã, ut illud efficeret & temporis commoditate expectata, multisque adhibitis circunstantiis. Et in hoc miraculo, quasi in summã, ac compendio reliqua omnia Christi miracula sunt, nunc enim multi illuminantur, cæci complures credunt in eum, tanto miraculo commoti, plures muti loquuntur, Deos gratias agentes, & tam celebri fama hoc fuit miraculum promulgatum, ut illud reliqui Euangelistæ siluerint putantes nunquam ab hominum memoria excidere posse, sed Io. illud literis mandauit, qui posterior Euãgelium conscripsit, uidit namque omnia obliuioni tradi. Hoc uero miraculum effecit Christus dominus propter oratio-
C nem Mariæ, & Martæ sororum Lazari, aliud vero simile in epistola proponitur suscitationis pueri propter matris orationem, Maria mater, & soror nostra est, aderit nobis, ipsius oratio, ut suscitemur
1 Reg. 17. si nos oremus, Aue Maria.

Non possumus non iterum, atque iterum mirari lachrymantem Christum dominum. Sicut. n. debilem puerum lachrymari facile est, ita fortissimũ, ac magna nimium virũ decet, lachrymas non effundere, suspiria non dare, etiã si multa imminerent mala, animus enim fortitudine, ac magnanimitate roboratus ea parua reputat.

Quæ ergo poterunt mala tanta esse, A quæ Deum ipsum cõtristare, lachrymas fundere, fremere, ac turbare se ipsum, faciant.

Ex duobus oriri solet compassio, ac dolor, ex quo lachrymæ procedere solẽt, ex amore, quo aliquem prosequimur, & ex mali grauitate, quod patitur.

Hæc duo in Christo domino nunc cõtemplemur.

In Lazaro, ut in typo, atq; figura uidit vniuersum hominũ genus peccato, mortiq; obnoxium. Hoc vero tm̃ malum est ut ipse solus, quantum vt comprehendere ualeat. Dolorem non efficit malum, nisi agnoscatur, ut patet in paruulis, qui parentes, & substantiam amittunt, nec B dolent. Hinc peccator nõ dolet, quod in peccato sit, quia quantum sit malum peccatum, ignorat, Christus uero id probe nouit, & solus perfecte nouit magnitudinem etenim mali nemo scit, nisi, qui scit magnitudinem boni, q̃ malo illo amittitur, cum ergo per peccatum Deus amittatur, qui a se solo comprehendit, ipse solus malitiã pc̃ti comprehendit. Summũ, & infinitum malum illud est, quo summũ, & infinitum bonum amittimus. Cũ ergo hoc malum Chrs uideat in hoĩe, & summo eum amore prosequatur, non pt̃ non dolere, lachrymari, ac fremere.

Hinc vero compassionis, ac misericordiæ dolorem Deus cum homo non erat. non habuit, nec enim diuina natura altissima eius capax est. Misericordiã vero ostendebat suã, in plurib. remedijs, quæ C homini offerebat contra peccatum, in lege, quam ei pręscribebat, ĩ sacrificijs plurib. pro peccato institutis, & prophetis, quos mittebat. At dolere, & lachrymari Gen. 3. non poterat. Cur dubium est, si lachrymari posset, cũ Adamus in paradiso, quęreret, dicens, Adam vbi es, lachrymas vberrimas futurum? Sed dolere tunc non poterat, vnde quasi ridebat tunc hominum mala, & dissimulabat, donec homo Greg. factus lachrymas effundere, vnde Iob aiebat. Si occidit, occidat semel, & nõ de pęnis innocentiũ rideat. Vbi Gregorius ait, ex desiderio humanæ redemptionis hæc verba Iob loquitur, quasi dicens, ne mala

A mala nostra dissimulet, & quasi rideat, sed semel in filio suo peccata puniēs nos eripiat ab illis. Homo ergo factus cū dolere potuit, & lachrymari ridere nūquā uisus est, lachrymari sæpe, quia in sibi dilectissimo homine infinitum peccati malum uidebat, & plura alia, quæ ab eo emanabant, mortem, dolores, infirmitates. Hæc omnia proposita ei hodie in Lazaro sunt.

Sed quantum illud malum sit, quod Deum lachrimari facit, quis explicet, peccatum vniuersum turbauit, & cōmouit, mundum, uniuersa euertit, & cōmouit, tonitruum fuit, quo uniuersus mundus contremuit, creaturæ insensibiles, sensibiles, hoīes, Angeli, & Deus ipse, eo modo, quo nūc exponemus, Deum quidem
B cōmouit, modo, quo potuit commoueri, vt dicat, uidens Deus, quod multa malitia hoīum esset in terra, &c. Pœnituit eū, quod hominē fecisset in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus, ait, &c. Viscera Dei peccatum commouit, quod uero Angelos eo modo, quo turbari potuerūt turbauerit peccatum, ex pluribus manifestum est, tum ex gaudio ipsorum cum
Gen. 6 peccatum pœnitentia deletur, gaudium vero commensuratur odio, quod in contrarium habetur, si deletio peccati gaudium generat, peccatum indignationem parit, & odium. Tum etiam ex diuina, q̄ explicuimus commotione. Angelorum commotio ostenditur, cum illi a Dei facie pendeant, tum ex sedib. uacuis, quas
C homo impleturus erat, quib. peccato indignum se reddidit, & angelos eo accidentario gaudio priuauit, quos ex illis impletis sedib. habere debuerunt. Stupētes, ac attoniti Angeli hæserunt, uidētes peccatum, Deum offensum, hominis infelicem exitum. Quod aīalia bruta pc̄tm̄ turbauerit manifestum est, cum continuo in hominē rebellauerint, & ab eius obedientia discesserint. Insensibilia etiā peccato turbata esse, ac commota ostendit, quod in die passionis Christi domini, cum ipse peccati causa mortuus est, & morte sua peccati dolorem ostendit maximum, uniuersus etiam mundus turbatus est cū eo. Et ab initio homine peccante elementa uniuersa commota sunt, A
& homini inequalia, et aduersa facta sūt ex quib. manifesta ratione patet, quo dolore, q̄bus lachrimis, qua turbatione homo in peccatum commoueri debet, qui illud patrauit, in quo peccatum est, et cui hæret. Turbatur, commouetur que mundus uniuersus, Angeli & Deus ipse, ea solum ratione, quia in peccatū uident, quo modo tu non turbaberis? non lachrimas fundes? Deus cōpatitur, & plorat, homo patitur, & ridebit? ait Bern. Hinc Hie. vocare lamentatrices, ut ueniant, & ad Bern.
eas, q̄ sapientes sunt, mittite, & properēt Hie. 9.
festinent, & assumant super uos lamentum deducant, & oculi nostri lachrimas & palpebrę nostrę defluant aquis. Et huius tanti fletus rationem exponens infe-
rius ait, quia ascendit mors per fenestras B
vestras, ingressa est domus uestras. Non abs q; cā uocari præcipit sapientes, ut lugeant, multi. n. lachrimas fundunt, sed insipienter, quia temporalium lugent amissionem, qui uero sapienter luget, peccatum lugeat, mortem deploret, quæ per sensuum fenestras ingressa in aīam est. Non erat in terra uir adeo sapiens, ut lachrimis sui peccatis mortem delere posset, ueniat ergo de cœlo lamentator sapiens, qui lachrimis suis peccatū deleat. Multas pro homine mortuo lachrimas fuderant prophetæ, sed eum ad uitam reuocare nō potuerūt, donec uenit X p̄s dominus, & lachrimis suis nos in uitam reuocauit. Sicut enim leo mortuus filios
fremitu, ac rugitu viuificat, ut naturales C
philosophi dicunt, et scriptura innuit Ge Ge. 49.
nesis 49. Sic nos Christus suscitauit la- Heb. 5
chrimis suis, & clamore ualido. Hīc Paulus, q in dieb. carnis suæ preces, supplicationes que ad eum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore ualido, & lachrimis offerēs, exauditus est p̄ sua reuerentia, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Dies carnis appellat Paulus dies, quib. in carne passibili fuit in quibus exorauit pro se, idest, pro uniuerso corpore suo mystico, ut a morte liberaretur, & exauditus est, pro sua reuerētia, qua ornauit, uel q̄ ei, ut Deo debatur,

A rur, et factus est causa salutis, ac vitę ęternæ omnib. suis, Ecce X̄pi lachrimis suscitati sumus. Vt ergo illius lachrymę nobis applicentur, ut nobis proficiāt, lachrimas, & nos fundamus sapiētes simus, agnoscētes infinito nos malo detineri, cū in pctō sumus, & fletu, & eiulatu illud
1. Reg. 30. diluamus. Vidit Dauid, & qui cū eo erāt Sceleg ab hostib. dirutam, & leuauerunt Dauid, & qui cum eo erāt uoces suas, & planxerunt, donec deficerent in eis lachrimę. Contēplare nunc animę tuę uastitatem, & commodā perniciem, q̄ pcm̄
Ez. 18 intulit, & plangeas, donec deficiant in te lachrimę. Oīa merita, & iustitiæ, quas feceras, disperdisti, & uniuersas merces tuas in profundum maris proiecisti oēs
B iustitię eius non recordabuntur amplius propheta ait, uniuersas uirtutes, ac dona amisisti, gratiam insuper, & deniq; Deū ipsum. An non vastitas hęc sāguineis lachrimis deplorāda? an nō eiulādū, & tremēdum rugiebā, ait Ps. a gemitu cordis mei. Sed iā Lazarū intueamur, q pctōris figurā exprimit, Erat ait Euāgelista qdā lāguēs Lazarus. Nobilis, ac diues Lazar⁹ erat, infirmitate grauatur, ut seipsū agnoscat, seq. deiiciat, Dixerāt plures magno Alex. eum Iouis Amonij filium esse, & immortalem futurum, cū uero infirmaretur, ait infirmitas manifeste ostēdit hominem me esse vobis similem, hominisque nō Dei filium. Sicut ergo, ut nobilitatē, genusq; hoī pbē scias, venis in eius patriam, ibiq. plene de his edoceris, multi. n. ignobiles, cum longe a patria sunt,
C nobilissimos se iactāt, quorū ignobilitas in patria facile deprehendit, ita si hominis uilitatem agnoscere uis in terram veni, de qua ille formatus est. Audiō homo quid sis, tu dicis te Deū, magnum, sublimem, sed uere terra es, & in terram ibis, putas ab omni malo immunem liberūque futurum, infirmitas ostendit te uile esse figmentū, & eodē luto cōpositū, Christallus dūtaxat aptū speculū nequaq̄ est, nisi eius claritas, ac fulgor repereт
2. Ma. 2. plūbo opposito. Ita cū hō ualet, splendet, ac rutilat, nō ibi qs sit, uideri pt, infirmitate grauatus, id facile agnoscit. Hinc ēt peruersus Antiochus plaga pcussus, is q sibi uidebatur in fluctib. maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terrā in gestatorio portabitur, & qui paulo ante sidera cęli se contingere arbitrabatur eū nemo poterat pp intolerantiam fętoris portare. Hinc igit̃ cæpit ex graui sup bia adductus in agnitionē sui uenire, diuina admonitus plaga, et ait, iustū est, hoīem subditū esse Deo, & mortalem non Ps. 31. paria a Deo sentire. Multis hoc idē contigisse experientia testatur, q cum sūpbia elati essent. Infirmitate in meliorem mētem rediete, & ad sui, & Deo cognitionē venerunt. Hinc Ps. qm̄ die, ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea, dū cōfigitur spina. B Q. d. elatus prius erā, sed manus tua permisit me, & cōuersus sum ad te, cum ęrūnosum me uidi, cum spina tu me configeres, cum tribulationem, & dolorē immiteres, quasi spinā. Refert Officina textoris de dracone marino, quod apprehensus dextera remittit̃, leua uero apprehensus obsequit̃. Cui nos similes sumus, qui Officina textoris. psperitate superbimus, i aduersitate obseqmur Deo iō Lazarus lāguet, ut de se modeste sentiat, Deoq. obsequat̃ hinc sapiēs ait, īfirmitas grauis sobriā facit aīam miserunt ergo sorores eius ad eum, dicētes dñe ecce, quem amas infirmatur. Nō mittunt ad Beelzebub Deum Acarō, ut Ochozias, sed ad Iesum, aderit ipse eis: Sed q̄ sunt sorores, q̄ epistolas ad X̄pm dāt? Martha, & Maria, nō Maria mater X̄pi dñi, nō Maria aliqua earū, q̄ cognata virginis erat, sed q̄ peccatrix fuit, hæc C iā adeo familiaris X̄po dño est, ut ad eū epistolas det, ut ius interueniēdi p alijs hēat, ut X̄pm iterū in Iudæam ducat, eū plorare faciat, & fratrē suscitare. Vis ista p pphetā dicta? audi Es. c. 44. i. dicere, domini ego sum, & ille uocabit, in nomine Iacob, & hic scribet manu sua domino, Esa. 41 & in nomine Israel assimilabitur: Hoc nūc impletum est, cū Magdalena scribit manu sua dño. Vt hinc noueris peccator nō desperare de Dei misericordia, si uitam in melius mutare uelit. cura t demō ut leue tibi peccatum apparear prius, q̄ illud

A illud perpetres, vt illud facile incurras, ac cũ perpetrasti, grauissimũ dicit, ut desperes. Hinc Cain ait, maior est iniqtas mea, q̃ vt veniã merear, quasi dicat tam ingenti pctõ nulla est mĩa, & venia. Sic & Iudas in corde suo dixit. Doctrina hæc sathanæ est, at Christi doctrina omnino diuersa & hæc est, licet peccauer s super numerum arenæ maris, misericordia tibi est, & misericordia magna. Sed qua in re illud videre potero? in hoc facto. Ecce q̃ erat in ciuitate peccatrix ad Xp̃m literas dat, ea, q̃ indignã Xp̃i pedibus tangend s Pharisæus putauit, d qua eiecit septẽ dæmonia, illa Hydra inferni septẽ capita habens, hæc iã post pœnitentiã ita Xp̃o dño familiaris est, ut ad eum literas mittat, & non sibi soli, sed B & al js bñficia poscat, & obtineat. O p̃clarum nuncium pctõri, venit medicus, q oẽm pellit morbum, aliorũ medicorũ obiectum est corpus uiuum sanabile, huius vero aĩa licet mortua, anima ẽt, quæ audierat, insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Aĩas ab alijs desperatas sanat, mortuas ad uitam reuocat. Merito Paul. ait, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia uenit Iesus pctõres saluos facere, quorũ primus ego sum. Hæc inter nos, & Deum diuersitas est, quod cũ hõ læsus, ac offensus ab alio est, licet offensori iniuriam remittat, nõ tñ oĩno iniuriã obliuiscitur, nec in amicitiam oĩmodã eũ admittit, sed adhuc aĩus offensus sensu aliquo tangit, ita aliqua mouet. Deo uero ingeniũ longe diuersũ est oĩno, pctũ obliuiscit, si integra pœnitentia C deleat, & in suã familiaritatem admittit eum, q peccauit, ac, si nõ peccasset, oĩum iniquitatũ eius nõ recordabor amplius, si auerterit se a pctis suis, ait p Ezech. In profundum maris vniuersa pctã mittit, & æternæ obliuioni dat. Vis illud experimẽto nosse? audi. Negauerat Pet. Xp̃m dñm, & ter negauerat, & cum iurio negauerat, fleuit amare, tertia die surgens Xp̃s eum ouili suo præficit, & principẽ Ecclesiæ vniuersæ constituit, & tanta erga eũ bñuolẽtia usus est, ut q in cæna ausus nõ fuit interrogare de p̃ditore, nũc interrogat de Ioãne, hic aũt qd. Id ipsũ

Gen. 4.
Hie. 30
1. Ti. 2.
Eze. 18
Ioã. 21.

Dauid, & ĩ oĩb. ex corde pœnitentib. accidit. Id nũc in Magdalena videre licet A q̃ Xp̃i summã expertus beneuolentiã est post pœnitentiã. Hanc uero familiaritatẽ per pœnitentiã ipsi concessam innuit Ioannes nunc cum ait. (Maria ãt erat, q̃ vnxit dñm vnguento, & extersit pedes eius capillis suis.) Hoc illi p̃clarũ, & illustre cognomen tribuit Euãg. Maria nõ Magdalene, sed q̃ ad Xp̃i pedes penituit Vsu antiqs venit, vt ab illustribus factis cognomen acciperent, relictis proprijs noĩb. Sic dictus est Scipio Africanus ab Africa deuicta, & Marcus Fabius maximus quia cũctatione sua Hannibalis vires fregit, & rẽpublicã liberauit, Cunctator est appellatus. Sic Pau. qui se Apostoli cognominare solebat, in uinculo cõiectus, vinctũ se Iesu appellabat. Sic nunc B Ioan. Mariæ cognomen dat, & gloriã nũq̃ interituã a pnĩa, q̃ fecit. Sicut. n. pcm̃ vilẽ & infamẽ hoiem efficit, sic pœnitẽtia illustrem reddit. Si ergo nomen tuũ æternitati mandare vis, si uerã gloriam q̃ris, pnĩam age, & egregia facta sctõrum pœnitentiũ imitare, hæc. n. tibi uerã gloriã præstabunt, non futilem, & inanem, qualis illa est, q̃ ex ampla domo, & familia, ex pauis, & copiosa substantia haberi põt. Sic ad Deum cõuersus Ignatius societatis institutor est, qui cum excelso animo esset, & egregia, fortiaq; facta legisset, tum eorum, qui mundo militauerãt, tũ eorũ, qui Deo, cum simia aggredi cogitaret, & nunc in sæculi militia egregia facinora facienda decerneret, nunc in Dei obsequio, attendit cogitationes priores eius aĩum relinquere ieiunium, sterilẽ, ac aridum, posteriores vero pinguem C & cœlestem, & hanc aggredi uiam decreuit, & perfecit, tu ergo similia præsta, ut gloriosus habearis. Sed & aliud hic nobis considerãdum occurrit, aiunt. n. (Ecce quem amas infirmatur.) Multa bona præstiterat Christus Magdalenæ, multa sorori, & Lazaro beneficia, & iterũ nũc beneficia ab eo postulant eo iure, ac ea de causa, quia eos diligebat, & beneficia eis largitus erat. Audi inauditam Dei bonitatem, ac largitatem. Multa tibi beneficia præstitit, ingratum te ei esse

A prorsus indignũ est, gratũ aĩum ille desi
derat. Sed quo mõ, ais gratus ero tãto be
nefactori? pete ab eo plura, itaq; plura, &
sic ei gratus eris. Audisti vnq̃ hoc grati-
tudinis genus, ut plura poscas, cũ multa
acceperis? Sic Ps. gratum se Deo præbet
quid retribuã dño pro oĩbus, quæ retri-
buit mihi? calicẽ salutaris accipiã, & no-
men dñi inuocabo Q. d. aliquid pro eo
patiar quod est maxime ei gratum, & pe
tam noua beneficia, vel calicem salutis,
accipiam de manu eius, quo me a mulis
liberẽ, & noua beneficia postulabo. Re-
cipere a Deo calicem, & alia orare bene
ficia, est Deo gratũ esse, eique retribuere
pro beneficijs prius acceptis. Mirum re-
tributionis genus est, debeo tibi centum
B & retribuo petens alia centum. Attende
vt ingenium Dei in hac parte noueris.
Si hoies adeo cupidi, & auari non essent
ac vtilitatis propriæ amantes, vt hac rõ-
ne filius insurgat in patrẽ, & amicitia ois
violet', sed inter hoies vera gloria, & ho-
nor eẽt & veriaret; optimum retributio-
nis genus esset, cũ ab aliquo plura acce-
pisses, plura petere, ac recipere, qm̃ reci-
pere, ac petere humilitatis est, pauperta-
tis, & subiectionis, dare vero nec indige
Ps. 15. re, diuinum est. Hinc Ps. Deus meus es
tu, qm̃ bonorum meorũ non eges. Hinc
Aristo. Aris. Ethi. describens magnanimũ ait,
gloria magna aĩ est dare, nec ab alio re-
cipere. Hinc antiqs dictũ est, ingenui aĩ
est, cui plus dẽs, eidẽ plus velle dr̃e, sic. n.
te humilias, ac deijcis corã bñfactore, &
illũ magnũ profiteris. Et iõ grauissimũ
homini esse dẽt, cũ ab eo aliqd petit', illi
.n. nunc diuinus defertur honos, & præ
cipuũ obsequium, qđ tibi exhiberi põt. si
C vtilitatis amator nõ es sed honoris. illud
est, si a te multa petant', & tu in tm̃ bon'
es, in q̃tum donas oĩb. & si nosse vis q̃
bonus sis, q̃ nobilis, i hoc uidere poteris,
si oĩpotenti te tribuas, si tibi gratissimũ
sit, q̃ alius te indigeat, a te petat, si liben-
ter bona cõices tua, hilarẽ. n. datorem di
Ps. 115 ligit De'. Hac rõne Ps. ait retribuã dño,
cũ ab eo accepero calicẽ salutis, cum no-
ua beneficia postulauero, qa gratissimũ
magnifico est, si ab eo petat', & illi dulcis
simũ ẽ dare oĩb'. Sicut cõtra auari ẽ, tri-
stari, si ab eo petis aliqd, & si auaro tor- A
mentũ dare vis, pete, aliqd ab eo, si ma-
gnificũ delectare vis, pete, Deo ergo gra
tissimũ est si eo indigentes ab eo petam'
ẽt cũ multa receperimus. Iõ sorores hæ,
q̃ beneficia plura a Xpo dño acceperãt,
vt aliquid ipsi retribuant, noua petunt.
Sed quid Xps petentibus rñdet? (Infir-
mitas hæc non est ad mortem, sed ꝑ glo
ria Dei.) In Dei gloriã mala nr̃a vertunt'
dũ ad eũ accedimus, & nos eripit, & sic
eius mirabilis scia ostendit', qui de tantis
nos eruit periculis. Hinc ait, inuoca me
in die tribulationis, eruã te, & honorifi-
cabis me. Qui arte natandi pcipua præ- Ps. 49.
ditus est, vt artẽ suã oĩb. manifestet, vas
argenteum, aut aureũ in profundum flu B
uij, aut maris mittit, non vt amittat, sed
ut cũ illud eduxerit, artẽ suã oĩb. manife
stã faciat. Audi vas auri solidũ ornatum
omni lapide ptioso, q̃ in aquis tribula-
tionũ mersum erat, & inde ad Deũ cla-
mat eripe me, & libera me de aquis mul
tis. Eduxit illũ Deus, q est adiutor in op Ps. 145
portunitatibus in tribulatio, & sic glori
ficantur, artẽq; suam ostendit. Huic ẽt
rei simile illud est, q̃ aliqui facere solent,
dũ vas vitreum in altum ꝓijciũt, & in
terrã decidere permittunt, non vt franga
tur, sed vt cũ terræ proximũ fuerit, illud
eripiãt, & artẽ suã ondant. Hoc vero cũ Ps. 36.
suis agere Deũ, Ps. ait, cũ ceciderit, non Isa. 10.
collidet', quia dñs supponit manũ suã, ne
mo rapiet eas de manu mea Xpus dñs
ait. Ita & nunc dicit, infirmitas hæc non
est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt cum C
eripuerit eum, qui mortuus est, glorificet
Deus. Tibi plura mala Deus euenire pa
titur, pro gloria sua, ad eum accedas, eũ
ores, & sic liberius eũ glorifices. (Et mã-
sit ibi duos dies.) Non continuo uocat'
accedit, vt maiorem suo tpe exhibeat
miam. Vocãs Deum, non continuo tibi
adest, noli merere, sed vt ppheta ait, si Hab. 2
morã fecerit, expecta eũ, qa veniens ve- Psa. 39.
niet, & nõ tardabit. Sic te expertũ. Ps. ait
expectas expectaui dñm, & intẽdit mi-
hi, & exaudiuit pces meas, & eduxit me
de lacu miseriæ. Congruũ ille ipse nouit,
aderit tunc. Iã uero se continere nõ pote
rat, qui mia est, & ait, (Eamus iterum in
Iudæam.)

A Iudæam. volebāt hoc impedire Apostoli, sicut quondā serui Dauid ei dixerūt, nō
2. Reg. egredieris nobiscū in pliū, ne extinguas
21. lucernā Israel. Sed verus Xpi amor oī se
Pro. 12 exponit periculo ꝓ amico. Hinc Sapiēs,
1. Io. 3 qui negligit damnū pp amicū, hic iustus est. Hinc Io. monet, qm̄ ille aīam suam pro nobis posuit, & nos debemus ꝓ fratrib. animas ponere. Hoc perfecta charitas pstat, & sancti plures pstiterūt, ut paulinus, & Sāctulus, de qb. Gre. in dialog. Sed iam uolumus dispēdiū ꝓ amico pati, refriguit. n. multorum charitas. Duodecim ait horæ sunt diei. Nec ante finiet dies, quam ille perficiantur, ēt si hoīum horologium aliud dicat, ita donec ueniat hora mea, nulla contra me potestas erit,
B & q ambulat in lumine non offendit, ita qui in lumine diuinę claritatis ambulat, nihil inopinatum pati pōt. Lazarus amicus noster dormit, Mors ergo iusti somnus est, qm̄ sicut in lecto corpus parū qescit, ut surgat, ita in sepulchro, quiescit corpus continuo surrecturū in gloriam, & quā cito surrecturū sit ostenditur Apoc. 18. vbi petētib. corporum surrectionē dr̄, expectare modicum. Hinc Sapiēs dies hoīs, ut multum centum anni, quasi guttę aquæ maris deputati sunt, & quasi calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Si. n. æternitati uita nostra conferat, nihil est. Nobis certe dies multi uidentur, sed pauci, & mali sunt. Recte Seneca, in
Senec. epistola, multis rebus non ex magnitudine, sua, sed ex paruitate nostra magnitudo accedit. In hac uero re deceptio, qua
C in nos dæmon utitur, mirāda est, qui nobiscum id agit, quod de clarissimis oratorib. scribitur, quod lachrymas, et risū auditorū in manu gestarent. Nam callidissimus hostis pro cōmoditate sua, & pnicie nostra, iam lōgā uitā nostrā facit, iam breuē. Vis id experimēto nosse? forte beneficiū ecclesiasticū tibi est, uel munus regium, qd in filium, a ut cōsobrinum trāsferre uis tāta cura id agis, tāta solicitudine, ac si dies uitæ certus nullius tibi esset, quasi hodie moriturus esses, ut uero pniā agas, ut domum amplā ædifices, immortalis tibi uideris. Nullus tibi certus dies esse vr̄, vt in tuto officiū, aut beneficium colloces, & ut aīa in tuto ponas mille tibi annos promittis? an non fallaciam, ac deceptionem dæmonis uides? optime Se- A
Senec. ne. ait, timemus oīa, tanquam mortales, concupiscimus tanquam immortales, vtique nos cupiditas, & affectus fallit. Eamus, & nos & moriamur cum illo. Tho. ait, hunc animū in suis Deus qrit in oīa paratum, ēt in mortē. Ait Ruth. Noemi, me, & te sola mors separare poterit: Sed maior cōiunctio est inter Xpm̄, & aīam quos nec mors separat, sed qūo in uita dilexerūt se ita, & in morte non sunt separati. Simile qd Tho. ait, illi, quod de Eleazaro dr̄, ille gloriosissimam mortem eligens, magis quam odibilem uitam complectens, uolūtarie præibat ad suppliciū hunc uirilem, fortemq. animum paulus B
2. Mac. 6. miris uerbis testatur. Quis nos separabit a charitate Xpi? tribulatio an angustia? an fames? an nuditas? an periculū? at psecutio? an gladius? sicut scriptū est, quia pp te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oues occisionis, sed in his oīb. superamus pp eum, q dilexit nos. Certus sum. n. quia neq, mors, neque uita, neq; Angeli, neque principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Dn̄o nostro: An tu hęc dices? uel forte dicis, quid nō me separat a charitate Christi leue enim verbum, leuis substantia, leuis mulier te continuo a Deo separant? multi similes sunt statuæ illi Dan. quam Dan. 3
C parua petra deijcit, & in puluerem uertit, quam facile nobiles hodie a dæmone superantur, quam leuis aura eos tollit, q̄ delicati, ac infirmi sunt, verbum leue eos non leuiter fert, parum honores turbat. Languebat Lazarus, nec causam lāguoris explicat Ioānes, satis in causa fuit, q nobilis erat, hic. n. facile in anima ægrotat, non est, quod causam quæras. Nisi ergo paratus sis, uitam pro Christo fundere, eius non es, qui enim non odit patrē, & matrem, adhuc, animam suam, non potest meus esse discipulus. Christo uenienti occurrit Martha. Occurrit, & Maria, quæ cecidit ad pedes eius plorās,

A & lachrimatus est Iesus, & infremuit, & ait, Lazare ueni foras, & surrexit. Plura hic cõsideranda occurrunt. Primum, vt suscitet quatriduan⁹, orāt Martha, et Maria, quo docemur, eũ, q magnis criminib. tenet, q̃rere oportere iustorũ patrociniũ,
Iac. 5. q Deũ exorēt ꝓ eo placet Deo pcõris hu
Ge. 18 militas, q sibi diffidēs aliorũ petit suffra
Ex. 32. giũ, multũ vero valet apud Deũ iusti deꝑcatio, Ia. ait. Sic. n. orãte Abrahamo parcebat Deus ciuitatib. quinq. pp decē iustos, et si amplius Abrahã orasset, ampli⁹ obtinuisset, Sic, & Moy si orõ veniã obtinuit Israeli, & ut Ps. ait, dixit, ut dispderet, eos, si nõ Moyses electus eius stetisset in cõspectu eius, ut auerteret irã eius, sed optime Ber. ait, ꝓ Lazaro uiuo orãt, pro
B mortuo plorãt, q aut Io. ait, ē pcm̃ ad mortē, ꝓ eo nõ dico, ut oret qs, sed ploret qa
Iob 33 efficacior lachryma, q̃ verbũ. Aliorum orõnes quęrere docent amici Iob voca, si est, q tibi rñdeat, & ad aliquē sãctorũ cõuertere. Et alibi, si fuerit pro eo, Ang. loquēs, vn⁹ de millib. vt annũciet hoīs æq tatē, miserebit eius. Et dicet libera eũ, ut nõ descēdat in corruptionē. Ora ergo tu tibi prãdimitti, & alios q̃re, q ꝓ te orēt. Secũdũ attēde, quo ĩ loco, oret Maria cecidit ad pedes Ies⁹, adorabim⁹ ĩ loco vbi steterũt pedes eius, eo in loco in quo obtinuit aĩæ suę resurrectionē, in eodē obtinet fratris suscitationē, sicut piscator, qñ in hoc loco pisces multos cepit, in eodem curat alios caper. Ita Maria facit. Tenuit
Ps. 131 Sunamitis pedes Eliſęi, et obtinet filij re
C surrectionē, sic Maria, cũ ad pedes Chri dñi eēt, audiuit, optimã partē elegit sibi Maria, optimũ eũ locũ sp elegit. Et quēadmodũ dicebãt poetę Anteũ, qa terræ filius erat, cũ in eã cadebat, duplices acci pere uires, ita Maria filia pedũ Xpi ibi vires resumit, ibi oĩa obtinet. Cecidit ait, ad pedes eius, fęliciter cadit, q corã Deo cadit, & male stat, q corã Deo stat, sicut angelus malus, & pharisęus ille, de quo dr̃, stãs ãt pharisæus, qa aĩo, & corde stabat. Iõ nos petr. monet humiliamini sub potenti manu Dei, et ps. Adoremus, et ꝓ
Ps. 94. cidamus añ Deũ. Tertiũ infremuit Xps, sicut nobiles, q in torneamēta rega, & ar
B corpus aũt adaptasti mihi, holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio, Christi uero sacrificium infinite gratum patri fuit, & adeo gratum, vt quicquid super idem altare simul cũ Christi sacrificio oblatum fuerit,acceptũ ei erit, Iud. 6. virga sua Angelus tetigit Gedeonis sacrificiũ,et continuo ignis de cælo descendit,& uorauit illud,in signũ, ꝙ Deo gratum fuit. Quo innuitur, quicquid Christus,tangit cruce sua, Deo gratum fore, hoc altare petebat Ps. super,ꝙ sacrificia accepta mundus offerret. Benigne fac Domine in bona uoluntate tua Sion,&c. Tũc acceptabis sacrificium iustitię,&c. Nos ergo iam super hoc altare sacrificia nostra ponamus. Lætatus etiã Abraham est,uiso uexillo crucis,quia ue

Ind. 6.

C xillum erectum est,sub quo Deo militare possimus,uexilla regis prodeunt,hinc Esa. cum eleuatum fuerit signum super montes,tunc audietis uocem,& clangorem tubæ, Vexillum crux est, ad quod cõfugiamus,turris fortitudinis,qua protegamur. Fugit Ioab in templum, & altare tenuit. Sed mortem non euasit, quia altare tunc non erat,quod a morte eripere posset, at altare [nostrum a morte eripit accedentes] ad se,uitam donat gratuæ, &c.

A

Feria Secunda post Dominicam Quintam Quadragesimæ.

Thema. Si quis sitit ueniat ad me, & bibat, &cæ. Ioan. 7

INter nomina a sensibilibus rebus sumpta,quę Deo sæpe in scriptura tribuũtur unum,quod ei maxime conuenit, est fons aquę viuę. Hunc desiderabat fontẽ psaltes tanquam uulneratus ceruus,cum diceret. Sicut desiderat ceruus,ad fontes aquarum,ita desiderat anima mea ad te Deus Sitiuit aĩa mea ad Deum fontem viuum. De eodem fonte Moyses ait. Aperi domine thesaurum tuum,fontem aquę viuę. Recte appellat fontem thesaurum Dei,si enim aliquid est in corporalibus, quod Dei thesauros immensos manifestet,& quod nobis exponat Dei immensitatem,est fons aquę perennis. Accede ad fontem magnum, & uidebis,aquam ex eo procedere,non guttatim,sed in maxima copia, nec per unam horam, aut diem,nec per aunum,sed per mille,et sex millia annorum,nec unquam deficit, & adeo plenus nunc est, ac ante mille annos,nec in aliquo imminutus.

Ps. 41 B

Ma. 20

Magnum plane naturæ miraculum, vbi enim tanta aquæ copia abscondita erat? quomodoue generatur?

C

Si enim rationem naturalẽ consulas, putabis,post horã enim fontem defecturum,at experientia manifestum est,tantum ibi latere aquæ thesaurum, ut deficiat nunquam,sed nec minuatur.

En figuram expressam diuinę bonitatis,& bonorum ipsius, ac diuini thesauri,a quo bona innumera procedunt semper ad creaturas beneficia,dona sine numero,non uno,aut duob. annis,sed mille,& in perpetuum,nec ideo in se minuitur,aut deficit,sed eadem semper plenitudine perseuerat.

Hanc immẽsitatem bonorum Dei explicare ille uoluit homini,& hoc intẽdit innu-

A innumeris conductis creaturis quib. ex-
plicat infinitum illum fontem, à quo p-
cesserunt. Sed vt rectius explicaretur, &
a nobis intelligeretur immẽsus ille the-
saurus, ordinauit ipse, ut huic immensi-
tati bonorum ipsius responderet in ho-
mine immensum uacuum, & capacitas
sine termino, appetitus sine fine, qui nũ-
quam dicit, sufficit. Simile abysso cor ho
Eccl. 4. minis Sapiens dicit, cum ait, abyssum,
& cor hominum inuestigabit, & in iusti
tia eorũ excogitabit. Vbi alij legũt, abys
sus est cor hominum inuestigabilis, est
enim abyssus, puteus sine termino, in
quem si inijcias diuitias, honores, volu-
ptates, regna, imperia, omnia absorben-
tur, nec ipsum impletur, licet per annos
B plurimos hæc, & alia in illud reponas,
plura enim, & ampliora capit, ac apetit,
& postquam innumera inieceris, quasi
nihil habuerit, ac acceperit, sic se habet,
& uacuum se clamat. An non sic Cæsa-
ri, ac Alexandro accidit? quibus impe-
rium orbis concessum, in quos immen-
sæ diuitiæ congregatæ sunt, & nihilomi
nus Alexander plorat, quia vnius mun-
di imperium teneat, nec plures mundos
acquirere possit. Sitis profectò hominis
immensa est, puteus immensus, qui re-
spondet infinito fonti Deo, & ideo De⁹
cor hominis tale, ac adeo capax efficit,
ut solo Deo infinito impleri valeat. Vt
arca sit infiniti thesauri diuini, quo solo
Ps. 32. repleatur, hoc est, quod Psaltes, ait. Po-
Basil. nẽs in thesauris abyssos, Basilius, & Eu
Euchi. thimius aiunt, uerba illa contraposita es
se, quasi dicat, ponens thesauros in abys
sis, .i. reponens thesauros suos in abysso
cordis humani, deriuans fontẽ aquæ ui-
C uæ immensæ in puteũ humanæ mentis.

Huius rei rõ est, quia est in intellectu
ac uoluntate capacitas. Ac desiderium
omnis boni, nec vllum est bonum, ad ꝙ
non extendatur. Oculi extenduntur ad
lucem, ac colores, non vero ad sonos, aut
sapores, aures ad sonos, non ad odores.
Gutur ad escas, nõ ad alia. Brutis sat est,
si corporalia bona assequant̃, quia spũa-
lia nihil ad eos ptinent, & iõ eorum ca-
pacitas, ac desideriũ finẽ hẽt, ac terminũ,
qa unico bono frui pñt. At uero intelle-

ctus ac voluntas hoĩs potẽtię sũt vniuer- A
sales, q̃ ad vniuersa extenduntur, ac cor
poralia, ac spũalia, temporalia, ac æter-
na, naturalia, ac supernaturalia, & nul-
lum est boni genus, quod hõ non intelli
gat, ac amet, cum eo vsque ferantur, ut
Deum ipsum, qui supremum bonorum
est, intelligant, ac ament. Et iõ ad Philo. Philo.
Non solum conditum esse hoiem, ut il-
li Deus manifestetur, quod alijs inferio-
ribus non contingit, sed ẽt vt in hoie o-
stendat infinitatem suam, q̃, in alijs non
sic manifestat. Et iõ reliquis corporali-
bus creaturis sat sunt Dei dona, homi-
ni nihil sat est nisi ipse Deus. Ea siti ar-
det, vt non satietur nisi ipso integro fon
te. Et hoc est, conditũ esse hoiem ad ima
ginẽ Dei, quia vacuũ hẽt, quo Deus capi-
tur, eiusq; capacitas Dei ipsi accommo- B
datur Et sic abyssus abyssum inuocat,
vt ait Ambrosius, quia abyssus capaci- Ambr.
tas hoĩs expetit abyssum diuitiarũ Dei,
puteus sine termino creatus expetit pe-
lagus immensum bonitatis Dei increa-
tæ, & abyssus cordis humani fontẽ uiuũ
Deum, quem cũ receperit mens huma-
na, fit ex sicco puteo, fons hortorum, &
puteus aquarum viuentium, ut in Can- Cant. 4
ticis dr̃, quæ fluunt impetu ab eo, quia in
se continet fontem aquæ uiuæ, & ideo
flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuę.

Hinc inter diuina noĩa primum qđ
Deo tributum est, & in quo ipse patrib.
apparuit, fuit Sadai, ꝙ sigñat sufficiens,
ac satiãs, Quia ipse solus sibi sufficit, nec
alio indiget, qa fons est oĩum bonorũ,
& cũ aĩæ adest, eam implet, ac satiat. Et
hinc fit, ut impij, qui hoc fonte carent,
p̃ sitiant. Vñ Sapiens, venter impiorũ Pro. 13
insaturabilis, qa vnũ erat, ꝙ eos satiare C
poterat, Deus, s. & hunc a se repellunt,
& ideo igne, ac siti uexantur. Similesq;
sunt puteo illi, de quo Ioannes. Aperuit Apo. 9.
puteum abyssi, & ascendit fumus putei
sicut fumus fornacis magnæ, & obscura
tus est sol, & aer de fumo putei, & de fu-
mo putei exierunt locustæ in terram.
Hoc manifeste patet ĩ Pharisæis, ac Scri
bis, quorum corda similia erant huic pu
teo, igne. n. iræ inuid æ, superbię, ac odij
in Xpm ardebant, & iõ sanguinẽ agim-

A ni immaculati sitiebant,& ad eum comprehendendum mittunt ministros. Et fumus ab eis procedebat, quod solẽ obscurabant, verba, s. blasphemiæ in Xpm vt eius famam denigrarent. Locustæ verò inde procedentes ministri sunt, ad Christum comprehendendum missi. Putabant hi miseri, reiecto Christo fonte, melius eis futurum,& sitim ipsorum extinguẽdã, sed nõ ita res se hẽbat. qa ipse est fons, quo habito, sitis extinguntur, & ideo clamat. (Si quis sitit veniat ad me,& bibat,) Vt impleatur aqua viua.

Sed vt explicemus, quo pacto fons vitæ Deus iustum repleat aqua, & flumina a ventre ipsius fluant, attendendum nobis est rei huius aptissimum exemplũ

B Símile quod in principum domibus quotidie cernimus. Quia enim aquæ copia perutilis, ac necessaria in domo magna est; omni adhibita diligẽtia curatur, ut fons maximus in principis domo sit. Cuius præcipua copia ponitur in fonte præcipuè elaborato in impluuio amplissimo domus, qđ vulgo dicitur ratio, quo fonte maximè domus ornatur. Inde vero aqua secretis vijs ducitur ad multas domus partes, ad aulas,& cubicula inferiora domus, ut veris tpe calorem temperent. Inde vero ad hortos, vt flores irrigentur, sintq; horti irrigui,& ad alias domus officinas, in quib. multa opus est aqua. Inde ẽt cũ vniuersa domus loca aqua redundant, extra domũ regiã aqua duci solet,& fontes fiunt, quib. vicinę domus vtuntur,& ex quib. aquam hauriũt Tanta aũt aquarũ diuisio maximo fit artificio per secretas terræ venas,& alia lo

C ca secretiora. Hoc exemplo aliquo mõ explicari potest, quo pacto diuinus fons in iusto sit,& ipsum repleat mirabili ar-

Prou. 8 te, ac sapientia, de qua Sapiens ait, & librabat fontes aquarũ. Primum. n. Diuinus Spiritus illabitur animæ,& in illius essentia inhabitat, & in eius essentiam gratiæ habitũ ponit, qua mirabiliter anima ornatur, quasi domus regia fonte in pluuiali posito. Miro autem ordine in es

D. Th. sentia aïæ primum gratia ponitur, ait D. Thom. 1.2. 110. articu. 4. Sicut enim radix, ac fons omnium, quæ sunt in homine essentia aïæ, a qua potentiæ fluunt, A ita ẽt radix, ac fons totius esse gratiæ est inhabitatio diuini spũs, q per gratiam ĩ essentia aïæ habitat. Est. n. gratia esse quoddã supernaturale, dãs aïæ vitam. Et tũc hẽt in se aïa illũ, de quo scriptum est in Psal. Qm apud te est fons vitæ. A primo isto fonte gratiæ deriuatur aqua ad primam potentiam,& intellectum, s. in quo efficitur alius fons fidei, prudentiæ, intellectus, scientiæq;. En diuersos aquę canales, qui in eadem potentia sunt. De hoc fonte dr̃ in Canticis, fons signatus, signatus ait Bern.& Origenes, diuino sigillo, diuinæ. n. veritati, & authoritati fides innititur, E fiet fides fons clausus, ac signatus, quia aquas purissimas hẽt, nullis erroribus admixtas, simul etiam oculta sunt, qa fides est argm non apparentiũ, vt Pau. ait. Quia vero fides docet, hoïem conditum ad æternam beatitudinem,& media oñdit ipsi cõcessa ad eã cõsequendã, ex fonte intellectus dr̃ aquã ad voluntatẽ, in qua fit alter fons Spei, ac Charitatis, q̃ est aqua saliens in vitam æternam, quam sperat, ac diligit, impleturq; illud Ioannis. Fiet in eo fons aquæ uiuæ saliẽtis in uitam æternam. Quia. n. beatã sperat patriã opera pstat p charitatẽ, qb. in illa pueniat. Et iõ Sapiẽs ait. Lex sapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis.

Pſ. 35. Can. 4. Bern. Orig.

B

Ioan. 4

Pro. 13

Quia uerò, q̃ diligit bonum, timet, ne illud amittat, ide pcedit fons alter timoris, quo hõ declinat a malo. Et aquæ istę frigidæ sunt vt æstus concupiscentiæ extinguãtur. De quo fonte in capite sequẽti loquit̃ Sapiens, coniungens, ac connectens illũ priori, ait: Timor dñi fons vitæ, ut declinet a ruina mortis. Ad concupiscibilẽ aũt, ac irascibilẽ fons deriuat̃ a superiorib. potentijs, & iõ in eis fiunt alij virtutũ fontes, temperantię, ac fortitudinis. En hoïem redditũ quasi hortũ irriguũ, cuius non deficient aquæ iuxta Esaiã. Sed iteriores fontes descripsimus, q intra domũ cordis sunt. Nunc videamus externos fontes, q ab ĩternis deriuãtur, sic. n. Sapiẽs ait. Deriuent̃ fontes tui foris,& ĩ plateis aquas tuas diuide. Quia . n. hõ corpore° ẽ, idiget bono exẽplo, ut videant reliq opera vestra bona,& glorificent

Pro. 14 C

Esa. 58

Prou. 5

A rificent patrē vestrū. Egrediantᷣ ergo aq̄ iste de paradiso,; & diuidantur in diuersos fontes, ac flumina, vt irrigent vniuersam supficiē terræ, nō maneat hæc aqua in noīe solo, sed ad aliorū vtilitates aqua ista decurrat in loca publica. Quia. n. intellectus linguā mouet, cuius illa instrm est, quo conceptus exprimit suos, a fonte intellectus deriuetur fons alius ad linguā, in qua sit fons verborū cælestiū. De quo fonte Sapiens ait. Aqua ꝓfunda verba ex ore, viri, & torrēs redundans fons sapiē. Recte ait torrēs redūdas, q a fons sapiē, q in intellectu est, redundat in linguā, dū uerba optima, ac sancta profert, verba sancta loq̄re, q decēt sanam doctrinā, verbū irreprehensibile. Sed inter hos B fontes qdā ꝑcipui sunt, vt illi, qui ad iustitiā erudiunt plurimos. Sed qa satis non est recte loqui nisi, & recte opereris, ex fonte spei, ac charitatis fons alius deriuatᷣ ad pedes, ac manus, vt hō moueatur, ad opera recta. Hinc Sapiens ait fons, viuus eruditio possidentis, vbi glossa sic exponit, i. facientis, ꝙ loquitᷣ. Is. n. fidē uiuā hēt, q ope complet bona, quę docet, & pedibus, ac manibus opera miæ ꝑstat. De quo fonte Sapiens ait. Si impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet te. Idest. Si multa opera bona perfeceris, plenæ erunt manus tuæ fructibus bonis, quasi fons aqua. Quia uero non solū bona agenda sunt, sed & mala diluenda. Ex fonte amoris, ac timoris fons alius ad oculos deriuatᷣ, in qbus efficitᷣ fons lachrymarū, q inseruit ad abluēdas maculas peccatorū. Hinc petit fontē Iere. cum ait, quis det capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum.

Pr. 18. · Pr. 16. · Pro. 6. · Iere. 9. · C

Dæmonis aūt cura hæc est ut fontem hūc obstruat, & aquęductū impediat, canalesq; rūpat, qb. aqua ista ad vniuersū hoīem decurrit. Sicut Holofernes incidi pręcedit aquęductū, quo aquę veniebant in Bethuliā. Et sicut Philistæi obstruebāt puteos, quos fodiebat Isaac, sic dęmō curat, ut admisso peccato mortifere, recedat Deus ab hoīe, & sic in eo hic perēnis fons non sit, & recedente gr̄a ab hoīs aīa dissoluitur, vnio, quæ erat inter Deū, & hoīem. Et ita fontes alij tolluntᷣ, qui inde

Iud. 7.

procedebant. Manet qdē fides, & spes in pctōre, sed nō tanq̄ fons aq̄ uiuæ, sed tanq̄ aqua stans, nec ebulliēs, aut decurrēs, sed tanq̄ i lacu. Tūc nō dr̄ fons aq̄ viuæ. Et hui⁹ rō est, qa aq̄ viuā eā dicis, q ebullit, mouet, ac decurrit, eā verò, q stat, ac detinetᷣ mortuā appellas. Illā ēt uiuam dicis, q decursu suo congiungitᷣ cū fonte, a quo procedit, & a quo sp aqua emanatᷣ amplior. Ita ergo fides cū cōiungitᷣ, gr̄æ, ac charitati, uiua est, ac mouetur, discurritq; p uniuersas aīę potentias, eo, quo diximus, ordine, qn̄ uero gr̄a ab hoīe recedit, manet quidē fides, sed mortua, tanq̄ aqua in lacu, & iō non ebullit, non currit, nec in opera prodit, nec in altas potētias aqua discurrit, quia nec est Dei charitas, nec uerus timor, nō est fons lachrymarū, nec opera iusti. Et hac rōne pręclare nunc Chrs ait, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluēt aquę viuę. Nō absolute dixit, q credit, sed ut notat Chry. & Theophilactus addidit, sicut dicit scriptura, quæ verba illi doctores cum superiorib. coniungūt, quasi dicat, qui credit in me, eo, modo, quo scriptura ꝑcipit, ut in me hoīes credant, fide. s. uiua, ac perfecta. Sicut dr̄ in 2. Parali. Oculi dn̄i contēplantur uniuersam terrā, & præbēt fortitudem his, qui corde perfecto credunt in eū. En quam fidem exigat scriptura, nō solum intellectus, sed & cordis perfecti, ea aqua uiua est, quia decurrit, & utilis est. Aqua enim emortua, ac stans, nec piscibus bonis gignendis apta est. Et sic bonæ cogitationes, & sancta desideria in peccatoribus nō sunt, licet multa scīa sint pditi, ut nūc in Pharisæis manifestum fit, qui edocti diuinis literis, deteriores erant ethnicis, & Xp̄m amplius persequebantur, quam gentes. Et inutilis erat eorū aqua, nec illa crescebant germina uirtutū. Cum aūt fides adest uiua, uniuersa bona ista perficit gignit. n. sanctas cogitation s. cōsilia recta, bona desideria, & irrigat vniuersa uirtutum gemina, efficitq; aīam cæleste paradisum, dignū habitaculū Adæ cęlestis. Sicut. n. amœnitas terrestris paradisi ꝓcedebat a fonte, qui erat in medio eius, & illū uniuersum irrigabat, ita pul

A · B · 2. Par. 16. · C

A chritudo paradisi aiæ a fonte gratiæ, procedit, a qua procedunt aquę, quę vniuersam aiam irrigant, ac bonis replent. Et iō hunc ait Iesus, flumina de ventre eius
Cant.4 fluent aquę viuæ. Et ideo sponsus ait. Emissiones tuę paradisus, i. riui decurrentes ab aia tua efficiunt paradisum uo'uptatis, & viror plantatiū ostēdit optimā,
Eccl.4. qua irrigantur, aquā. Hinc Sapiens. Sup cēm aquā viridatas, & gřa Dei est paradisus in benedictionib. Cum uiā agis facile, uel a longe agnosces vbi sit aqua, qa arbores, & plantæ virides continuo apparent, ita cum aiæ adest gratia, uidebis statim illa paradisum uoluptatis. Et eris
Esa.58 ait Esa. quasi hortus irriguus, & quasi fons, cuius non deficient aquæ.

B Simili rōne, vbi defectus aquę est, siccitas apparet magna, & horridū desertū. Et ita, qm̄ scribæ, et Phariseį aquam a se repulerant facti erant terra deserta in uia, & inaquosa, in qua spinæ, & vepres, & aiantia effera, ac ueneno p'ena erant.
Ier. 12 Et has de illis q̄relas ꝓponeret Iere. Posuerunt potionē meam desiderabilem in desertū solitudinis. Quasi dicat, elegeiā mihi Synagogā in hortū uoluptatis quo delectarer & illi eā fecerūt desertū horroris. Et ideo nūc ei offert aquā uiuā Xp̄s q̄ recipiat, ex deserto mutabitur in hor
Esa.35 tū. Sicut pdixit Esa. Ponā desertū in delicias, & solitudinē quasi hortū dn̄i: Sed qua arte id fecit? Subijcit statim Esaias. Scissæ sunt in deserto aquæ, & torrente
C in solitudine. Aqua.n. gratię hæc efficientur a me, mutabo.n. desertum in paradisū uoluptatis dn̄o, nec solum dn̄o, sed & tibi ipsi, pbens tibi gaudiū, ac lętitiā. Et iō Sapiēs dixit, gratia sicut paradisus in bn̄dictionibus, impletur.n. hō bn̄dictionibus dulcedinis, & oleo lætitiæ, qm̄ vita iusti similis est paradiso. Quod adeo
Philo. verū est, ut Phil. dissertissimus Iudæorū lib. 1. Allegoriarum dixerit, paradisum voluptatis figurā esse virtutis, in qua veræ deliciæ sunt, & consciæ mira hilari-
1.Pe.1 tas. Iuxta illud Petri. Credētes aūt exultātes lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutē aiarū vr̄arū. Ecce effectū fontis fidei formatæ charitate, lætitia inenarrabilis, ac glorificata. Multū ꝑfecto inter est, īter gaudia peccatoris, ac iusti. Iustus.n. fontē domi hēt, quo lætat' sine labore, ac peccator aq̄ domi non hēt, sed eā de foris portat, & onere pmitur. Sicut Samaritana, nec solū labore, sed & dolore, ac pecunia data illā bibit, iuxta illud Threnorū. Aquā Thr.5.
nr̄am pecunia bibimus. In his Pharisæis hoc manifestū est, q multo labore q̄runt ministros, vt Xp̄m capiāt, & pecuniā eis dāt, ut aq̄ eis deportent, q̄ postea felle est amarior. Quot, obsecro, laborib. ac sudorib. acq rit peccator parū delectationis, aut lucri, q ei postea in fel conuertitur? At uero iusto oritur aqua ex corde, flumina lætitiæ ex uētre illius ꝓcedūt, non aliunde hoc gaudium portat, sed a seipso hēt, intus ꝓcedit. Vn̄ Aug. ait, gaudium B
uirtutis est, uel ut in domo ꝓpria nascēs Augu.
qa ex uirtute gaudiū colligitur quasi ex fonte, q ī domo est, sine vllo laborē. Hoc ēt colligit Procopius ex illo Esaię, haurie Ps. 12.
tis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, qa intra uos habebitis regnū Dei, & fontē aq̄ uiuæ, Deū, a quo ꝓcedūt plura gaudio sicut & plures fontes. Sicut.n. is, q in domo illa, de qua diximus, regia est, in qua plures sūt fontes, nūc ex hoc fonte, nūc ex illo aq̄ haurit, ita iustus plures intra se fontes hēt. ex quib. gaudia colligere pōt, nunc ex fonte fidei, cōsiderans magnalia, q̄ de Deo illa docet, nūc ex fōte spei, spe gaudētes, qua facile tolerātur lab re uitæ huius. Nūc ex charitate, dum tanq̄ filius Dei protectionem illius expe C
rit. Et sic ex reliquis. En haurit aqua in gaudio de fontibus Saluatoris. Et hoc ipsum naturæ lumine assecutus est Aristo. Arist.
1. Ethic. c. 8. ait. Iustorū uita non indiget voluptate foris adiūgenda, sed habet in seipsa uoluptatē, nā iustū, qui nō dicat, q iustis nō gaudet. Quia cum ipsa in se bona sit, a seipsa gaudiū ingenerat, nec aliū de mutuat. Vnde Ber. ait, uoluptates nō Bern.
pdimus, sed mutamus a sensib. ad cōscientiam. Præclare Seneca ait. Existimat me Senec.
multas tibi subtrahere uelle uoluptates, q fortuita submoueo, imo contra uolo tibi nunq̄ deesse lætitiam, uolo tibi domi nasci, nascitur enim, si intra te ipsum sit.

Ex hac vero diuersitate inter gaudiū pecca-

A peccatoris, ac Iusti, alia ẽt diuersitas oriẽ quod iusti gaudium, cum sit aqua uiua, q̃ coniuncta est suo principio, ac fonti perenni, Deo, qui in aĩa habitat, est perennis, nunq̃ deficiens, quasi aqua fontis, q̃
Esa. 58 semp manat. Iõ Esaias ait. Et requiem tibi dabit dñs De⁹ semp, & implebit splẽdorib. aĩam tuã, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarũ, cuius non deficient aq̃. Non ergo
Esa. 33 deficit fons aquarũ iusto, q̃a gaudiũ illius non deficiet. Sed gaudium peccatoris speratũ est a Deo fonte, & iõ deficit cito, & deceptũ peccatorẽ derelinquit, iõ iusti gaudia aq̃ fideles dñr, peccatorum autem infideles. Hinc Esai. Munimenta
B saxorum sublimitas eius, panis datus est ei, aquę eius fideles sunt, vbi alii legunt, aquę eius perennes sunt. De iusto recte ait, ꝙ in altissimis, ac tutissimis locis habitat vbi tñ non deest panis, & aqua, nec
Iere. 16 .n. fame, aut siti eum capient inimici. De gaudio aũt peccatoris Ieremias ait. Facta est mihi quasi mendaciũ aquarũ infidelium. Aqua profecto infidelis est, q̃ cito deficit, & cum decurrere debũit, non
Naũ. 2. decurrit. Q̃d explicuit Nahũ, cũ ait: Niniue quasi piscina aquarũ aquæ eius. Ipsi verò fugerunt, state, state, & non est qui reuertatur. Quæ uerba exponit glossa de gaudio mundi, quod simile est piscinæ, q̃ multo tpe impleri solet aqua, & quam citissime aqua dilabitur, & pisces, qui læti in aquis versabantur, in siccitate palpitãtes manent. Quoties id peccatori accidit qui lætatur diuitijs, honoribusve, & tñ occulte, uia qua ignorat, omnis, lętitia abscedit, & fugit. Et licèt clames, state, sta-
C te, nolite fugere delicię, non est, qui reuertatur, sed efficitur illud Esaię, computrescent pisces sine aqua, & mortui sunt siti. Ex hac, quam diximus diuersitate, alia oritur inter gaudium iusti, & peccatoris quod iusti gaudium aqua est, decurrens, & ideo claram nullam retinet immunditiam, sed oẽm expellit, si eam quispiam turbare uelit, quia iustus in gaudiis suis pc̃tm̃ non admittit. At peccatoris gaudium plenum veneno est, ac immunditiis, tanq̃ aqua, q̃ in lacu est, Et inde ꝑcedit peruersus illius odor, ac sapor: inclita .n. gaudia semper cum timore, ac malo
A exemplo sumuntur. Vnde Iere. Quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquã turbidam? At de gaudii iusti Ezech. ait. Tũc purissimas reddam aquas eorum.
Iere. 2.
Ez. 32.

Si ergo o homo uis sitim extinguere, accede ad Deũ, & eum fontem ad aĩam tuam duc, qui implebit illam. Vt sitis extinguatur, oportet, aquam eo intrare, ubi sitis exardescit, nec .n. aqua, quæ in manu est, extinguet sitim, q̃ in gutture est. Aquam mundi non bibit homo in quantum homo, sed in quãtum animal, quia corporalia corpori conueniunt, at Deus intra animam consistens, eam satiat, & illius sitim extinguit. Ideo eum uocat Da-
B uid Deus cordis mei, quia cor intrat, & replet, & iõ regnum Dei intra iustos est, vt illis tribuat sanitatem. Ideo dicit Psa. Psa. 22
aquam refectionis, i. aquam satiãtem ac sitim extinguentem. Quia uero hoĩes adeo alieni a rõne sunt ut licet hæc, quæ diximus sciant, nihilominus Deũ relinquunt fontem aquæ viuæ, vt fruantur vanis delectationib. clamat Iere. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desola- Iere. 2.
mini uehementer, duo .n. mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, q̃ continere non ualẽt aquas. Sed satis sit dñe, quod clamauerit Iere si hõ ei uon credit, relinque eum, vt indignum aqua tua. Sed non ita erit, diligo .n. hominem, & iõ ego ipse veniã, & clamore ma-
C iore q̃ Iere. clamabo. Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, Clamabo, donec raucæ fiant fauces meæ. Et donec pectus meũ lancea aperiatur, vt cum uox defuerit, nõ deficiat fons aquæ e latere meo emanãs, qui clamet ad sitientes, ut accedant. Sed dñe, quid clamas, tu non clamasti, cũ flagellis cædereris, cum spinis coronareris, cum cruci affigereris, qũo nũc clamas? Certe eximius in nos amor eum clamare compellit, durius .n. fert, quod damnemur, q̃ ꝙ ipse multa patiatur. Accedam⁹ ergo ad eum, ut iam non opus sit clamore, sed impleat illud Sophoniæ dñs De⁹ Sop. 3.
tuus in medio tui fortis, ipse saluabit, gaudebit sup te in lætitia, flebit in dilectiõe tua, & exultabit sup te ĩ laude, &c.

Feria

A

Feria tertia post Dominicam quartam Quadrag.

Them. Si hæc facis manifesta temetipsum mundo. Ioan. 7.

Este.1. VNiuersa quidem Dei opera eò tendunt, ut Deus innotescat nobis, & illius bonitas, ac pulchritudo nobis fiat manifesta. Sicut.n. Assuerus inani gloria ductus, conuiuium fecit, ut ostenderet diuitias gloriæ regni sui, magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ. Ita Deus conuiuium exhibuit omni creaturæ, sed non inani gloria ductus, sed vera

B

Apo.1. gloria, ac legitima, Deus.n. aliud extra se intendere non potest. Et hoc est creaturę vtilissimum, Dei sui cognoscere diuitias vt sic ei afficiatur. Et iō Deus cā est efficiens, ac finalis omnium creaturarum. Vnde ipse ait, ego sum alpha, & o, principium, & finis. Est.n. principium, quia cā efficiens, est autem finis, ad quem omnia

Sap.15 ordinantur. Recte ergo, Deo dici potest. (Manifesta temetipsum mundo.) Vt te agnoscat, nōsse.n. te consummata iustitia est, & scire uirtutem tuam, radix est immortalitatis. Et hęc est uita æterna, ut

Ioā.17. cognoscant te Deum uerum, & quē misisti Iesum Christum. Ne forte dicat mundus quod Pharao dixit, Dominum non

C cognosco, & Israel non dimittam. Omne enim peccatum ex ignoratione Dei procedit. Qui namque Deum viue cognosce-

Exo.5. ret, non peccaret. Et ideo Ioannes ait, qui

1.Io.2. dicit, se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendux est, & qui in tenebris ambulat, non nouit Deum, neq; scit eum.

Esa.46 Sed attendēdū est uerbū illud. (Manifesta.) Quia vt Esa. ait, vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator, & nisi ipse se manifestet, nō est inuenire illū. Est enim thesaurus absconditus, quem qui inuenit homo, vadit, & vendit vniuersa, quæ habet ut illum possideat. Et hinc est, quod licet plurima sint fidei nostræ testimonia, non potest homo credere, eo pacto, quo fidelis credit, nisi diuinū ei adsit lumen quod Deus illi se manifestet. Vt impleatur illud Psalmi, in lumine tuo uidebimus lumen. Et ideo fides donum Dei est, non ex nobis, ne quis glorietur. A

Verum.n. vero licet hæc ita sint, tamē Christi propinqui, qui ei dnt. (Manifesta temetipsum mundo,) vanam ostentationem intendebant, nec.n. credebant in eum. En quid propinqui Christi ei suadeant, vanam gloriam, ac ostentationē. Mar.5. Recte Christus dixit. Inimici hominis Cyrill. domestici eius. Cyrillus hic pręclare adnotat, Ieremiam sermone ad Christum Ier.12. conuerso hoc ei prædixisse, cum ait. Nā & fratres tui, domus patris tui etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena uoce, ne credas eis, cū locuti fuerint tibi bona Quasi dicat, etiā B propinqui tui erunt inimici tui, loquentur tibi bona, idest, vana, & apparentia bona tibi optabant, ac consulent, ut in mundo magnus appareas, hæc sunt bona, ac magna, quæ propinqui loqui solent, sed tu ne credas eis, quoniam ea uera bona non sunt. Diuus Thom. in 2.2. D.Th. articulo vltimo, vltimæ quæstionis, ait, non esse communicandum cum propinquis consilium ingrediendi religionem. Pro.25 Et cum Sapiens dicat, causam tuā tracta cum amico tuo, ait Diuus Thomas, hāc causam cum propinquis non tractādam quia amici sunt carnis, & inimici spūs. Multorum certe perditio a propinquis, C & cōsanguineis prouenire solet, qui docere solent superbiam, iactantiam, aliorum despectum, sui ęstimationem. Quis occidit Abel, non ne Cain? Quis persequit Isaac, & illum docet idola colere, ac ludere, nonne Ismael frater? Quis persequit Iacob, nonne Esau? Quis Ioseph Ismaelitis vendit, nonne fratres? Quis murmurat aduersus Moysem, pro Aethiopissa vxore, nonne Aaron, & Maria? Maxime ergo tibi caue a latrone domestico. Solēt propinqui consilia dare parua, similesq; illis efficiuntur, qui vocati vt ignem extinguāt, qui domum absumit, ligna, & oleum mittunt, plus ardeat. Sic illi agere solent, quorum inquiris cōsiliū, cum forte iniuriam passus es, & cum aquam in ignem mittere deberēt, oleum inij-

A inijciunt, & verbis suis ad vltionem te inducunt. Id ipsum in alijs præstant negocijs, in quibus de animæ salute agitur. Quod si satis tibi est, ut in perpetuum ab eo caueas, qui semel tibi propinauit venenum, attende nunc, quæ praua consilia tibi dederint, qui se amicos fingũt, & caue ab eis. Ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Bona videntur loqui, cum honores, diuitias, vindictã, & appetitui inordinato cõuenientia suggerunt, sed illa bona nequaquã sunt, ne credas ei. Et nunc attende, qd in simili cã Christus fecerit, ut scias, quid tibi sit faciẽdũ.

(Ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia
Augu. quærebant eum Iudæi interficere.) Subtraxit se ab inimicis, ait Augustinus, nõ
B necessitate, sed, ut præberet membris exemplum, aliquando a persecutoribus declinandi. Sicut etiam exemplum præbuit inimicis occurrendi, cum in passione dixit, Ego sum. Sic Paulus Damasci in sporta missus est per murum, sed sæpe palam apparuit. Quod uero propter se non indiguerit abscondi, manifeste ostendit, cum uno verbo hostes ad se capiẽdum venientes, humi prostrauit. Fugere ergo, & inimicos declinare, fortitudinis est, sicut impetere suo tẽpore. Præ-
Ecc. 32 terea deserit Iudæam, ut impleat illud.
Mat. 7. Sapientis, ubi non est auditus, nõ effun-
Eccl. 2. das sermonem. Et nolite sanctum dare canibus, & nolite proijcere margaritas ante porcos. Est ergo tps loquendi, & tẽpus tacendi. Sicut enim suo tempore sol procedit, & radios mittit, aliqñ ẽt se abscõdit, & appar&t pulchritudo stellarũ, & lunæ. Et sicut æstate arbores produ-
C cunt ex se flores, ac fructus, & vim suam manifestant, hyeme autem intra se ipsos se colligunt, & vim suam occultant. Ita sol iustitiæ, & arbor uitæ facit, & cũ ini-
Esa. 5. quis efficit illud Esaiæ. Nubibus meis mãdabo, ne pluant super eam, quia indigni redditi sunt doctrina, ac miraculis Christi. Et hoc discessu quasi minatur, ait Cyrillus, migraturum se se ad gẽtes,
Ro. 12 & eos omnino relicturũ. Simul etiã do-
Esa. 2. cet nos, iram declinare. Date locum iræ, ait Paulus. Et propheta ait, quiesce ab homine, cuius spiritus est in narib. eius, A id est, discede ab homine irato, donec efferbuerit ira.

Simul hoc recessu a Iudæa docet Christus, qũo a suis recedat in eorum bonũ, nõ quod omnino abscedat, sed quia intus latens abscondit consolationẽ. Quia enim humiles nos Deus vult, hoc recessu nos humiliat, & bonũ mihi, quia humiliasti me. Alias enim in furorem verteretur iustus pgaudio. Cum, n. anima Deum infinitum bonũ agnoscat, si omnino nosset, a se possideret, summo perfunderetur gaudio. Manifestat ergo aliquando se Deus animæ, ut læta sit, & cãtet in vijs dñi, qm magna est gloria do- Ps. 143
mini. Et cantabiles mihi erant iustifica- Ps. 118
tiones tuæ in loco peregrinationis meę, qua alacres nos Deus vult, & gaudẽtes, ac cantantes in cordibus nostris. Sed tri- B
stia aliquando miscet, dum discedit, ne anima superbiat. Cum autem discedit, vel absconditur, effectus relinquit, quibus anima agnoscat Deum sibi adesse. Ideo desideranti Moysi faciem Dei ui- Ex. 33.
dere, dicitur, posteriora mea uidebis, idest, effectus. Ideo sponsa per cancellos sponsum videt, quia non omnino uidet, Can. 2.
sed aliquid eius. Ita ergo cum videtur tibi, quod recesserit Deus, & ais cum Psal-
te, vt quid domine recessisti longe? At- Psa. 10
tende in effectibus adesse tibi eum, quis enim tibi peccatorum dolorem, gloriæ desiderium, in bono perseuerantiam tribuit, nisi Deus qui animæ tuæ adest?

Sed expendendum illud verbum est, (Quærebant cũ Iudæi interficere.) Triplex hoium genus necem Christo dño, machinatũ est. Alij inuidi, ut Pharisæi, quorũ figurã expressit Cain, inuidia occi- C
dens Abel, & fratres Ioseph, qui eadem inuidia eũ uendiderunt. De qua inuidia Ge. 36.
verũ hẽt, qd Iacob ait, fera pessima deuo- Chrys.
rauit filium meum Ioseph, Chrysost. homil. 54. in Ioann. ait, fera uenenosa inuidia est, fera immunda, & morb. voluntarius oi venia, & excusationẽ indigna, omniũ malorũ, & mater, & author, quamobrem eam radicitus euellamus, ut & a pñtib. malis liberemur, & futura bona cõsequamur. Alij ambitione Xpm occidere

A dere curauerunt, ut Herodes, ne regno pelleretur. Horũ figurã tenuit Amã, qui ambitione uoluit occidere Mardocheũ, & Absalon, qui eadẽ cã uoluit occidere
Augu. Dauid, Augustinus ait, noluit Christus regnũ terrenũ cũ supbia, q̃ cathedra pestilentiæ ideo rectè dr, quia nõ ferè quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Alij auaritia, ut Iudas, quorum figura fuit
3. Reg. 12. Achab, qui ut vineã surriperet, Nàboth interfecit. Auaro aũt nihil est scelestius,
Ecc.10 & nihil est iniquius, q̃ amare pecuniam, hic.n. & animam suam uenalem habet, sed quid dico animã, & ipsum Deum venalẽ habet, sic enim Iudas facit. Ecce be
Dan.7. stiã, de qua Daniel ait, & ecce bestia alia similis urso, in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentib. eius,
B & sic dicebant ei, surge, comede carnes plurimas. His tribus inordinatis affectibus nunc plures in se ipsis Christum occidere parant, & ideo ab illis cauendũ. Sicut.n. canis famelicus, qui carnem deuorat, etiam in dominum se cõuertet, ac eum discerpet, si carnem tollere voluerit, ita inordinatus affectus in Deum ipsum insurget, cum ei resisterẽ voluerit.

(Erat aũt proximus dies festus scenophegia.) Erat hoc pascha celeberrimum Iudæis, celebrabatur die decimaquinta Septembris, & tentorio faciebant Iudæi extra domos ex ramis, & in eis habitabant septẽ diebus, in memoriã illis temporis, cũ in deserto habitauerunt in tentorijs, & ideo festũ tabernaculorũ dice-
De.23. batur. Et iõ in Leuitico dr, ut discant po
C steri vestri, q in tabernaculis fecerim habitare filios Israel, cum educerem eos de Aegypto. Scenophegia aũt ẽ dictio Græca, a fixione tentoriorum dicta. Admonebantur aũt Iudæi illo feste, quod adhuc peregrini erant in hoc mundo, sicut patres eorũ peregrini fuerunt in deserto. Hoc uerò nobis iugi memoria retinẽdum est, quod hic peregrini sumus, & in tẽtorijs habitamus, nec habemus hic ci-
Heb.12 uitatẽ manentẽ, sed futurã inquirimus.
Psa.38 Sic de S. Paul. ait, confitentes se esse peregrinos sup terrã. Vnde Psalm. aduena ego sum, & peregrinus, sicut oẽs patres mei. Si.n. peregrinus dr in Italiam, qui A
in ea degit per unum annum, cum reliquum uitæ tempus in Hispania conficiat, cur nos peregrini non dicemur in hac vita, quibus in æterna sæcula uiuendũ est alibi, hic aũt per paruum tempus? Ideo nos admonet Petrus. Fratres, obse 1. Pe. 2.
cro vos, tanquã aduenas, & peregr nos abstinere a carnalib. desiderijs. Et Pau- 1. Co. 7
lus. Hoc itaque dico fratres, tps breue est, reliquum est, ut qui hñt uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tãquã non flentes, & qui gaudent, tanquã non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mũdo, tanquã non vtantur, præterit.n. figura huius mundi. Vnde Beda in c. 5. Iaco- Beda.
bi ait. Ne indignemini, si mali in hoc mundo floreant, & uos patimini, quia non est Christianæ religionis in mundo B
exaltari, sed deprimi. Mali nihil hñt in cęlo, uos nihil in mũdo, sed spe illius boni, ad q tenditis, quicquid in uia contigerit, gaudere debetis. Peregrinus in via nõ emit domos, vineas, oliueta, sed margaritas, quas secum deferre possit. Ita tibi temporalia curanda nimium nõ sunt, quia cum interieris, non sumes omnia hæc: opera iusta tecum deferre poteris, hęc tibi compara, opera.n. illorũ sequuntur illos, ut Ioãnes ait, Cain primus exti- Apo.14
tit, qui ciuitatẽ in terra fundauit & ciui- Oseę.4
tatem amisit cælestem. Iõ Oseas ait. Audite verbũ dñi filij Israel, quia iudicium Apoc.8
dñi cum habitatoribus terræ. Et Ioãnes ait. Væ habitantibus in terra, Habitatores terræ dicit, qui affectu in terra hærẽt, aduersum quos iudicium est dñi, & qui- C
bus uę diuinum interminatur.

(Dixerunt fratres eius, vade in Iudęã, nemo quippe quærit in palam esse, & opera facit in occulto.) Augu. hic ait, sicut August.
in sepulchro, ubi positum est dñi corpus, nec añ, nec post defunctus iacuit, sic uterus Marię nec añ, nec post quicq̃ mortale cõcepit, sed fratres usu scripturæ consanguinei dñi, sic.n. fratres dñi Abrahã & Loth, & Labã, & Iacob. Sed q̃d hi fratres intendãt, uarie exponitur a doctoribus, Aug. tract. 28. affirmat, hos ambitio- August.
ne quadã motos inducere, & exhortari Chri-

A Christum, ad hanc mundi gloriam, quærendam, quasi ipsius gloria in eos etiam tanquam fratres, & proximos secundum
Cyrill. carnem redundaret. Et uidetur Cyrillus lib. 4. cap. 42. idem sentire fratres. n. hos Christum ad vanam mundi gloriam, & ambitionem exhortatos esse dicit. In locis. n. celeberrimis maior gloria ex simulib. operib. poterat ab hominib. comparari, præcipue in te festo, qn̄ plurima multitudo in Ierusalē conueniebat. Sed uiā diuersam Christus peragit, humilitate plenā, hæc aūt vere uia est, quæ nos dicit in cælum, unde Ps. in ueritate tua humi-
Ps. 118 liasti me, i. in Xp̄o, qui est via, veritas, & vita. E diuerso Christus ambulat; quam
B mundus, & ideo in saluationem tendit, ac saluus erit. Sicut. n. is, qui fuga sibi salutem parat; solet e diuerso ponere soleā ferream, ut hi, qui eum insequuntur, & vestigia equi considerant, putent diuersam eum uiam tenere, & sic saluetur. Ita profecto Christus uiam humilitatis tenuit, & hanc suis ostendit, ut salui fierēt. Hinc reprobi cōsiderantes iustorum uiā per lachrimas, humilitatem, ac paupertatem, putauerunt insaniam, & finem eorum sine honore, sed uide, quo pacto sic saluati sint, ecce quomodo cōputati sunt
Sap. 5. inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Ait ergo Iesus. Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrū semper est paratum Aug. tract. 28. de tēpore glorificationis Christi hæc verba exponit.

Quasi dicat nondum est tempus glorificationis meæ, prius. n. oportet me humi
C liari, & mori, & per hanc humilitatē ad gloriam ascendere, tempus autem glorię vestræ in hoc mundo est, & ideo semper est paratum.

Quia cum fratres inducerent Christū ad gloriam, quærendam, recte Christus eis respondet, non hoc esse tp̄s quęrendę gloriæ. Sed ò domine, quo pacto tp̄s tuū non aduenit? Nonne cum uenit plenitu-
Gal. 4. do tpis, misit Deus filium suum, ergo tp̄s tuum iam uenit. Certe tempus adest, in quo in mundo deprimendus erat, non quo exaltandus, voluit. n. altitudinē humilitate præcedere, & ad celsitudinem p humilitatem viam sternere. Petunt disci A
Ma. 20 puli dexteram, & sinistram, attendentes quo irent, sed non qua, sed ut ordinate irent ad patriam, reuocauit ad uiam, excelsa. n. est patria, humilis via, & ideo ad eos ait, potestis bibere calicem? ecce qua venitur, ad q̄ desideratis. Hæc Aug. Qui sic exponit illud ps. Non repellet Dominus plebem suam; & hæreditatem suam non derelinquet quo ad usque iustitiā cō uertatur in iudicium, idest, licet Deus p̄mittat, suos flagellari, sed non eos derelinquet, quo usq. iustitia, idest, uirtus eorum conuertatur in iudicium, cum, scilicet, implebitur, quod dr̄, sedebitis super
Ma. 19 sedes duodecim, iudicantes duodecim
1. Co. 6 tribus Israel, & nescitis, quoniam Ange B los iudicabimus? erit ergo tempus, cum veniat in gloria, qui fuit in humilitate. Sic nobis accidere solet; vt contemplemur dona Dei maxima, quæ in sanctis fuere, nec attendimus uiam, per quam ad illa peruenire, quæ sane humilitas est deinde tempus iusti nondum aduenit, nec. n. in hoc mundo ille floret, nec hic illius magnitudo, & gloria, sed merces uestra copiosa est in cælis, nunc tempus est seminandi, cum lachrimis, aderit postea metendi tp̄s cū gaudio peccator hic habet tp̄s suū, hic gaudet, ac lętat. Sed ei accidit, q̄ illi, qui arborem, aut uitem unam hēt; & illius fructus colligit, ac comedit antequam maturi sint: illic namq; postea
C fructum non habet quem comedat, quādo opportunum est tempus fructum colligēdi, & nunc, cum fructus immaturos comedit, dentes illius obstupescunt, nec plene delectari potest in cibo, quia admaturitatem non peruenit. Ita omnino nūc tempus gaudii non est, sed pænitentiæ, qui nunc gaudia colligit immaturos fructus colligit, acerba vna est, & ideo plene delectari non potest, sed multa cum molestia, & quod deterius est, illud est, quod in alia uita gaudia non habebit, quia hic illa collegit, recepit bona in uita tua, ut diues epulo, & ideo in alia uita bona nō habet. Dic ergo homo tempus meum nō Luc. 16
dum aduenit, nunc non mihi lætandum est, aderit cito tempus, cum plene potero delectari.

(Non

A quos aridas esse arbores probabit, nec fructum retulisse, cum eis dicetur, esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sed in parte dextera apparebũt arbores alię uirides, plenæ fructibus misericordiæ, quæ audiẽt, venite benedicti patris mei, percipite regnum, quia esuriui, & dedistis mihi manducare. Tunc nullus dicet de iusto, malus est. Quia tanta eorum gloria apparebit, ut ipsi impij dicant.

Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Interim ergo, dum æstas uenit, sustineat iustus prauorum iudicia, & pro nihilo ducat a mundo iudicari, sic enim Paulus fecit, cum ait. Mihi pro minimo B est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die, qui autem iudicat me, dominus est. Ad piorum consolationem Christus seductor dici uoluit, ut non ægrescerant, si ab iniquis seductores dicantur, ut ait Augustinus. Nihil enim fuit, quod Christus non faceret, aut pateretur, ut pijs consolatio esset.

Sap. 5.

1. Co. 4

Sed interim timeat, qui leuiter de iustis iudicat, ac loquitur.

Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem.

Esa. 5. Ad quos idem Esaias ait. Vos autem accedit huc filij auguratricis, semen adulteri, & fornicariæ, super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Nunquid non uos filij scelesti, semen mendax? Attendendum sane est, quam dure eos Deus tractet, qui iustis detrahunt, & cæt.

C

FERIA QVARTA POST DOMINICAM Quintam Quadragesimæ.

A

Thema. Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, oues meæ vocem meam audiunt. Io. 20.

PRoponitur nobis in Euangelio proprietas ouium Christi, & ouium dæmonis uocem eius audiunt, & illum sequuntur, Dei uero uocibus surdę sunt, & lapidibus similes.

Mirãda plane Pharaonis duritia est, qui decem mirabilibus, ac plagis in melius mutatus non est. Sed admirãda magis Pharisæorum durities, qui innumeris Christi mirabilibus uisis, non solum conuersi non sunt, sed cor suum, ut adamantem posuerunt, & lapides sustulerunt, ut Iesum lapidarent, & cum cœlum, & vniuersa elementa conturbata sunt, & petræ scissæ, illi in duritia sua perseuerantes dicunt, recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgam. Exo. 9. 10. 11. 12. B

Sed ouium Christi proprietas est, uocem Christi domini audire, illum sequi, ei adhęrere. Vis nosse an ouis Christi sis? Vis scire characterem ouium illius, hoc certe est, primum Dei uerba audire ea reuerentia, qua Dei verba excipienda sunt. Sicut illi, de quibus Paulus, cum accepissetis a nobis verbũ auditus Dei, accepissetis illud, non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum Dei, qui operatur in uobis, qui credidistis. Neque uero id satis est, nisi Dei uerbum in imo pectore recondas, est enim uerbum Dei animæ cibus, hic uero non proficit, nisi stomacho insideat, decoquaturque. Vnde aiebat Arianus philosophus, aliud est tanquam in penum reponere vinum, & panem, aliud comedere, & bibere. Quod comestum est, digeritur, & inde carnes, ossa, neruiq; generantur, si uero habeas seposita alimẽta, uolesq; his depromptis ad ostentationem tantum uti id quidem facere poteris: sed nullo tuo fructu: nec ex eo 1. Th. 2 C Simile Pro. 8.

A vt dignũ sit Deo habitaculũ in mentib. vestris, emundemus cõscientias nr̃as ab operib. mortuis. Nõ hoc præstant oues dæmonis, imo circundãt Xp̃m, dicentes quousq; aĩam nr̃am tollis, si tu es Xp̃s, dic nobis palam, uolebant ut publice se Xp̃m regẽ diceret, vt eũ coram Pilato accusarent criminis læsæ maiestatis. Quibus Xp̃s dñs ait. (Loquor uobis, & non creditis.) Primæ ueritati oĩno credendũ est, qa veritas p essentiã est, sicut. n. in sũma bonitate malitia esse nõ põt, ita nec falsitas in priua ueritate. Hi Xp̃o nõ credebant, & iõ infideles erant. Sed ais, ego Christo credo, recte ais, si fidẽ habes, sed mihi oĩb. innumeris tenebris plenus es,
B & erroribus in particulari. Sicut. n. qui librum habet, in quo multæ continent veritates, si forte glossam habeat, quæ textum peruertat, qui eã sequutus fuerit, sæpissime errabit. Ita liber tibi est opti-
Rom. 1 mus cõscientia tua, de qua Paulus ait, ipsi sunt sibi lex, in qua innumeræ scriptæ sunt veritates, q̃ lumine naturæ nobis notę sunt, insuper liber alter optimus tibi est fides, q̃ veritates edocet saluti conuenientes, his tñ nõ obstantib. horũ librorũ ueritates nõ sequeris, sed mendacia, & huius rei rõ est, ꝙ tibi glossa ẽ corrũpens textũ, & dicens, hic & nunc aliter agendũ est, peccandũ est. Si praua est affectio in uoluntate, illa peruertit intellectum ut iudicet, hic & nunc peccandũ esse, cũ ueritas in vniuersali ĩ intellectu maneat, docens, nunq̃ peccãdũ esse. Cauendũ maxime ab inordinata passione, q̃ oia corrũpit, & aliqñ ẽripsã fidẽ. Hinc
C Christus ait, quõ vos potestis credere,
Ioan. 5 qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis? Hinc prudentia in intellectu constare nequit, nisi passiones in ordinem redigãtur per uirtutes. Inordinatus affectus erga diuitas licites apparere facit innumeros contractus manifeste iniustos. Et in manifesta damna trahit inordinata passio, ut in Sampsone manifestum est, qui uidebat Dalilam eius curare mortem,
Iud. 16 & cum ei diceret, sic, vel sic ligatus non effugiam, continuo eum sic ligabat, & cum id sæpius experiẽtia comprobasset, ipsi aperuit, in quo maxima illius fortitudo esset, illud perfecit, inordinata affectio ad Dalilam. Id ipsum in Salomone videre licet, qui sciens, & uidens templa confecit idolis. Idipsum hodie in pluribus peccatoribus videri potest, qui cum videant, & intelligant uiam se inferi tenere, non declinant, nec ab eo recedere uolunt, cum tamen præclaro ingenio, & aliqñ etiam plurima scientia sint præditi. Ordina ergo affectus tuos, ne de illis sis, quibus dicitur. (Loquor uobis, & non creditis) Addit Dominus.

(Vos non creditis quia non estis ex ouib. meis, oues meæ uocẽ meã audiũt.) Iustus ouis Christi dr̃ multis de causis. Prima, quia nullum est animal in mun- B
do ita proficuum, ac ouis, quædam enim animantia nobis proficua in vita sunt; alia mortua, horum animalium aliquæ partes proficuæ homini sunt, illorũ aliç, sed ouis proficua est in vita, ĩ morte, & vniuersa, quæ ad illam pertinent, proficua sunt, caro, pellis, lana. Ideo olim in pecunia ouis sculpebatur, quia sicut pecus est, omnia, ita & pecunia, & a pecu-
de pecunia dicta est. Ideo Iob offert inauris aurea vna, & ouis una, quia & ipsa ouis aurum est. Ita nihil ita in mũdo proficuum, ac iustus omnibus prodest, nulli nocet, arbor illa est duodecim ferens fructus, cuius etiam folia ad sanitatem sunt gentium, quia & iusti verba sanant, nihil est iniusto, quod utile non sit etiam reliquiæ corporis emortui sanitatem præstant, etiam umbra Petri salutẽ confert, si substantia illi est, vtilis est pauperibus, si scientia illi est, non abscondit talentum, sed in alterutrum illam administrat, tanquam bonus dispẽsator Dei, & omnia omnibus fit, ut omnes lucrifaciat, si hoc tu præstas, ouis Christi es.

Secundo iustus ouis dr̃ propter bonitatem, quam colit, cuius symbolum ouis est. Primum quod sibi petit psal. hoc est, bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Primum enim bonitatem postulat, hæc nobis esurienda, & sitienda est, hæc omnibus expetenda uotis. Vis ò homo bonus esse? uis rectitudinẽ sequi? uis a peccato cessare? Sufficiãt nobis do

Iob vl.
Apoc. 22.
C
Psal. 118.
Esa. 44

A mus Israel omnia peccata uestra, vsque quo tibi peccandum? quo vsq; pctõ delectaberis? si cibum aliquem semper manducas, licet bonus sit, tibi fastidiũ generat, si alicui corporis, vel aĩæ exercitio incumbis, licet optimum sit, si diu in illo es, lassaris, qũo ergo pctm̃ non fastidies, qui cibus mortis est, quo exercitium per uersum non abhorres? Hoc deplorabat Aug. in confes. vsquequo domine finis offensionum mearum? Væ illi, qui non lassatur in uia iniquitatis, nec peccatis satiatur, nec bonitatem esurit. Multa q. dem bona sunt, multa homini expetenda, sed inter omnia primum locum bonitas tenet, quæ nõ solum melior est substantia, salute, & uita, & omni re caduca, sed etiam potior prophetia, dono mi-
B raculorum, & omni alio Dei dono. Hoc nobis ostendit Psalmum primum boni
Ge.33. tatem petens!. Hoc idem sapiens ille luctator Iocab, qui plurimos labores sustinuit, vt sibi sponsam haberet Rachel, & cum fratrem timeret obuiam venientẽ, vltimo eam loco collocauit iuxta se, vt illam præcipuè seruaret, licet reliqua omnia fratris gladio periret, potius enim reliqua omnia amittenda nobis sunt, q̃ bonitas, siue uita, siue omnia alia. Ita Ioseph fecit, pallium relinquens in domi-
Mat.16 næ manibus, ita Susanna. Et ita cęlestis magister monet, quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur? Si ergo Christi ouis esse uis, hanc bonitatem serua, hanc pete, hanc cura.

Tertio, iustus ouis dr̃, qm̃ ouis vocem pastoris audit, ei obedit, illum sequitur, & si dum herbas pascit, uocem audit pa-
C storis, pastum dimittit, vt eum sequatur. Ita de Iustis Christus ait, oues meæ uocem meam audiunt. Carpebat Magda-
Luc.7. lena veneno infectas herbas, ac mortiferas, uocat eam Christus, eas relinquit, &
Mat.9. ad eũ accedit, ouis Christi erat, edebat mortiferas herbas Matt. uocatus a Christo eum sequitur, similiter Saulus uocatus ait, quid me vis facere Petrus, & Andræas, & Iacobus, & Ioannes, continuo relictis oĩbus secuti sunt illũ, quid hoc? certe quia oues meæ uocẽ meã audiunt.

Contra vero in te fit, pluribus annis herbis mortiferis, pastus es, plures dies posuisti in vanitatib. cordis tui, vocauit te sæpe Deus, & vocat, ut mortis cibum relinquas ut eum sequaris, nõ audis, non sequeris, nõ es de ouib. Xp̃i. Hoc signũ Christus sæpe repetit prædestinatorum, & reproborũ audire, & non audire eius vocem. Sicut. n. domestici tui, ẽr bruta animantia a te vocata adsunt tibi fera animãtia secus, ita domesticũ te Dei esse oñdit obedientia voci Xp̃i. Hinc spon- Can.1.
sus muręnulas aureas faciemus tibi uermiculatas argẽto, ornamentum aurium inaures, & murænulæ sunt, quo ornat Xp̃i sponsa, sicut Eliezer suspendit, in- Ge.24.
quit, inaures, ad ornandũ faciẽ eius, & armillas posui ĩ dextera eius: Audiã q̃d Psa.84
loquatur in me dñs Deus, ait Psalm.

B Hæc, quæ diximus, ouis Christi præstat. Sed nunc subiungit ipse, quæ ille ouib. suis prestat tanq̃ pastor, si tu ouis es ille tibi pastor erit, & bonus pastor, Eze- Eze.34
chielis 43. promittit se immissurũ pastores Israel, qui pascebãt semetipsos, ne vero oues tristentur, quod sine pastore maneant, addit, & suscitabo super eas pastorem unum, vnum inq̃, & optimum. Sed iam ubi pastor huiuscemodi inuenietur? omnes quærunt, quæ sua sunt, ubi nũc pastor similis Dauidi, qui eruat de ore leonis oues suas? Subiungit Dominus seruum meũ Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem, dabo eis filiũ meũ, & filiũ Dauid, quia filius Dauid a natiuitate, & genere pastor erit egregius, sed quia filius meus multo magis bonus erit pastor, ille vrsum, & leonẽ uicit, sed filius meus innumeros leones, & legiones eorum, ille nunq̃ pro o- C
uibus tutandis sanguinem fudit, filius uero meus vniuersum fundet, illi nunq̃ dictum est, quare rubrum est vestimentum tuum? filio vero meo id dicitur.

Sed dñe, quæ sunt oues tuæ? Non audisti eum, qui relictis nonaginta nouem ouibus in deserto, uenit quærere ouem, quæ perierat, qui in cęlo pastor erat Angelorum, innumeros Angelos gubernans, nũc pastor efficitur hominum. O Pastor optime, quam peruersum gregẽ

nunc

A nunc custodire vis, facile Angelos regebas in cœlo nullo labore, & sibilo vno eos contines in ęternũ in pdio tuo. Sed nunc si hoies pascere uis, multo labore, & sudore opus tibi est, die noctuq; æstu vrgeberis, & gelu, & fugiet somnus ab oculis tuis, aliqñ clamabis, & dices, labo
Hie. 50 raui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, inobediens grex hic est, grex perditus factus est populus meus, transierunt de monte in montem, obliti sunt cubilis sui, per vetita uniuersa discurrunt, diffici
Ps. 22 le uocem audient tuã. Etiã si in hoc munere mihi uita profundenda sit, pastorẽ agã. Fęlices oues, quæ hunc sequunt pastorẽ, dñs regit me, & nihil mihi deerit,
B in loco pascuæ ibi me collocauit. Et licet oium pastor Xps sit, nos tñ sumus oues pascuæ eius, in loco pascuæ nos collocauit, gentes.n. errãt p montes, nos vero in ecclesia eius sumus, ubi diuino corpore illius pascimur, & sacris diuinis potamur. Multum interesse dẽt inter oues pascuę Dei, & reliquas oues, quę per mõtana errant, nos, qui diuinis pascimur sacramentis pinguiores, illustrioresque oportet esse, uocem illius audire nos oportet, caue ne maneas in rubo aliquo peccati, & pastorem deseras suum.

Sed audi, quid ouib. eñ sequentib. præstet hic pastor bonus. (Et ego vitam ęter
Ioã. 17 nã do eis.) Nunc uitam hanc æternam dat. Hæc est autẽ uita æterna, ut cognoscant te verum Deum, & quẽ misisti Iesum Christum, sed inchoatio nũc est, cõsummatio uero post hanc uitã relinquitur, cum illud efficietur, quod per pphe-
C tam ait: In montibus Israel pascã eas, in
Ez. 34. pascuis vberrimis, vbi cib. earum Deus erit, ò dulcissimus cibus, vberrima pascua, potus earum fons uitę, Deus ipse, ò dulcissimus potus, diuitiæ earũ Deus ipse, ò diuitiæ immensæ, lectus, in quo cubẽt Deus ipse, ò immẽsa requies merces uera magna nimis, non est, qui eã ualeat explicare, quia Deum quis ualeat uerbis exprimere? Sed te interrogo ò dęmon innumeras oues habes plures te sequuntur, & uocem audiunt tuam, quo eas ducis? ad quæ pascua eas deducis? Non respõdebis tu, ne fugiant oues, & horreant te, sed spiritus sanctus respondebit. Si- A
Ps. 48 cut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Audi ò misera ouis, quę dęmonẽ sequeris, quo te ille deducit, audi pascua tua, audi prata, & herbas, quas gustabis in inferno ponendus es tanquã ouis sine pastore, non erit qui te protegit a lupis illis inferni mors depascet te, sed non interimet, quia laborabit in ęternum, & uiuet adhuc in finẽ. Sicut herba cũ depascitur, nõ radicitus euellitur. Hic finis oïum deliciarum, hic terminus vitiorum, cauete ò miseræ aïæ, fugite dęmonem, venite ad pastorem bonum, qui vitam æternam ouibus suis præstat.

Sed dñe in hac uita quo pacto curas B oues tuas? (Nemo rapiet eas de manu mea.) Caue, ne tu egredi uelis a Dei manu, si tu egressus non fueris, non erit, qui Ma. 16
de Christi manib. te euellat. Hoc est illud, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, insequi poteris Christi oues, sed perdere non poteris, expugnari potest ouis, uinci, & superari non põt. Sæpe Ps. 128
expugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Paratus draco est, vt mulieris Ap. 12.
partũ deuoret, sed illum non tãget, quia alæ mulieri cõcessæ sunt, inimicitias po- Gen. 3.
nam inter te, & mulierẽ, sed illa cõteret caput tuum, inimicitiæ etiã sunt inter semen mulieris, & semen serpentis, filij enim diaboli odio prosequuntur uirtutem, & studiosos eliminare de mundo conantur, & innumera alia in uirtutem insurgent, sed nemo rapiet eas de manu mea. Quis nos separabit a charitate C
Christi? hæc uis diuinæ gratiæ est. Ouis Ro. 8.
Christi es, nihil timeas, esto quasi leo cõfidens, qui ad nullius pauet aspectũ, nemo rapiet te de Christi manu. Si in labores incidisti, ne timeas, quia tecũ sum in tribulatione, & cum ceciderit, non collidetur, quia dñs supponit manum suam. Si inter igneos globos, & in profundis Esa. 43
abyssi te uideris, noli pauere, cum transieris per ignẽ, tecum ero, & flumina nõ operient te, nulla est potẽtia cõtra Christi oues, & ratio huius est, quia ouis Dei, quæ in eius manu est, unũ est cum

A Deo, contra Deum uero nulla est potestas. Ne putes, iustum solum esse, ne eum consideres solitarium, Deus in ipso est, & ipse in Deo, unde sicut in Deum nulla est potestas, ita nec iniustum, si contra iustum niteris, contra Deum niteris.

Ex quo patet, plurimos gratiam Dei non accipere, qui putauit eam se accepisse, nec oues Christi sunt, cũ putent se ad illum ptinere. Sed quinã hi? multi nunc peccata confitentur, & statim post con-
Simile fessionem ad ea reuertuntur facile. Similes effecti viperis, qui ad mare accedunt, & sibilo murænulã euocant, ut concipiant eius opera, ad qđ virus deponũt, & continuo murænula recedente virus
B resumunt. Horum pęnitentia dubia valde est, nam vt Pau. ait, tristitia, quę secũ-
2. Co. 7 dum Deũ est, pęnitẽtiam in salutẽ stabilem operatur, horum uero salus stabilis nequaquã est. Lege cauetur, vt medicus, qui accepta pecunia pactus est ægrotum sanare, si eum sic sanat, vt continuo relabatur in infirmitatem, eundẽ rursus curare teneatur, quia non præsumitur vere sanus, qui tã facile in infirmitatẽ relapsus est. Quo ergo pacto credam ego te perfecte sanatum, cũ adeo facile in morbũ redieris? Quis dilectissimum rem perdidit sine magno dolore? qui tam facile Deum amittit, quo pacto eum super oĩa diligebat? Vis aliqua coniectura nosse, an remissa tibi sint in confessione peccata? vide an post confessionem peccata
C dimiseris, vide, si peccare cessasti, cum. n. gratiæ, & charitatis opus sit, & præterita delere peccata, & vitare sequentia, qui gratiæ vim experitur in vitandis sequentibus peccatis, confidere merito poterit, præterita deleta esse peccata, qui uero id non experitur, malum habet signum: cum enim duo hæc ad gratiam pertineant eandem, merito dubitare potest, an eam acceperit, qui alterum effectum non experitur. Nemo rapiet eas de manu mea, ait Christus Dominus, uides te tam facile raptum, dubitare merito poteris, an Christi fueris manu.

(Nemo, ait, rapiet eas de manu mea.) Ergo in manibus Christi sũt oues illius, sunt certe, iustorum animę in manu Dei sunt ait Sapiens. Sicut tu rosam manu A
Sap. 3. gestas, aut filiũ, sic Christus animam iusti, et delectatur, eam inspiciens, Sed quomodo demulcet eã audi animam loquẽ-
Can. 2 tem, leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Hoc vero in oratione, & meditatione contingit, qñ eam Deus bland.tijs delinit, quando loquitur ad cor eius, quando Deus animam demulcere uult, quando torrente voluptatis inebriare, quando ei dulcis apparere, ò quam præclare id muneris efficitur, tunc cor intra corpus continere se non ualet, eo quod in Deum peccauerit, tunc oculi fiunt lachrymarum fontes, quod tam sero cognouerit, bonita- B
tem, ac pulchritudinem, tam antiquam, ibi quiescit anima, somnoque perfruitur dulcissimo omnium oblita terrenorum, & illius somnum sponsus seruat. Sed ò domine confige timore tuo carnes meas, confige me manibus tuis, vt ab eis recedam nunquam, non satis tibi fuit angelorum nos manibus commen- Ps. 90.
dare, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, nisi et manibus tuis nos portares, implens illud prophetæ, Ose. 11
& ego quasi nutricius Ephraim portabam eos in brachijs meis? noli me Domine derelinquere in manus meas, si .n. posuerim animam meam in manu mea, iam debilis mihi manu est, ut continuo me perdendum credam. Phrasis scripturæ est, vt summum discrimen si- C
gnificet, dicere, posuit animam suam in manu sua, si uero in manibus tuis fuere, securus ero. Hinc Ps. Deus noster re- Ps. 45.
fugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus, dum turbabitur terra. Et Ioannes, uos ex Deo estis, & 1. Io. 4.
vicistis malignum, quia maior est, qui in uobis est. Lapides contra Christum arripiunt, quibus ille ait.

(Multa bona opera oñdi uobis ex patre meo pp quod horum me lapidatis?) Qđ inexcusabilẽ reddit peccatorẽ in diuino iudicio, est ingratitudo innumerũ De. 32.
bñficiorum. De qua re Moyses: Heccine reddis dño popule stulte, & insipiens?

Sed

A Sed ais, quę opera bona mihi ostendit Christus, quibus inexcusabilis reddendus sum? Triplicia Dei opera sunt, creationis, redemptionis, & glorificationis,
Ge. 33. quibus nos summe sibi deuinxit. Sicut vt beneuolentiam Esau Iacob sibi conciliaret, tres nuncios mittit cum muneribus ad eum. Ex quibus beneficiis funiculi illi effecti sunt, de quibus per pro-
Oseę 11 phetam ait: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, quia vt Sapiēs ait: Funiculus triplex difficile rumpitur.
Eccl. 4 Primum ergo creationis opera inspice, omnia, q̄ vides, tibi condidit Deus tuus, vt eum diligas, quod si vt decet, hæc inspicias, ebrius eris diuino amore. De his beneficijs cum agere vellet Psalm. in eo Ps. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa
B terra, ei apponit titulum, in finem pro
Psal. 8. torcularibus Psalmus, quasi dicat, decantetur psalmus hic qui de naturalibus a Deo susceptis beneficijs loquitur in musicis illis instrumentis, quæ torcularia dicuntur, quia torcularia sunt hæc beneficia, ex quibus vinum procedit, quod hominum mentes inebriare potest. Sed sunt adhuc altiora alia beneficia redem-
Ge. 31. ptionis. Verecundia affecit Iacob Laban socerū his verbis, uiginti annis seruiui tibi, die, noctuque æstu vrgebar, & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis, his dictis ex inimico amicū fecit. Quis contemplari potest redemptionis beneficia, qui Christo non reconcilietur? Lo-
1. Reg. 19. quitur Ionathas Sauli de Dauid, dicens, opera eius bona sunt tibi valde, posuit animam suam in manu tua, & percussit Philistæum, quare ergo peccas in san-
C guine īnoxio? Quid dicere tu poteris, audiens, opera Christi in te optima, non solum uitam periculo pro te exposuit, sed illam libenter tradidit, quomodo ergo manus tibi erunt, ut pecces in manus illas pro te clauis fixas? pedes ut curras in eos, qui pro te confixi sunt? cor ut eum non diligas, qui te dilexit vsque ad mortem, & pro te lancea vulneratus est? Opera vero glorificationis licet expertus non sis, eis tamen te summe sibi deuinxit, præparant tibi domum diu-

nam regnum æternum. Si enim, qui domum construit, & maioricatum instituit tibi, te deuincit, cur deuinciendus nō es, cum tibi Deus domum ęternam, & regnum æternum parauerit? Quantæ ergo iniquitatis erit, tantum lapidare benefactorem? tantum Dominum? A quā do enim ea reuerentia personæ alicui debetur, ut etiam si illa lacessat iniuria, non audeat lacessitus in eum insurgere, vt quando pater, vel rex te impetit. Qua ergo fronte potes in Deum summæ maiestatis, & parentem tuum lapides mittere 2. Reg. dicitur, Semel autem per iugum montis ex latere gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum Dauid, terramque spargens. Non potuit Abyssai illud sustinere, voluitq; eum occidere, sed eū Dauid prohibuit. Tu peccatis tuis Deum lapidas, & cum Angeli parati sint in vindictam, & gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam ī nationibus, increpationes in populis, parati ad colligendum zizania, vt in ignē mittāt, cū dicant, uis im⁹ & colligimus ea? impedimento illis est Christus Dominus, & ait, non, sicut Dauid continuit Abysai, ne in ultionem procederet. Hoc admirans Aug. aiebat, ego te offendebam, & tu me defendebas. Si tibi peccanti oculi aperirentur, & videres millia dæmonum te circundantium, ut deuorent, qui tamen prohibentur a Christo, in quem peccas, an non tibi ipsi ingratissimus appareres? His ergo beneficiis respondere debes obsequijs, factus Christi ouis, eius audiens uocem, eum sequens, vt ab eo accipias uitam æternam, &c.

Right margin: A; 2. Reg. 16.; Ps. 149; B; Mat. 13; C

A

Feria V. post Domin. V. Quadrag.

Them. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, &c. Luc. 7.

NOn sine diuina prouidentia factũ est, vt ad finem uadragesimę proponatur nobis Magdalenæ conuersio, qua doceamur omnes, quo pacto toto corde ad Deum conuertamur, & simulata multorum conuersio, qua seipsos decipiunt, manifesta fiat. Summum enim hominis discrimen est, si putet, mundatum se a peccato, cum non sit. De qua-
Pro.30 re Sapiens ait: Generatio, quæ sibi munda videtur, & est mundata a sordibus suis. Si ergo toto corde ad Deum conuerti vis, proponitur nunc tibi exemplũ,
B quod imiteris, sed gratia opus est, ut illud uideamus, & imitemur, &c.

Proponitur hodie nobis mirabilis imago pœnitentiæ in Magdalena, quæ speculum pœnitentiæ dici potest. Et quemadmodum pictor depicturus imaginem, prius carbone eam deliniat in tabula, deformem tunc quidem, postea vero colores adijcit, quibus eam ornat, ac perficit: ita diuinus pictor Lucas prius deformem imaginem proponit, denigratam super carbones, postea autem diuinos adijcit colores, quibus omnium hominum, & Angelorum oculos rapit.

Videamus eam primum carbone expressam. (Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.) Mulier ista diues, nobilis, pulchra, & probis ornata fratribus erat, & in Hierusalem domicilium ha-
C bebat, vbi conciones plures, vbi templũ, & sacrificia, nihilominus illa peccatrix erat. Illa omnia eius, peccatum mirum in modum augent, quia sicut macula in purpura, ac serico, vel aureo panno deformior apparet, ita in nobili, ac præcipua fœmina deterior est inhonestas. Nõ illam excusabat paupecies diues enim erat, non ignorantia, quia ingenio pollebat, Nec vero sibi duntaxat mala erat, verum & vniuersæ ciuitati, quam inficiebat, Nec enim mysterio vacat, quod Magdalena dicebatur a Magda- A
lo castello, nomen ergo castelli habebat, quia & ipsa castellum, & turris erat. Quid enim aliud inhonesta mulier in ciuitate est, præcipue cum diues, & pulchra est, nisi turris fortissima hostium, qui inde ciuitatem expugnant? Si nunc in hac ciuitate turris esset munita, quæ a Turcis obtineretur, & inde tormenta bellica in ciuitatem iacerent, an nos ciuitas vastaretur? Mulier ergo inhonesta castellum hoc est, in quo dæmones habitant, ex quo innumera mala faciunt in miseros homines.
An non Marcus ait, septem dæmonia ex Magdalena eiecta? castellum ergo Mar.16
erat, in quo septem dæmones habitabant in perniciem hominum curandam castellum, quod dęmones munie- B
rant. De quo Dominus ait. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in Luc.11
pace sunt omnia, quæ possidet. Innumera mala hominibus habitantibus Hierusalem, ex hoc castello proueniebant. Ex eo enim innumeras sagittas, ac alia arma dæmon iaciebat ad perdendas animas, ex eius capillis, oculis, ore, facie, manibusque sagittæ mortis procedebant, quibus homines incauti peribant. Nec ex his duntaxat, sed etiam ex monilibus, murænulis, & omni ornamento, in quo plura erant munuscula quidem, si quantitatem attendas, sed noxia, & hominum oculos capientia. Et hoc forsan est, quod Ezech. describens Tyri pulchritudinem Eze.27
ait, sed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum, ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam. Ornatur C
leuis mulier pluribus reb. minimis, quas vulgo dicis, (piedras, nimphas, ioyas, almirantes, medallas, enticos, munecas.) En pygmæos, qui complent pulchritudinem huius castelli, & hi pharetras, & sagittas habent, quibus incautos homines vulnerent, in his enim illi capiuntur. En munitum a dæmone castellum, quod incantationibus suis sic munierat dæmon vt nec fratrum, & propinquorum correctioni, nec amicorum consilio cederet.

Sed

A Sed venit fortior armatus, vt ex Magdalenæ castello eliminaret fortem armatũ,& vasa eius eriperet. Et licet alia castella vicerit,ac sibi subiugauerit p Apostolos,& alios verbi Dei ministros, hoc tñ per seipsum expugnare decreuit, ille huius rei gloriam sibi soli seruauit. Accedit ad concionẽ Xpi Magdalena,ꝑpotius curiositate ducta,quã desiderio mutandi uitã in melius. Ornat̃,ut in publicũ procedat,& omniũ oculos ad se rapit,sed & oculos Christi:vidit.n.turrim munitissimã,q̃ dęmon possidebat,ex qua stragem aĩarum faciebat,decreuit eam expugnare,ut sibi turris esset,ex qua aĩas lucrare
B tur. Disponit tormẽta bellica, vt in eam iaciat. Incipit muros Hiericuntinos per cutere tubis verbi diuini, & ignita verba in illã iaciebat,de quib. scriptum est:
Ier.23. nonne verba mea quasi ignis, & quasi
Iosue. malleus conterens petras? deiecit murum,& antemurale,& vsq; ad cor peruenerunt verba illa. Sed ais,quæ nã verba sunt,quæ Xp̃s ea in concione intonuit? Certe si illa nunc nossem, nihil aliud vobis loquerer. Forsan dixit. O turris Babylonica, q̃ putas cœlum te pertingere, q̃ proditionem in Deum fecisti, tradens te hosti,& expellens a te Deum tuũ,non relinquetur in te lapis super lapidem, qui non destruatur,acre tibi imminet bellũ, igne,& sanguine conficiendũ. Descẽde,
Esa.47 (hæc ex Esa.cap.47.)sede in puluere virgo filia Babylon,sed in terra,nõ est solũ filię Chaldęorum, quia ultra non uoca-
C beris mollis,& tenera,vltionem capiam & non resistet mihi hõ. Et dixit, in sempiternum ero domina,non posuisti, hæc si per cor tuũ,neque recordata es nouissimi tui. Vę,qui rideris, nunc,quia flebitis. His tormentis impetita Magdalena, tremere,ac capere cœpit, contremiscunt parietes castelli,cito in terram corruet.
Hab.1 Et factũ est illud Habacuc. 1. & ipse de regib. triũphabit,& tyranni ridiculi eius erũt,ipse super omnem munitionẽ ridebit,& comportabit agerem,& capiet eã.

Videndum nobis est,quo pacto castellũ hoc Christus intrauerit, sibique usurpauerit. Vidimus nigros huius imaginis colores,nũc pulcherrimos cõsideremus.

(Vt cognouit,qa Iesus accubuit in domo A Pharisæi.)Venit ad eum,nihil distulit,seipsã tradit Deo,nec cõditiones vllas proponit,ut castellum tradat:nulla interposita mora a pcõ recedit plurimas difficultates superauit,continuo nõ acqeuit carni,& sanguini,nec ullis negotijs impedita fuit,sed licet plures essẽt funes,ad difficultates,oĩa disrupit, quasi tenuẽ filiũ. Miros ĩ hac fœmina colores depingit Lucas,videbis in ea purpureũ charitatis colorẽ,viridẽ spei, ac mirabilis fidei uiuæ, q̃ illã saluã fecit,ibi pnĩæ ardentissimę color,despectus mundi,& vniuersorũ,q̃ in illo sunt,demũ virtutum oĩum collectionẽ in ea videre licet. Impletq. in ea illud B
Esa.35 Es. scissæ sunt in deserto aquę, & torrentes in solitudine,& quę erat arida,erit in stagnũ,& sitiẽs ĩ fontes aquarũ. In cubilibus, in qb. prius dracones habitabant orietur uiror calami,& iũci. Quib. uerbis ostendit propheta mutationẽ mundi per Messiã faciendã, cũ hominũ sicca corda aqua cęlesti irrigata mutãda erãt in hortos uoluptatis,& quę prius fuerãt dęmonũ domicilia,ac castella,efficienda erant Dei tẽpla. Hoc ĩ Magdalena videre licet, in qua prius habitabant septẽ dæmonia, nũc repẽte trãslata est in vas glorię de vase contumeliæ. Qualis obsecro fides,ac gr̃a ei cõcessa fuit,q̃ oĩno mũdũ cõculcauit,(vultum)hoĩum erubuit, sed ad Xpi pedes uenit,qualis ignis ĩtus ardebat,cũ tantam aquã distillat oculi? qualis sui despect⁹ cũ capillis pedes tergit? Certe vbi abũdauit deligũ superabundauit & gr̃a.

C En ergo castellum dæmonis mutatũ in castellum Christi expugnauit castellũ hoc Deus,sibiq; vsurpauit. Et queãdmodũ prius ex hoc castello pugnabat dęmõ in hoĩes,& eos sibi subiugabat, ita nunc ex eo pugnat Christus,ut plures pc̃tores
Ro. 6. ad se trahat. Hoc manifestis verbis Pau. explicat,cũ ait. Sed neq; exhibeatis mẽbra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos Deo, tanquam ex mortuis uiuẽtes,& membra uestra arma iustitiæ Deo. Quæ erant arma pc̃ti,facta sunt arma Dei, quibus peccatores debellet. Et forte hoc est mirabile illud, de quo dñs,
Iob.38 ad Iob ait. Nũq d ingressus es thesauros

 niuis,

A niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? Quæ præparauit tpis hostis, in diem pugnæ, & belli? Sed quinā hi thesauri sunt, aut qua rōne in bellū seruati? Certe thesauri Dei sancti sunt, qui in diuersis sūt mansionibus quasi in diuersis thecis. Et quid mirum si sanctos Dei in cælo consistentes thesauros dicamus, cum Christi pauperes in terra de gente thesauros ecclesiæ dixerit Laurentius, eosque ostenderit Decio? Sed quia diuinos thesauros non solum in innocētibus. Deus posuit, sed etiam in peccatoribus maximis, ið in niue, & grādine thesauros esse ꝓhibet, vt Gre. ait. Nix. n. ex grossis terræ vaporib.

B frigiditate cōgelatis efficietur, similiter, & grando, sed hac diuersitate, ut maior frigiditas grandinem congelet, & ið nix peccatores significat minus peccantes, grādo uero pctōres maximos, q strepitu facto cadunt, quia publice peccāt, & absque uerecundia, pctm̄ suū sicut Sodoma

Esa. 3. prędicauerunt, nec absconderunt, ut propheta ait. Sed in hac niue, ac grandine frigida thesauros Deus reposuit, ut vbi abundauit delictum superabundaret, & gratia, & qui prius fuerant arma iniqtatis, castella dæmonum, nūc arma Dei, & eius castellū sunt. Sed qd sibi vult, quod niuē, & grādinē ꝑparauerit Deus in pugnā, & bellum? Certe ostēdit, quod, sicut pctōr, cū castellum erat dæmonis, pugnabat aduersus Deū, & aīarum perniciem curabat, ita cū castellū Dei est, pugnat aduersus dęmonem pro Deo, vt ad eū animas trahat. Vis videre Christū ex Mag-

C dalenæ castello pugnantē aduersus peccatores, ut eos in meliorē mentem reducat? Audi cū cōfundētem Simonē Magdalenæ exēplo, ac dicentē, uides hāc mulierē: intraui in domū tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc aūt lachrymis eos rigauit, osculū mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. An non his verbis expugnat Christus Simonem, et ex Magdalenæ castello? Id ipsum hodierna die facit Christus, multi. n. peccatores sunt, qui ad Deū non sunt conuersi, quib. hodie proponit Magdalenā, & ex ea ut castello eos expugnat, sicut Simonē dicēs. O peccator uides hac mulierē, tu uel lachrymulā non fudisti peccatis tuis, hæc

A uero largissimas dedit aquas. Tu oscula ri noluisti Christum, reconciliari ei renuisti, hæc uero pedes eius millies est osculata, tu ad confessarij pedes nō accessisti, hæc ad pedes iacet meos. An his dictis, nō expugnatur peccatoris mēs? Ex castello ergo Magdalenæ multa bella cōficit Chrs, ergo thesauros grādinis, et niuis præparauit Deus in die pugnę, & belli aduersus hostes suos, ut populi sub eo cadāt. Vidimus Chrm expugnātē Magdalenam castellū, nūc uideamus Magdalenam expugnantē Christum castellum. Iud. 9.

B Primū tormētū bellicum, quod adhibuit, ut id perficeret, humilitas fuit, quæ in hoc opus potentissima est. Vñ Iudith, humilium, & māsuetorū cibi semper placuit deprecatio stetit ergo retro secus pedes eius. Quidā ad cōfessariū accedunt, vt peccata confiteantur, sed non humiliter accedunt, sed superbe, & cum maiestate, nō quasi peccator humilis, sed quasi diues superbus, non quasi iudicandus, sed quasi iudex, quasi beneficium conferret confessario, quia ad eum accedit. Nō sic prodigus, q non audebat oculos leuare, & publicanus, qui oculos in cœlum leuare nō audebat, & Magdalena, q̄ accedit retro, secus pedes. Accedat ergo hō tanq̄ reus ad Dei tribunal, ut mīa confe quatur. Accesserat Chananæa ad Chrm humilis, & expugnauit eum, sed qua arte? certe humilitate, cum dixit, etiā Dñe, nā & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dñorum suorum. Ad quā Xps, ò mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. En expugnatā, & obtentam Xpi uoluntatem humilitate. Sed quod Chananæa verbis solum dixit, cōfessa se esse catellū, qui sub mensa micam expectat, hoc Magdalena opere præstat, non enim in mēsa accubuit, sed sub mēsa ad Xpi pedes tanquam catellus expectans micā aliquam misericordię. Illa in hoc conuiuio elegit infimum locum, sed dñs assumpsit eam, & in primo loco collocauit, quia eam superiorē ostēdit Simone, & Martha, & caput mensæ ei tribuit, cū caput suū ungendū ei ꝓbuit. Sedebat. Simon

Lu. 15. (margin)

Ma. 15 (margin)

C (margin)

A mon in mēsa tanq̄ filius in loco optimo
accedit Magdalena,& locum catelli sibi
vsurpat, sed audi mutationem dexteræ
excelsi,attēde cōmutatas manus,assumi
tur Magdalena ī locū filij cōcessa ei gra-
tia,ac remissione pc̄tōrū,descēdit Simon
in locū catelli obmurmurās, & oblatrās
Magdalenæ,& Xpo. En illam ex catello
in filiā mutatā,Simonē ex filio ī catellū,
& leprosus manet,qa humiliat⁹ nō fuit.
3.Re.5 Sicut,& Naamā si non humiliaretur,ac
obediret,leprosus redijsset in patriā. Ita
sępe accidit,ut accedat ad cōfessariū pau
per humilis,& recedit iustificatus,super
bus verò diues recedat lepra infectus si-
cut prius,quia non humiliter accessit.

Sed inspiciamus tormēta alia bellica,
B quibus Magdalena Christum expugnat
(lachrymis cœpit rigare pedes eius.) La-
chrimæ,suspiria,gemitus,dolor Aug. in
sermone ait,orō Deum vngit,sed lachri
mapūgit,hęc ligat,illa cogit,penetrare cę
los orō humiliantis se, nō nubes tm̄,sed
& cor Dei,at lachrimę Deū quodammō
vincūt,ac cogunt. Rub. spinis plena fue-
rat Magdalena,sed Dei igne ad eā descē-
dēre ex rubo mutata est in rosetū. Cūq;
ignis in ea arderet, distillari aqua cœpit
odorifera p oculos,quib. Xpi lauant pe-
Thr.2. des. Impleq; in ea illud Ieremiæ. Effun
de sicut aquā cor tuū ante cōspectū Dñi.
Et licet aqua distillaret,nō tn̄ guttati ,p-
fluebat,sed abūdāter,,magna ē velut ma
re contritio tua,imo maior mari, nec.n.
C mare potuit plātas Xpi madefacere,at la
chrimæ Magdalenę lauerūt pedes eius.

Flēs verò Magdalenā docet nos,defle
re peccata, & lachrimis Xpi rigare pe-
des. Meroris,ac lachrimarū cā malū est.
Et iō in cælo lachrimæ nullæ sunt, quia
ibi nullū est malū,ī inferno fletus iugis,
ac stridor dentiū,quia,de his,q ibi tenen
tur scriptū est, cōgregabo super eos ma-
De.32. la. In hac uita gaudiū,& lachrimæ sunt,
qa bona sūt malis pmixta. Cū ergo malū
cā sit fletus,quo maius fuerit malum , eo
fletus sup illud minor eēt. Cū ergo pecca
tum oīno malū sit,& infinite malū,qua-
tenus a bono infinito separat obiectū, ē
propriū lachrimarū. Explicans D. Bern.
Psa.90. illud Psa. Non accedet ad te malum, ait
serm. 10. in illum Ps. Hoc malum est, q A
sua aīa aīam priuat,q separat inter te,et
Deū,vt eo regnāte tanq̄ corpus sine aīa ,
sic sit aīa sine Deo plane mortua ī semet
ipsa. Et ipse regi⁹ uates manifestè distin-
guit inter malū,& pœnam,hāc.n. flagel-
lū dicit,pc̄tm̄ āt malum absolute pronun
ciauit. In malis pęnæ rō aliqua boni repe
rit,qua rōne Deus illorū author est,at in
malo culpæ nulla boni rō inuenitur , &
iō Deus author illi⁹ eē nō pōt,& summū
malorū cēsendū est. Et iō pc̄tm̄ absolute Psa.36
ma ū dici,& cōpellari solet. Hinc,ut nos
moneat a pc̄tō cauere psal. ait: declina a
malo,& fac bonum. Nō dixit, declina a
pc̄tō,sed a malo,qa nihil est oīno,& ab- Mat.6.
solute malū nisi pc̄tm̄ : Et ī orōne dñica
dicim⁹,libera nos a malo. Quo loco Au-
gu. p malū pc̄tm̄ itelligit. Deinde rō ma- B
nifestū facit id,q dixim⁹. Nā illud est oī-
no,& absolute malū,q hoīem reddit ma
lū,sicut illa dr̄ sciam,q̄ hoīem sciētē red-
dit. Nihil aūt hoīem malum reddit, nisi
pc̄tm̄,pc̄tm̄ ergo absolute malū est. Ege-
stas reddit hoīem inopē,nō malū,ęgritu
do ægrotū efficit,non malū,similiter de
morte,& īfamia philosophādū est, q̄ oīa
bonus uir sustinet,& ipse Deus,qui infi-
nita bonitas est,mala pęnę innumera su
stinuit. Et quib. manifeste colligitur pc̄m
maxime deplorandum esse,ut malorum
oīum,maximū. Quod si aliqua alia ma-
la dñr,q̄ in hac vita sustinemus,minima
profectò mala sunt, quia minimis bonis
priuant,paupertas diuitijs,infirmitas ua
letudine,mors uita corporis , hæcautem Luc.23
parua sunt bona, at peccatum lethale ui
ta spirituali,gratia,donis cęlestibus &ip
so Deo priuat,& iō summū est malum , C
quia infinito bono priuat , & iō summe
lugendum. Qua rōne lamentātib. ipsius
mortē ait: Filię Hierusalē nolite flere su
per me : sed super uos ipsas flete, & sup Ps.118
filios uestros,licet.n. acerbissimi eius es-
sent dolores, sed nulla ī eo inerat culpa :
illæ uerò:& filij earū multis erant culpis
obnoxij. Hinc sancti:quib. diuina lux o-
stendit peccati mala:largissimas lachry
mas pp illud fuderunt. Attende Dauid
dicentē : exitus aquarū deduxerūt oculi
mei:qa nō custodierūt legē tuam. Quid
Petri

A Petri lachrymas memorem? & denique Magdalenæ q̃ flumina effudit ex oculis? Sed quid mirum sanctos deplorare peccata, cũ ipse Deus, qui infinita lætitia est hō factus pp hoīum peccata deploraue-
Heb. 5. rit, cũ natus est, cũ fleuit super Ierusalē, & Lazarũ, & demũ cũ clamore valido, & lachrymis orans exauditus est pro sua reuerentia. Licet ex multis ostendi possit peccati malitia, præcipue tñ eam declarant Christi lachrymæ, nisi.n. maxima de cā Deus omnino non lugeret. Si ergo ò homo peccasti, scitu, summũ in te ma-
Psa. 30 lum esse, illud deplora, & multis lachrymis diluere cura, & dic, defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus, sic e-
B nim cum Magdalena Christũ expugnabis, & veniam obtinebis.

Sed expendendum est, merito rigari nũc Xp̃i pedes Magdalenæ lachrymis, rependent.n. illi, ꝙ Magdalena eis p̃stat nunc. Riga ò Magdalena pedes hos lachrymis, capillis terge, vnguēto vnge, cito.n. in crucē tolletᷣ dn̄s, & tu sub arbore illa eris, & sanguine copioso a pedib. manente, tu lauaberis, & diuino balsamo vngeris. Si nunc ex duob. oculis, duo flumina lachrymarũ ꝓcedũt, tũc ex duob. pedib. duo alia ꝓcedent flumina, quibus adiungetᷣ sanguis, qui ex capite spinis co-
C ronato, ex latere apto, ex vniuerso corpore vulneribus pleno procedet. Si nũc sustines pro eo oblatrantem Pharisæum, videbis tunc sustinentem pro te blasphemias, ac opprobria innumera, grata ergo his pedib. Magdalena, sicut præuenit ungere corpus in sepulturā, ꝓuenit nunc gr̃as agere ꝓ immenso crucis beneficio.

Deinde capillis, quib. pedes tergebat, expugnabat Xp̃m cogitationib. s. & desiderijs, charitate ignitis: Effudisti ò Magdalena mare lachrymarũ, nunc retia capillorum tende. Primum rete hoc misisti in mundi mare mortuũ, in flumen Sodomę, & uanos hoīes irreuisti. Nunc autē in mare lachrymarũ tuarum retia expēde, & piscaberis Xp̃m dn̄m. In nocte culpa rete misisti, ad sinistram nauigii, & nihil cepisti. Nũc, cum dies ad dexterā nauigij mitte rete, & piscē Thobiæ capies, q tibi uisum reddat, & uitā. Optime cum Petro actũ est, cũ ex piscium piscatore fa-
A ctus est piscator hoīum, sed q d te cũ actũ dicā, cum ex piscatore hoīum facta es piscator Dei, prius hoīes piscabaris, nunc Xp̃m. Ex maxima peccatrice facta es piscatrix maxima. Noli ergo retia relinq̃re cũ Petro, retia pc̃tōrũ dimitte, sed non retia capillorũ, q b. margaritā optimā cepisti. Similes tuis capilli erāt Absalonis, sed qa in uētũ capillos ducebat, suspēsus è quercu est, & ipsis suis capillis perijt. Misit capillos suos in quercũ, ut colliget
2. Reg. 14. ret siliquas porcorũ, q b. dissipator fili⁹ saturari cupiebat, & hæsit ĩ q̃rcu in mortē,
Luc. 15 secut⁹. n. ille ē vanas cogitationes, & cor dis desideria, ex q b. suspēsus uitā amisit.

Latet, & aliud mysteriũ ĩ his capillis. Solēt. n. milites in morte principis eius
B uexilla in terrā deijcere, ac per eam duce re, Magdalena castellum fuit dęmonis, ĩ cuius arce capilli erant, tanq̃ vexillũ dæmonis, q d. n. aliud est capillatura, & circũdatio auri, nisi Cupidinis, ac dæmonis vexillũ? Sed quia in corde Magdalenæ mortuus est dęmon, & Cupido, vexillũ illius p terrā trahitᷣ, & humi serpit, dum capilli tergunt pedes Xp̃i. Hac hebdomada vexilla regis prodiere, uexilla regis ꝓderunt, hæc in corde nr̃o erigamus, dæmonis vero vexillum terrā deiiciamus.

Deinde vnguēto, quo pedes ungebat Xp̃m expugnare intēdit. Erexerat Xp̃m
C in aīæ suę regē, ungit illũ, qa reges olim vngebantur. Sicut ergo regina Sabba audita fama Salomonis, uenit ad eum
3. Reg. 10. cũ diuitiis, & aromatib. & deferebat aurũ infinitũ nimis, & gēmas p̃tiosas. Nō sunt allata ultra aromata tā multa, q̃ ea, q̃ dedit regina Sabba Salomoni. Hæc tane in Magdalena impleta videmus. Attulit Christo aurũ infinitum nimis, cum dilexit multũ, attulit aromata virtutum multa, qualia uix reperies, qui attulerit. Quis obsecro tanta Christo donauit, ac Magdalena? Oīa eius cā reliquit, gloriā mundi, & eius ornatũ contēpsit, cor tradidit, lachrymas fudit, capillos dedit, & vnguenta omnia, quid illi reliquũ erat, ꝙ nunc Christo non dederit, cum se ipsam tradiderit? En igitur quibus machinis Magdalena Christum expugnauit.

Pro-

A Proponitur aũt nobis illius conuersio
Iud. 1. in exẽplar. Et cum plures diuinæ scriptu ræ paginæ nobis proponãt magnalia diuinæ iustitiæ, nũc proponuntur magnalia diuinæ miç, cũ ex horrido monte effecit voluptatis hortũ, ex leæna angnã, ꝙ solius Dei est. De Adonibezech sacra refert historia, potentiã suam ostentare voluisse, dum septuaginta reges amputatis summitatib. manuum, ac pedum sub illius mensa erant. Non id adeo mirum erat, ac gloriosum, vi. n. illi reges tenebãtur. At uero Christus mirabilem potentiam, ac misericordiam ostẽdit, dum uoluntate propria efficit, ut peccatores sub illius sint mẽsa imo & sub illius pedib⁹. Nec id tñ Christus effi it, sed & dæmonem ligat, & ligatum animabus tribuit, ut eũ illudant. Quod est mirabile illud,
B quod Iob efficere non potuit, Deus vero
Iob. 40 se facturum innuit, cum ait. Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Illudit Deus dæmoni quasi aui, cum nidũ, & filios, quos sibi nutriebat: ab eo aufert, tradit aũt ancillis illudẽdũ, ac ligatum, cum aiæ Christi ancillç eum superant, irrident, atq; despiciunt Vt ergo nos iniam consequamur, imitemur Magdalenam in pnia, & illius modo, ac rõne, ne forte inanis sit, nosq; comprehẽ
Mic. 6. dat maledictio illa prophetæ. Tu semina bis, & nõ metes, tu calcabis oliuã, & non vngeris oleo, & mustum, & nõ bibes uinum. Multi certe labores pniæ subeunt, & torcular pęnitẽtiæ ingrediuntur, nec fructum colligunt, quia non debite pœnitent. Sic tibi speculum veræ pęnitentiæ Magdalena. Primum, quod Magda-
C lena fecit, fuit, amorem cõmutare, amorem mundi in Dei dilectionem, peccator mutat in quadragesima cibos, non
Iosu. 3. amorem, & cor, & iõ non eis proficit ieiunium, sed similis est aquis Iordanis, q̃ dum transit arca, consistunt, nec fluunt, sed cito defluxere, & ad pristinum cursu n redière. Ita mu tis contingit, qui nũc a peccato abstinent, dum quadragesimę tempus instat, sed cito illa repetẽt, quasi canes reuersi ad vomitum. Similis facti Israeli, qui instante tribulatione di
Ier. 34. misit seruos liberos iuxta legem, sed cito iterum quisq; reduxit seruum in domũ A suam, sicut prius. Si dimittis ò homo peccatum, cur illud in domũ reduces tuam? Qui id facit, manifeste ostendit, nõ se ex corde peccatũ dimisisse. Ex corde ergo a peccato recede, conuertimini ad me in toto corde vestro, in plenitudine fidei. Deinde lachrymarum vim funde cum Magdalena, sic enim illa præclarum cibũ Christo dedit. Recte fecit Pharisæus Christum inuitans, sed melius ferculũ, ac dulcius Magdalena obtulit, cor, scilicet, contritum, & humiliatum. Tu ergo Christum in vita, in suis pauperib. cum Phariseo, nec diuitias consumas tuas, ut demoni cibos præstes, sicut Babylonij faciebant pascentes draconem. Et ipsi Da. 14.
Christo cibum para, offerens ei cor tuũ. Deinde capillos cogitationum, & deside B
riorum ei offer, & alabastrum unguenti ex uniuersis pulueribus pigmentarijs, id est, ex confectione vniuersarum uirtutum, &c.

Feria sexta, Post Dom. V. Quadr.

Thema Expedit vt vnus homo moriatur pro populo. Ioan. 11.

Diuersæ omnino sunt uiæ Dei a vijs Lactãt.
hominum Lactantius Firmianus lib. 4. de vera sapientia, cap. 16. ait vanos mundi sapientes a ratione potissimum ductos, ut Christum Deum esse negarent, quod mortem obijt supplicijs, & doloribus plenam, & ideo indignum dicebant, huiusmodi hominem Deum dicere. Si uero amplissimus rex fuisse, & mundi gloria ornatus, facile Deus crederetur. Hæc uia hominum est, sed uia C
Dei, & veritas longe est diuersa, ut bene Lactantius probat, quia si uitam fęlicẽ, & omni voluptate, ac diuitijs refertam vixisset, nullus sapiens ipsum iudicasset dignum diuino honore, & eo iudicandus dignus est, quia, & in cruce mortuus est. Qui caducas opes, & fragilem potẽtiam, mundique gloriam suspiciunt, & magni ducunt, omnino falluntur, sola namque virtus, & iustitia hominem magnũ faciunt, & honore dignum acæstimatione,

A ne, hanc uero Christus docuit verbo, &
Ma.25 exemplo,qui plenus gr̃a,& uer tate fuit,
& ideo ipse dixit,simile esse regnum cœ-
lorum hõi quærenti bonas margaritas,
non fallaces,ac periuras,quales sunt ea,
quæ humanam fęlicitatem spectant,quę
impedimento uirtuti esse solent, diuitiæ
.n. deliciæ & honores arma esse solent
iniqtatis, potius q̃ instrumenta uirtutis.

Mors uero crucis Deo conuenientissi
ma fuit,unde Spiritu S.afflatus Caiphas
prophetat, oportet unũ hoĩem mori pro
populo,nõ solum Deo indecens non est,
imo ei aptissima. Et illud ,pbemus,atten
dendum , lumine naturali manifestum
esse, Deum nostrum oĩum perfectionũ
B abyssum esse, & oẽs perfectiones æqua-
les in Deo sunt,qui oẽs vnum sunt. Sed
q iudicio nostro gloriosius in Deo est,
immensa eius bonitas,& mĩa est . Oĩa
diuina nobis placet,sed bonitas , & mĩa
præcipuè. Hinc,antiqui Deum dicebant
Optimum,Maximum,prius eum Opti-
mum dicebant,& summa laus,quam ali
cui conferre possumus est, eum dice-
rem bonum,& licet de oĩb.laudari velit
Deus , præcipuè tñ de bonitate, ac mĩa.
Esa.6. Hinc spũs illi,quos Es uidit. Deo psalle
re sapienter,dicebãt, Sanctus, Sanctus,
Sanctus,quod idem est,ac optimus, hac
laude Deus præcipue gaudet.

Ex quo sequitur, cum oĩa pp suã glo-
riam Deus fecerit,oportuisse bonitatem
suam pcipue manifestari ab eo, hinc .n.
summa ei gloria redũdat. Et licet in mũ
di creatione eam manifestauerit,sicut re
liqua attributa,tñ cum voluerit eam su-
C per oĩa alia ostendi , alio insigniori ope
ostendẽda fuit. Sed quodnam erit opus,
quo conuenientissime diuina bonitas
ostẽdatur? illud plane,qđ Deo maximũ
laborẽ, nobis uero sũmã adducat utilita
tẽ. tres .n. bonitatis gradus a philosophis
numeranť. Primus,& infimus,multũ ha
bens de commercio,est eorum,qui emo-
lumentum sperantes , alijs benefaciunt.
Scds alter,eorum,qui gratis benefaciũt
nihil utilitatis sperãtes,sed sine ullo pro-
prio labore. Tertius,& supremus,eorũ,
qui maximo labore alijs multa bona fa-
ciunt. Hinc snia illa,regium est,mala au
dire,cum benefeceritis. Cum ergo Deus A
homini benefecit in creatione sine ullo
labore suo, similis fuit homini,qui ,ppe
fontẽ,aut fluuium cõsistens uiatori cali-
cem aquæ dat , quod nõ est tñ bonitatis
argumentum,ac si multo cum labore ,p
prio quisquã benefaciat . Oportuit ergo
Deum summo suo labore homini bene-
facere, ut sic suprema illius bonitas ostẽ
deretur. Hoc uero in natura sua præsta-
re non potuit, iõ humanam naturam in
duit,in qua potuit summis doloribus,&
morte nobis innumera bona parare, qđ
planè diuinæ bonitatis argumẽtum est.
Oportet ergo unum hominem mori pro
populo,ut Dei infinita bonitas oñdatur.

Sed ais . An non indecens est, Deum B
pati? Respõdeo,si uelamine tegitur ima
go pulcherrima , & uideri non potest, si
velum non rumpatur, merito scinditur,
ut imago conspici possit. Operta Dei bo
nitas erat humanitatis uelo,rupta huma
nitas est, & diuina apparuit bonitas, &
gloria . Quod signatum est,cum in paf- Ma.27
sione Christi templi velum scissum est a
summo usque deorsum, & sic pulchritu
do sanctuarij apparuit. Si rectis oculis
contemplaris Christum in cruce pendẽ-
tes, per plagas illas uidebis ostendi Dei
bonitatem,& gloriam. Vnde Es. ait, & Es.40
reuelabitur gloria Domini, quia sum-
mæ & infinitæ bonitatis fuit libenter pa
ti,ut inimicis benefaceret,eosque in glo-
riam duceret . Et tunc nobis pulchior,
ac dulcior uisus est. Sicut cum sponsa ui
det vulneratum sponsum,ut eam defen
dat,tunc illi maxime placet,amore enim
præcipuum ostendit. Hinc nobis discen C
dum est,ut Dei causa ea præstemus,quæ
dura,ac difficilia sunt,ne enim dicas,bo
na mihi Deus confert, sed sine labore ,
mea uero obsequia laboris plena sunt ,
en Deus tuus beneficia tibi præstat,quæ
sanguinis fusione,& innumeris dolori-
bus plena sunt . Si ergo aliquo dolore
afficiendus pro Deo es , noli ideo a Dei
obsequio cassare. Oportet ergo unum
hominem mori pro nobis,ut suam ostẽ-
dat infinitam bonitatem, ut nos sibi de-
uinciat , ut ei obsequamur , etiam in ar-
duis,ac difficilibus.

Hæc,

A Hæc Xpi mors hodie in Caiphę cócilio decernit,(Collegerút,)ait Ioan.(conciliũ,& aiunt,quid facimus, quia hic hõ multa signa facit?)Quid inde colligitis? occidamus ergo eũ,praue colligũt. Sed hoc malorũ ingenium est,ex ueris praue colligere,an non rectius colligerét,si dicerét,quid facimus,tot,tãtisq. signis non
Ioan.3 credétes?credamus ergo ei. Sic Nicodemus collegerat.Scimus qa à Deo uenisti magister,nemo.n.põt hæc signa facere,q̃ tu facis,nisi fuerit Deus cũ eo,ꝙ si Deus cũ eo est,null⁹ restat Romanorũ timor, oĩs.n.humana ptãs,si diuinæ conferatur nulla est.Sed malis hoc insitũ est,ut praue colligãt,& deducant. Cuius rei plura
Ma.12 sunt excpla.Primũ illud fit,ꝙ mali coloni dñt,hic est hres,venite occidamus eũ,
B & nr̃a erit hr̃ditas,an nõ recti⁹ dicerent, hic est hr̃s,demus ergo ei hr̃ditatẽ? Secun
Luc.12 dũ sit illud,ꝙ dñs apud Lucam oñdit dicens, hoĩs cuiusdam diuitis ager uberes fructus tulit,q ait intra se qd faciã? Simile hoc verbũ est ei, ꝙ nũc dñt Pharisæi, qd facimus? si recte ille colligeret,dicere debebat,Deus mihi hæc dedit,nam neq. qui plantat est aliqd,neq.q rigat,sed qui incrementũ dat Deus,si ergo ille mihi dedit,conseruis hæc diuidam,ei reddam in pauperib.faciã sacculos,qui non ueterascũt,thesaurũ indeficientẽ, faciẽ amicos de mamona iniqtates, vt cũ defecerim, recipiãt me in æterna tabernacula,optima ,pfecto collectio.Sed ille nõ sic colligit,sed stultus cũ esset,stulte collegit, dicés,destruã horrea mea,& maiora faciã, & seruabo mihi ĩ annos plurimos.Stulte eũ collegisse oñdit vox de cęlo, quæ ei
C dicit,stulte hac nocte repetẽt aĩam tuam & q̃ parasti,cuius erunt? Multi hodie sic colligunt,q noua horrea faciũt, diuitias
Iud. 1. cõgregãt.Tertiũ eiusdẽ rei exemplum fit Nabuchodonosor,q obtento Arphaxat, ait,dñs ero vniuersi orbis,& ut Deus collėdus sum. Cũ Deo humiliari debuit,qui ei uictoriã tribuit,in Deũ erigit.Cui p̃similes sunt,q acceptis a Deo bñficiis supbiũt,cũ ex eis humiliari debuerĩt. Quar-
Sap. 2. tũ exẽplum Sapiẽs oculis nr̃is subijcit dicens. Dixerunt impij cogitantes apud se nõ recte,en cõtinuo Spũs sanctus aperit

eorũ malã cogitatiõnẽ dicens, cogitasse A eos apud se non recte, Sed qd dixerunt? exiguũ,& cũ tædio est ipsis uitæ nr̃æ, & non est refrigeriũ in fine hoĩs,uenite ergo,fruanr̃ bonis,q̃ sunt,& utamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter, uino p̃tioso,& vnguẽtis nos impleamus, & nõ 3
p̃tereat nos flos tpis,coronemus nos rosis anteq̃ marcescant,nullũ pratũ sit, qd nõ ptranseat,luxuria nr̃a. Praua ,pfecto collectio,q̃ rectius ille: Tps itaq. breue 1.Co.7
est(en idem antecedens cũ illo, ꝙ praui vsurpant,exiguum est tempus uitæ nostræ) reliquum est,ut qui habẽt uxores, tanquam non habentes sint,& qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura mundi huius.

Sed ais errores hi,atq. stultitiæ in infimis de plebe hominib.erunt. Hier. popu Hie. 4.
li obiurgatis peccatis,subdit, ego autem dixi,forsitã pauperes sunt,& stulti, ignorant uiam dñi,ibo igitur ad optimates, & loquar eis, ipsi.n. cognouerunt uiam dñi,iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul cõfregerunt iugum,ruperunt uincula, Hoc hodierna die apparet in Pharisęorum concilio.contra Xpm inito, & nũc ẽt stultissimos hoĩum nobiles esse videmus,praueq. colligẽtes,hi magis peccatis se tradunt,hi minus spũalia curãt, hi magis diuitias congregant,hi magis supbiunt,& quæ mundi sunt sequuntur.

Sed quę in concilio proponant suo,audiamus.(Si dimittim⁹ eũ sic, veniẽt Romani.)Pauci Deo amici sunt,si aliqd pp illud amittendũ est. Qñ Deo,& mundo simul placere potes,Deo adhęres, sed si Romani Dei causa relinquẽdi sint,pau- C ci Deum sequuntur. Mira hoĩs stultitia hęc est,Deum relinquere,ne substantiã, aut honorem amittat, si aliquid terrenũ amittendum est,aut Deus,Deũ amittis? tunc tua in Deũ amicitia manifestanda erat,cum oĩa illius causa relinquenda essent,in hoc.n.amicitia in hunc ostendiť, qñ eius cã cęterã prętermittis. Sed attende quo hoĩem ducat terrenorum cupiditas,auaritia fuit, q̃ pcipue mortem Xpi ordinauit,occidatur Deus, auaritia ait, ne substãtia amittatur. Sic Herodes ne regnũ amitteret,Christũ occidere cura-

rus,

A uit,& innocentes iugulauit,& Iudas pp denarios Xp̄m tradidit ī mortē,& nunc aiūt,veniēt Romani,& tollēt lc eum nostrū,moriat̄ ergo Xp̄s. Donec Deo uitā auferat,auaritia nō quiescit. Exaggerat
Ecc. 10 Salomon auaritiæ malū dicēs;Nihil iniquus,q̄ amare pecuniā,hic.n.'& aīam suā venalē hēt, sed amplius aliqd dicere potuit,& aīam Dei uenalē hēt. Iō cupiditas
1. Ti. 6. radix malorum oīum dr Paulo quę & fidem amitti facit. Caue ergo maxime ab inordinata affectione diuitiarum,& vtere hoc mundo,quasi non utaris,si.n.diuitiis te tradideris,ppillas omnem propinquitatem negabis,fratres non agnosces, lites cum parentibus geres,animam tuā vendes, & Deum ipsum tandem.

Dei verò in hac re summa sapiētia,ac
B potētia apparet,qua.n.arte hi putauerūt regnum seruare suum,& a Romanis liberū,ea in Romanorū man⁹ inciderūt, & vniuersi cū bonis suis uestati sunt. Sic
3. re. 12. Ieroboā vitulis aureis effectis putauit regnū stabilire suū,sed tm̄ abest,ut hoc cōsilio firmauerit,vt eo sibi liberis,& familię, & vniuerso regno pestē attulerit. Sic
Exo. 1. putauit Pharao infantiū submersione regnū in Hebręos stabilire suum,sed ea de eā primogeniti Aegypti occisi sunt,& ip
Sap. 9. se cū exercitu aqs interijt. Hinc Sapiens ait,ducebat illos ad hūc finē digna necessitas,ut q deerant tormentis repleret punitio,i.ut cæteris plagis,q̄ añ ptulerant, hęc nouissima ipsis debita adderet,ut aqs suffocarent,q aqs suffocabāt. Cauendū ergo tibi maximè,ne velis te tueri Dei offensa,hac.n.rōne te pditum iri crede. Multi.n.impij illud Ezechielis dn̄t,dere
Eze. 8. liqt dn̄s terrā,& dn̄s nō videt, qb. Deus statim r̄ndet, igitur & meus non parcet oculus,nec miserebor, uiā eorū in caput
C eorū reddā. Exēplo tibi īpij Iudæi sint, q Xp̄m occiderūt,ne in Romanorum manus inciderēt,& ea uia,atque rōne ab eis deuastati sūt,& ab oīb.nationibus,q̄ sub cælo sunt,q̄ eos insequunt̄, & deuastant dn̄tq;,nō in hoc peccamus,qa illi Messiā occiderunt. De quo loquit̄ miris uerbis
Hie. 50 Hieremias,dicēs,Grex pditus factus est populus meus,pastores eorū seduxerunt eos,feceruntque vagari in montibus,de-

A mōte in collē transierunt.obliti sunt cubilis sui,oēs,qui inuenerūt, comederunt eos,& hostes eorū dixerunt,non peccauimus, pro eo q̄ peccauerunt dn̄o decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum dn̄o. An non grex perditus Iudæi nunc sunt,dispse in montibus? in omni,s.natione,seducti a pastorib.suis,q hodie cōciliū inierunt cōtra Iesum,& postea sua serunt,ut Barrabam peterent, & Iesum crucifigerent? Oēs nunc nationes eos psequuntur, & deuorauerant, & cū illos insequuntur,dn̄t,non peccamus eos psequentes,quia illi persequuti sunt Dn̄m, quē eorum patres expectauerunt, Christū,s.quem dicit decorem iustitiæ. Cumque diuersæ sententiæ in Concilio illo essent,decernit Caiphas pontifex.(Expedit, vt vnus hō moriatur pro populo.) Prolata in Xp̄m dn̄m sententia est, quis illi eā nunciabit, aut leget, ut si uoluerit appellet,ant fugiat? Cogitauit Esau occi Ge. 27.
dere fratrē Iacob,& illum mater admonet,ut fugiat. Cū Saul ueniret,ut circundaret Dauid,admonitus Dauid est,ut fugeret,cum Absalon in eū surrexit, Chusai illum de oīb.admonebat. Quis nunc sententiam hanc prolatam Christo nunciabit? ille fugere nō vult,quia in Hierusalem venit,vt moriatur,nec Cæsarē appellabit,quia sn̄ia hæc a patre plata est, & donec peccator viuat, mortē ille libenter sustinere vult. Admiranda profectò Dei bonitas, & mīa est,nos malefactores sumus,& in Xp̄m sn̄ia profertur;pp scelus populi mei percussi eum. Furatus Esa. 53
Adā pomū ē.& uapulat Xp̄s:lingua n̄ra dilexit iniquitatē,& oīa uerba pręcipitationis,& Xp̄i lingua felle,& aceto potat̄ C
caput nostrum superbia elatū est, & caput Christi spinis coronatur,qa corpora n̄ra deliciis abundant,eius corpus dolorib.replet̄,& ita fieri oportebat. Vn̄ Pau Heb. 2.
lus. Decebat,eū per quē oīa, qui multos filios in gloriā adduxerat,aut horā salutis eorum per passionem consumari. Cū .n.pct̄m sit criminale,& capitale crimē, oē genus humanum morti addictū erat: morit̄ ergo p oīb.fideiussor Xp̄s,q morte sua oium mortes persoluit,ne omnes ī æternū moriamur. Hinc uero intelligitur,

A tur, qua rōne expediēs fuerit aīaliū sanguinē fundi in lege pro pctō. Qua in re duo erāt admiratione digna, primū, dēt hō debitū infinitū, dū peccat, qualis ergo tanti debiti solutio est, si offerat vaccam rufam, & hircū ꝑ pctō, uel agnū. Secundū, quale iustitiæ genus est, ut peccet hō, & occidatur innocēs animal? Sed ut his dubijs occurramus, dico, cōsueuit Deus futuris maximis mysterijs adūū ꝑbere quibusdā rebus, q̄ illorū similitudinē habēt. Sic baptismū Ioānis uoluit præcedere Baptismum Christi. Vt ergo uiderent homines sanguine fuso remittenda pcā esse, & sanguine illius, qui nō peccauit, hincque postea intelligerent, innocentis Christi sanguine pctā deleri, iō sanguine
B aīaliū prius placari uoluit. De quo Paulus sic loquitur, Christus assistens pontifex futurorū bonorū, per amplius, & per Heb. 9 fectius tabernaculum non manufactū, i. non huius creationis, neq; per sanguinē hircorū, aut uitulorum, sed per propriū sanguinē introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Hoc sanguine Apo. 7. nos lauamur, atq; mundamur. Vnde Ioānes, q lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerūt in sanguine agni, sed ais, qūo sangnine rubro candidæ fieri possunt. Plane quia sanguine macula peccati deletur, & sanguis bis decoctus lac cādidū efficitur, ut. n. philosophi aiunt, lac est sanguis bis coctus, sanguis ergo Christi bis coctus est, duplici charitate Dei & proximi, iō factus est lac candidum, quo dealbari vestes possint. Non ergo fugit Xps mortē, ut Moyses fugiens ex Aegypto, nec ut Elias fugiens Iezabel, sed in mor-
C te libēs venit. Nos uero hoc facto docet, ut aliqd Xpi cā patiamur, cū ille pro nobis passus sit tanta. Isachar benedicitur, qa inūdationes maris, quasi lac sugget,
De. 33. qa tribulationes quasi lac bibet, qui. n. videt Deum sui cā pati, quo mō detrectabit passiones Dei cā sustinere? Secūdo, in hac Caiphæ sniā aduertēdū est, inutilem ipsi uisum esse Christum dnm, imo ipsi, & Synagogæ conuenire illius recessum & mortē. Cū morti proximus Eliseus esset, aderat Ioas rex, q flebat coram eo, &
Ge. 13. dicebat pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Visum illi est, & merito A regnum ipsius sine tutore manere, quia 4. Reg. cū iustus abest a regno, maximus illi de- 13. fectus est. At hi putant, Xpm nihil boni adferre Iudæis, nec ullum eis imminere discrimen ex eius recessu. Ais, immensa hæc Pharisæorum cæcitas fuit. Sed attēde tibi simile quid contingere, nō adest tibi Deus, cū in peccato es, moritur tibi Christus, recedit a te, tibi uero vr̄, nihil in domo tua deesse, adeo alacer lætusq; es. Recesserat a Sampsone Deus, & ipse ne Iud. 16 sciebat, sed sciuit Deum a se recessisse cū inimicis uallatum se uidet, tunc illi plurimum deesse cognoscit. Prope mortem cū Saul esset, & in magno discrimine, 1. Reg. Deusque recessisset ab eo, ei Samuel ait, 28. qd me interrogas, cū dn̄s recesserit a te? Nūc Deus a peccatore recessit, & ille sen B su, aut dolore nō tangitur, nihil sibi deesse putat, sed mortis tpe uidebit, dolebitque, qd Deus ei nō adsit. Sic Iudæis Xps Ioan. 7 dn̄s ait, quæretis me, & non inuenietis, qd idem est cū eo, quod postea discipulis Luc. 17 dixit, venient dies, in quib. desiderabitis vnum diem filij hoīs, & nō dabit' uobis, quasi ergo Christus discipulis dicit, cum vos uideritis iactari tētationib. & psecutionibus, desiderabitis ꝑsētiā meā, ut uobis auxilio, & solatio sim, & nō me uidebitis, qa recedo. Sic ad Iudęos ait, cū uos videritis a Romanis circūdatos, me q̄retis, & desiderabitis, ut miraculo uos eripiā, & tñ, qa iā recessi a uobis ut a Saul, nō me iuenietis, nec uobis auxilio meo Ge. 30. adero. Moleste fert Labā, qd Iacob recedat a domo ei⁹, qm̄ greges eius pascit, ac multiplicat. Quō tu nō moleste feres recessum a te Dei, q custodit te, & vniuersa tibi bona cōfert? Putāt Herosolimitæ C velle recedere ab eis Hieremiā, & i lū capiunt, an nō oīb. modis tibi curandū esset, ne Deus a te recederet. Nō sic Phari 1. Reg. sæi, sed sicut Saul ait Ionathæ filio suo, 20. oībus dieb. quib. filius Isai uixerit super terram, non stabilieris tu, neq. regnum tuum, itaq; iā mitte, & adduc eū ad me, quia filius mortis est, ita Pharisæi loquūtur, dū Xps vixerit, nobis bene esse non poterit, occidamus ergo eum. Quoties tu intra te eadē uerba locut⁹ es, dicens, bene

A ne mihi esse non pōt cum Deo, si Deum foras nō emisero, gaudere, & delectari non potero. Occidit Abimelec. fratres
Iud.9. suos, ut libere, ac secure regnaret, ita ut in delicijs suis regnet peccator, Xp̄m pa rat occidere, sed cū necessitatis, laboris, mortisq; dies uenerit, uidebit pessimum illud fuisse cōciliū. Tertio in hac Caiphæ sñia aduertendū. dubios fuisse in hac re Pharisæos, Caiphā uero decreuisse Chri mortē, & eos dubios in suā traxit sñiam ait.n.(uos nescitis quicquam, nec cogitatis, &c.) Quo ōnditur, plenū mundū esse cōsi iarijs peruersis, qui eos, qui ī dubio, & quasi in biuio sunt, in deteriorem par
B tem ducant. Dubius Amō erat, qua arte
2. Reg. 13. Thamar potiri posset, nō deest, qui ei di cat, finge te infirmū, &c. Sic ēt cōsiliarij
Hest.5 Aman ei consilium præstāt mortis Mar
1 Reg. 22. dochei. Sic cū Saul iratus esset Dauid, ait Doeg Idumeus, ego uidi cum sacerdotibus. Dæmonis hoc munus est, eum, qui iratus est, adiuuare in malum, & qui du
2 Reg. 20. bius est, in deterius ducere. Quanto rectius Ionathas patri, ait, quare morietur Dauid? quid fecit? Quis nunc concilium Pharisæorum ingrederetur, diceretque quare morietur Christus? quid fecit? an quia signa facit? imo in regem uestrum
2 Re.3 hac ratione eū excipite. Dubius aliquan do fuit Israel, quem sibi regē assumeret, & ait Abner, Dauid Dei pcepto unctus in regem est, quis melius regnare poterit? Ita nunc in concilium Pharisæorum ingressus quispiam dicere potuit illud
Psal.2. Psal. Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, vnctus a patre Christus est, eum ergo in regem suscipite vestrum.
C Quinto attēdendum, cum commota Hierusalem esset, ut in Christum crederet, miraculo suscitationis Lazari, tunc consilium ineūt Pharisæi, ut Iesum occidāt. Quo docetur, cum peccator dispo nit ad Deum redire, tunc dæmones con cilia sua agere, & dicere, quid facimus, tunc se inuicē exhortantur, ut in hominem pugnent acrius. Ita Pharisæi dicūt, si dimittimus eum sic, omnes credent in
Exo.5. 6.7. eum. Quando Israel egredi de Aegypto vult, ut Deo sacrificium offerat, tūc Pha rao in eos insurgit, eos oīb. modis detine A
re conatur. Cum Israelitæ tēplū ædifica- Esd.8.
re conantur, tunc oēs finitimę regiones illos impedire curant. Qn̄ in Deum conuerti disponis, tunc plura tibi occurrunt impedimenta, qd hoc dæmon certè consilium inijt contra te, tu ergo cōsiliū etiā facito, ut videas qua arte a dæmonis eruaris ptāte, & uniuersa eius impedimēta superare valeas. Quid facimus, isti dicunt, & bene in his uerbis duntaxat dicunt, dum.n. Christo non obsequnntur, dū eū regē sibi nō habent nihil faciunt. Quid facies ò homo, dum Christo non obedis? nihil omnino, aliqd ergo facere cura, ei subdere, illi pare, & plura fecisti.
Quinto in eodem Concilio attenden dū est, ex signis Christi occasionē desu- B.
mi eum perdendi. Sicut ex pulcherrimis capillis Absalonis ille è quercu pepēdit. 2. Reg. 14.
Sūmæ bonitatis est, ex malis bona educere, & hoc Dei ppriū est, & sūmæ ma- Augu.
litiæ ē, ex bonis mala. Potuit Deus facere, ne ullū in mundo malum esset, sed si id fecisset, non tam ostendisset bonitatem suam, ac ostendit permittens mala, ex q bus bona educeret. Sic cōtra, licet malū sit, ex malo malum educere, sed summū est malorum ex bono malum, cū dicere debuerunt hi, quid facimus ei nō credentes? tunc dicunt, quid facimus nō occidētes? Hos vero illi nunc imitantur, q peccant, & in peccato durāt cōfisi de diuina misericordia, Deū efficientes iniquitatis protectorem, quos iustissime Deus punit, non concedens misericordiam, quā iniquitatis patrociniū putauerunt. Quia Simile
Deus bonus, & clemens, & multæ miæ est, in eum peccas? Quæ unquam mulier
dixit, adultera esse uolo, quia uir meus C
bonus est, diligit me, ueniam mihi dabit, etiam si adulterium nouerit ratio hæc astringere mulierem debet, ne adultera sit, & vbi honor tuus nunc est, ò impudica mulier, quæ hæc dicis? Si regis sponsa nosset, adulterium ei condonandum esset, num adultera erit? Satis ei honor est, quem præcipuum regina habere debet, ne tātum committat scelus, ne eam adulteram dicere quisq; possit. An non anima Deo desponsata hunc curabit

A bit honorem? Nos ergo ex signis Christi bona, vt par est, deducamus congregemus, & nos in concilium omnes potentias animæ nostræ, & ut Bernardus ait, interrogemus, quid facimus, quia hic homo multa signa facit? quid faciemus pro tantis beneficijs, quibus nos Deus affecit? pro tot amoris signis?
Tho. 12 Thobias cum filio consilium iniit, dicens, quid possumus dare viro huic sancto, qui venit tecum? Respondit Thobias, pater quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficij eius? me duxit, & reduxit sanum, pecuniam a Gabello ipse recepit, uxorem me habere fecit, & dæmonium ab ea compescuit, me ipsum a deuoratione
B piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus, quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Iustum se Thobias his derbis ostendit, gratique animi, ac ingenui esse, cum omnium beneficiorũ memor sit. Sed si beneficia nobis a Christo collata enumerare velis, potius stellas cœli, & arenam maris numerando censebimus consilium ergo ineamus, quod illi faciemus, quomodo benefactori tanto ingrati non erimus?

Demum in hoc consilio illud considerandum est, principes, & Pharisæos congregatos in Christum esse, atque adeo extremum malum in Hierusalem venit, hinc propheta: Quia desperata est
Mich. 1 plaga eius, quia venit vsque ad Iudam,
C tetigit portam populi mei vsque ad Hierusalem, ideo minatur propheta extremum aduenire interitum, etiam si Deus faciat planctum draconum, & struthionum, etiam si vadat Deus exspoliatus vestibus propriis, idest, populo proprio, qui ei est velut indumentum, etiamsi in ipsius nomen redundet, vt dicant gentes, vbi est Deus eorum. Sed qua ratione plaga est insanabili, vltro adeo certa? quia venit, ait, vsque ad Iudam, peruenit vsque ad Hierusalem, quæ est porta populi mei, si eo vsque malum non peruenisset, insanabilis plaga non foret, curari forsan posset, sed cum illuc peruenerit, parcendum omnino non est.

A Oseas ait, si fornicaris tu Israel, non derelinquat saltem Iuda, sed cum iam Ose. 4. pestis in caput irrepsit, abijcere, & obruere oportet, non insistere curationi. Hierusalem vero dicitur porta populi Dei, idest, caput, & metropolis, sic Ezechiel ait, pro eo quod dixit Tyrus de Hie Eze. 26 rusalem, euge confractæ sunt portæ populorum, & Abdias, & non ingrederis portam populi mei, idest, Hierusalem, quæ porta est Israel, quia antiquitus in portis ciuitatum iudicia exercebantur, & ibi erant præsidia omnia, & arma bellica, ideo porta dicitur populi Dei, quia in Hierusalem doctrina erat, iudicium, summa potestas, & fortitudo bellica.
B Hinc Christus ait, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, idest, vniuersa Ma. 16 inferi potestas, Et Dominus ad Abraham, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, idest, omnem eorum potentiam subiugabit. In Hierusalem erat templum, sacerdotes, Regia potestas, sacrificia, merito populi Dei porta dicitur. Si ergo hanc portam possident inimici, desperata res est. Cum ergo hodie in Hierusalem concilium fiat a prin Gene. cipibus aduersus Iesum, desperata est plaga Hierusalem, quia iniquitas tetigit portam, oppressit caput, funditus euertenda est Hierusalem, & citissimè. Caueamus ergo nos simile concilium, quo mors Christi decernitur, & vt in nobis C uiuat illa curemus, &c.

A

Sabbatho Post Dominic. V. Quadrag.

Thema. Cogitauerunt Principes Sacerdotum, vt Lazarum interficerent, quia multi propter ipsum abibant ex Iudæis & credebant in Iesum. Ioan. 12.

APparent hic duo omnino diuersa, & opposita iuxta se posita, magis elucescunt. Primum manifesta fit Dei in homines misericordia, qui nullum non mouet lapidem, nulli parcit labori, vt hominem ad se decat. Secundo autem summa hominis malitia, ac ingratitudo manifesta fit, qui ijs vtitur in sui perniciem,
B quæ ei Deus praparauit in bonum, Christus miracula facit, Lazarum suscitat, ut Iudæos ad se trahat, illi contra Lazarũ interficere curant, ne in eum gentes credant. Expendamus vtrunque. Summa cura Dauid vrgebatur, ut Deo domum ædificaret. Vnde aiebat. Si introiero in tabernaculũ domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, taberna-
Ps. 131 culum Deo Iacob. Maxima hæc fuit cura Dauidis, sed maiorem adhibuit eius filius Iesus, vt tabernacula construeret in cordibus hominum, in quo Deus inhabitaret. Huius rei causa non habuit, ubi caput suũ reclinaret, & insomnes ducebat noctes, & requiem sibi non dabat, sed discurrebat per ciuitates, & lassitudine conficiebatur, vociferabatur
C miracula edebatur, & opera faciebat, quæ nullus alius fecit. Sed quonam fructu? Hic iã hominis malitia fit manifesta, cum ex his Christi Domini operibus multi fructum nullum colligerent, imo inde sibi damna pararent. Quod si misericordia mouemur in agricolam, qui multo adhibito labore, & optimo iacto semine, nihil, aut parum fructus colligit, cur non doleamus, quod Christi conatus, ac labores in vanum procedãt? In criminum execrationem olim Deus comminabatur Sementem multam iacies in terram, & modicum congrega- A
bis, quia locustæ deuorabunt omnia. Deute.
Quid ergo causæ est o Domine, quod te 28.
seminante optimum semen, nihil, aut parum colligas? Non ita tu Domine cum hominibus agis, ad quos per Esa- Esa. 61
iam loqueris, ædificabunt domos, & habitabunt, plantabunt vineas, & comedent fructus earum. Non ædificabũt, & alius habitabit, non plantabunt, & alius comedet, secundum enim dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt, electi mei non laborabunt frustra. Quasi Dominus dicat, ait ibi Hieronymus, non patiar, vt hominum labores pro me suscepti irati sint; sed æterna mercede in cœlo B
donabuntur, & ideo secundum dies ligni, idest, ligni vitæ, erũt dies iustorum, quia in æternum viuent, & nullus eorũ labor in cassum erit, sed etiam minima opera, etiam calix aquæ frigidæ æterna mercede donabitur.

Sed non ita Deo accidit in laborib. quos hominis causa suscipit, & ideo conqueritur per Hierem. quod frustra labo Hie. 6.
rauerit in hominum salute curanda, ait enim. Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum, malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum uocate eos. Quod si prophetę, & concionatoris labor sine fructu malitiam audientium ostendit, quam obsecro malitiam arguet labor Christi, si inanis in nobis fit? Et ideo Dominus per Esaiam conqueritur: In vacuum labo- Esa. 49
raui; sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi, ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo C
meo. Quæ verba Diuus Hieronymus ait, de Christo Domino dicta, cuius labores, ac fortitudo in vanum consumpti sunt, dum eius miraculis, ac doctrina nihil homines profecerunt. Et ideo ait, iudicium meum cum Domino, idest, ab æterno patre iudicium de hac re fieri peto, qui attendit labores meos, & hominum ingratitudinem, & eos pro merito iudicabit, in quod iudicium cum homines uenerint, omnis iniquitas oppilabit Ps. 106
os suum.

Sed

A Sed obsecro, si tãta hoīs culpa est, si inanis, & a mercede vacuus sit labor Chři, & eius operā quanto supplicio dignum erit, ut nō solū vacuus, verū & opposit⁹, ac Deo contrarius a nobis efficiat, & vñ colligere hō debuit fructū uitæ, inde fructū mortis decerpat? Ingēs profecto Phariseorū culpa fuit, cū ex miraculis Chři, quib. in mentē redire debuerunt, in peius profecerūt, & cogitauerunt, ut Lazarū interficerēt, quē suscitauit Iesus, cum cogitare debuissent, qūo Chřm suscipe-rent, & ei obsequerentur. Hi sane medicaminib. in peius proficiebant. Sed non solū nos hanc detestemur in Pharisæis malitiam, sed, & in nobis vitemus. Attende
B ergo ô hō, quos ꝑ te labores Chřs sustinuerit, quāta opa perfecerit, & noli esse ingratus noli ea in uacuum facta reddere. An non in uacuū laborauit Chřs ei, qui eius laboribus non utitur in salutē? An non in uacuum Eucharistiam, & sacramenta instituit ei, qui eis non utitur, & ad ea non accedit? Sed non hac sola malitia inquinari homines solent, sed aliam adijciunt deteriorem, dum similes Pharisæis effecti, inde perniciem sibi parant, vnde salutem haurire deberent, & medicamina in uenenum conuertūt. Hoc ille præstat, qui indignè sacramenta suscipit, qui Dei donis, & diuitijs, ac salutem in Deum ipsum pugnat, faciens dona Dei arma peccati.

Sed licet Pharisæi deteriores redditi sint suscitatione Lazari, sed plurima turba hac rōne Chřo crediderunt, & multa turba obuiā ei ꝓcessit cū ramis. Vñ Ioā.
C nunc ait. (Testimonium ergo ꝑhibebat turba: quę erat cū eo, qñ Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba quia audierunt, eum fecisse hoc signum.) Proficit ergo turba, & obuiam procedit Christo propter Lazari suscitationem, sed Pharisæi deteriores redduntur. Sed quibus insignijs procedunt ei obuiam? Ioan. nunc ait. (Acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiā ei.) Palma insigne est uitæ iustitiæ, ac præ.
Can. 7 Ideo spōsus ad sponsam ait: Statura tua
Psl. 91. assimulata est palmæ. Et Psa. ait. Iustus vt palma florebit. Principem locum inter arbores palma tenet, & ideo victoriæ signum fuit, & triumphatoribus dabatur, fructus enim profert suauissimos, & quo plus in altum erigitur, eo grossior, ac robustior est, cum cæteræ arbores prope truncum grossiores sint, in altum uero surgentes attenuantur. Deinde palmæ materia incorrupta fere est, & senij inscia. Et vt Aristoteles tradit, & eum secutus Plutarchus est, octauo conuiuio, palma ponderi nō succumbit, sed contra nititur, ac recuruatur, rursumque assurgit. Et denique sunt inter palmas quædam masculæ, quædam fœmineæ, masculæ ramos protendunt quasi ad amplexus fœmineæ palmæ, fœmineæ ve-ro inclinant sese, vt mascularum illapsum, virtutemque suscipiant. Vnde Iouianus Pontanus refert, sese vidisse duas palma fœmineam, & masculinam, quæ quamdiu in ea erant statura, vt fœminea masculinam intueri non valeret, sterilis fuit, cum uerò ad eam staturam puenit, vt aliam intueri ualuerit, confestim fuit fœcundissima. In his omnibus bona iusti describuntur. Arist. Pluta. Iouia. Ponta.

Primò enim fructum suauissimum profert, Deoque gratissimum, & fructus illos, quos Paulus ad Galatas enumerat. Gal. 5. Et de quibus in Apocalyp. dicitur, quod Apoc. vltim. duodecim fructus proferat arbor per singulos anni menses. De quibus Sapiēs Pro. 3. ait: Beatus vir, qui inuenit sapientiam, primi, & purissimi fructus illius. Peccator autem acerbos, ac mortiferos fructus fert. Ideo Sapiens ait: Fructus viarum C suarum impij comedent, et consilijs suis Pro. 1. saturabuntur. Et iterum Sapiens de impijs ait: Multigena autem impiorū mul- Sap. 4. titudo non erit utilis, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

Secundo iustus tenuior est ea parte qua prope terram, & grossior in parte superiori, quia iustus in terrenis solicitus non est, sed in superioribus, ac cœlestibus. Hinc Pau. Non contemplantib. no 2. Co. 4 bis, quæ vĩ'r, sed quæ non uidentur, quæ enim videntur tēporalia sunt, quæ nō vidētur, æterna. Reliqua arbusta tenuans

A renas mentes significat,quæ intimis latę sunt,in superiorib.tenues, quia in terrenis fortes,acuti soliciti, in cęlestib. debiles,ac infirmi,pro tēporalib. vsq; ad mortem desudant,pro æternis fere nihil, terreno regi pro terrena mercede,die nocteque assistunt, cælesti autem in oratione, nec per horam assistere ualent.

Tertiò,denique, quod singulare est in palma,& vñ symbolũ victorię est, illud existit,quod ponderi non cedit, sed sursum assurgit. Qua in re iustorũ inuictus animus,ac patientia ostēditur, quę tribulatione non superatur,sed cũ Paulo ait:
2.Co.4 In oib.tribulatione patimur,sed non de
B relinquimur, aperiamur, sed non destituimur,humiliamur, sed non confundimur,deijcimur,sed non perimus. Postremo sicut in palma duplex est sexus, masculus,& fœmineus, & fæmina a masculo vim gignendi fructus capit,ita aīa iusti virtutē merendi, vimque fructificandi a Christo accipit. Iuxta illud Ioannis:
Ioā. 15 Sine me nihil potestis facere. Et sicut palmes non pōt ferre fructum a semetipso, nisi mãserit in uite, ita, & vos nisi in me manseritis. Qua rōne sponsa,cum se assimilari palmæ audiuit,statim subiungit:
Can.7. Dixi ascēdã in palmã,& apprehendam
Athan. fructus eius. Quæ verba Athan. Nisse-
Nisse. nus,Theodo.& Maximus,dñt esse spon
Theo. sæ rñdentis sponso,q̃ eã palmę assimila-
Maximus. uit. Ait ergo illa, decreui ô sponse, in te verã palmã ascendere, & ramos tuos ap
C prehendere, & fructus tuos dulcissimos percipere. Septuaginta vertunt, apprehendã cacumina eius,quasi sponsa diceret:me similem palmę dixisti pp fructus suauitatē, & quia victoriã, ac triumphũ reperto in omni tribulatione, sed cum ego uideã te uerã palmam esse,q̃ fructus dedisti suauissimos, & uictoriã de inimicis reportasti, decreui tibi adhærere, te imitari,& firmiter statui non,in infimo, aut mediocri virtutũ gradu consistere, sed ad altissimã perfectionē aspirare,hoc est, apprehendam cacumina eius. Hoc propositum firmiter in animo retinebat Paulus,cum diceret: Fratres ego me
Phil.3. non arbitror comprehendisse, vnum autem, retro sunt obliuiscque quidem oēs ad ea vero, quæ sunt priora, extendens A me ipsum, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis. Aquila legit, Apprehendam elatas eius,quo significat sponsa, ut ait Theodoretus, maximum Theo. emolumentum, quod capiet ex sponso. Elatæ enim,ut Plinius ait, sunt inuolucra,quibus florescentis,& fructificantis palmę teneri fructus continentur, vel est lanugo quædam palmæ masculę,quę inspersa,& adiuncta fęminæ palmæ, vim illi tribuit fructificandi. Ait ergo sponsa, ascendam ego in palmam,& apprehendam eius elatas,idest,Christi uim,ac merita,& fructificandi virtutem, qua plurimos fructus referre possint. B

Sed plures Doctores verba illa,ascendam in palmam, spōsi esse dicunt,& palmam crucem esse explicant, quam Christus ait, se ascensurum, ut fructus illius colligat, sibi enim ex ea palma collegit Christus fructũ glorię corporis,ac exaltatione nois sui. Dicente Paulo: Humiliauit semetipsum Christus, factus obe- Phil.2 diens vsque ad mortem,mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum,& dedit illi nomen,quod est super omne nomen. Nobis etiam collegit omnem fructum. Vnde Esaias: Pro eo, Esa.53 quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur,& iustificabit ipse iustus seruos meos multos,videbit semen longæuum,& uoluntas Dñi in manu eius dirigetur,ideo dispertiam ei plurimos,et fortium diuidet spolia. Cum ergo aiebat C Christus: Baptismo habeo baptizari, & 2Lu.1 quomodo coarctor, vsq; dũ perficiatur. &. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahãm ad me ipsum. Id ipsum dicebat Ioā. 12 quod nunc: ascendam in palmam,& apprehendam fructus eius. Crux ergo Christi palma est. Qua ratione voluit Deus, ut uictoriam ab æuo significaret, quia in cruce victoria suprema parta est aduersus principem tenebrarum. Merito ergo palmis excipitur Christus, quia ipse palma est, & crux, ad quam venit, palma est,& uita iusti illum excipientis palma est, & crucem deferre, ac cęlestem vitam agere,& victoriam,qui Christum sequitur necesse est, Impleturque

nunc

A nūc illud Leuitici sumetis vobis ramos
Leu. 23 ligni decorū frōdiū, spatulasq; palmarū,
& lætabimini coram dño, Deo vestro.

Ecce nunc coram Deo lætantur tanquam victores, & palmas deferunt, vt triumphatores. Impleturque illud Esa.
Esai. 9. lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta prӕda, quando diuidunt spolia. Adeo certa victoria eum hominum aduersus dæmonem, Christo duce, ut lętentur coram eo ante pugnam, quia victoria parta reputatur. Et idō tanquam victori acclamāt lætanter, & dicitur, Osanna, Augu. ait. Osanna esse lætantis vocē, quæ alio nomine exprimi non ualet, & quæ potius sentiri, quam declarari possit, qualis illa est, quam habent uictores deuictis hosti
B bus, quando spolia diuidunt.

Ecce ego plurimā turbam, quæ Christum sequitur ducem. Sicut Iudicum 9.
Iud. 9. factum legimus. Certatim cædentes ramos de arboribus sequebantur ducem. Sed te ego nunc rogo, quem tu sequaris, num Xpm, aut mundum? Dux quidem viæ nobis per necessarius est, quis obsecro ille erit? Sapientes antiqui, referente Ambrosio in lib. de Abraham, dicere, sequere Deum, hic enim fidelissimus dux est. Sed optime Augu. ait, Deus sequendus erat, q uideri nō poterat, hō sequendus non erat, qui videri poterat, vt ergo exhiberetur homini, & qui & videretur ab hoīe, & quem homo sequeretur, Deꝰ factus est homo. Sed multi dęmonem comitantur, ac mundum, quia per dulcem viam suos ducit, & mulierem Baby
Apo. 18 lonicam plures sequebantur, ut Ioannes
C ait, quia pretiosis induta erat, & vas aureum in illius manu. Sed nonne insanū est, Dei derelicto ducatu, alterius ductū sequi? Audi Eliam dicentem Israeli, Vsquequo claudicatis in duas partes? si do
3. Reg. 18. minus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Manifestum omnibus esse putauit Elias, quod Deus sequendus erat, sed controuersum erat, quis nam Deus esset, & id statim noscendum Elias ait. Si ergo certum, ac constitutum est. Deum sequendum esse, quem obsecro tu sequaris o homo? Deum ne, an hostem tuum dæmonem? An non
A
miserum est, quod hostem sequaris, si te ducit ad mortem, licet per amæna prata? Si hostis te vocaret, sicut Cain vocauit Abel, egrediamur in agrum, nosti Gen. 4.
vero ad nihil aliud te ab eo vocari, ac duci, nisi ut interimat, num cum sequereris, licet ad amæna prata te duceret? Quo ergo pacto dęmonem sequeris, cū scias crudelissimum eum hostem esse, ac necem tibi machinari? Sed ais. uia difficilis est, quam Christus arripit, quis illi adiungetur comes? An non satis esse debet, quod ille dux uiæ est, vt dicas, qđ illi quidā dixit. Magister, sequar te quocunque ieris? Mat. 8.
An non Israel sequitur columnam nubis etiam per terram desertam, inuiam, ac inaquosam? cur tu nō sequeris Deum? Audi Esa. erunt oculi tui Esa. 30
B
vidētes pręceptorem tuum, & aures tuæ audient uerbum post tergum monentis hæc est uia, ambulate in ea, & non declinetis ab ea, nec ad dexteram, nec ad sinistram. Et hodie in Euangelio Dominus ait. (Si quis mihi ministrat, me sequatur. Sequere ergo Deum fidelissimum viæ ductorem, nec aspicias, quæ uia dulcior, sed, quæ rectior sit. Cum in biuio cōsistis, nec scis, quæ via tibi tenenda sit, non interrogas, quæ via dulcior, sed quę ducit in optatum locum Noli ergo nūc cogitare, quæ via sit iocundior, sed qua ī patriam ibis. Sed forsan dices, plurimi viam sequuntur vitiorum. Sed ideo tibi tenenda ēa via non est, quia plurimorum via in infernum ducit. Hinc in Exodo, 23. dominus ait. Non sequeris tur Ex. 23.
bam, ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deuies.

C
Nec vero putare debes Christi viam adeo esse desertam, vt plures eam non sint ingressi. Ecce nunc turba multa illum sequitur. Plurimi martyres, virgines, confessores, hāc ingressi sunt viā, & nunc per eam multi ambulant tibi similes, cur ergo tu non poteris, quod plurimi possunt? Cum secum reputaret Augustinus, impossibilem viam virtutis fore, apparuit ei matrona honestissima continentia, quæ sub se habebat

A multos pueros, & puellas uirtutem sequentes, & ad Augustinum conuersa dixit, tu non poteris quod isti, & istę? Facilis Dei uia reddita est, & licet desertum horridum tibi appareat, non tamen est, quia in eo deserto aquam de petra dabit tibi Dominus, an manna de cęlo, & protectione eius securus eris.

Deinde nonne viæ terminum considerabis? Audi terminos diuersos duarũ viarum, quos nobis Sapiens proponit.
Pro. 12 In semita iustitiæ uita, iter autem deuiũ ducit ad mortem. Duo ergo, nunc tibi propono, ut ex eis eligas, quod tibi conuenientius duxeris, in hac parte Christi crux est vita aspera, ac collecta, in cuius fine, Deus est, & illius æterna beatitu-
B do. In illa uero parte delitiæ mundi sunt, sed in earum fine æterna damnatio. Elige nunc, quod placuerit magis. Ais vellem ego ista separare, & æternam beatitudinem coniungere cum delitiis, honoribus, ac diuitijs. Sed id fieri neqt, quia quod Deus coniunxit, homo separare non poterit, Deus gloriam cum cruce ligauit, non poteris tu soluere, delicijs, ac voluptatibus æternam coniunxit mortem, separari hæc nequeunt, quid ergo eligendum? Manifesta ratio docet, eligendam gloriam æternam cum cruce, potius quam æternam damnationem cum delitijs, quid enim prodest homini
Mat. 16 si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Elige ergo crucis palmam, qua Christum comiteris. Tenetur uero singulari ratione homo hanc inireuiam, postquam Chri-
C stus homo factus illam ingressus est, ducatorem nostrũ agens. Sicut tenetur mi-
1. Reg. 14. nister Dominum sequi, etiam per asperam uiam, sic uiam agentem Ionatam
Nu. 32 per scopulos armiger eius insequitur. Ideo nunc Christus ait, qui mihi ministrat, me sequatur. Conqueritur Deus de Israele, & comminatur dicens. Qui iratus iurauit, dicens, si uidebunt homines isti, qui ascenderunt ex Aegypto, terrã, quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob, & noluerunt sequi me, idest, quia noluerunt sequi me. Si tantum fuit crimen, Dei ductum non sequi, cum ille solum viam doceret uer- A bo, quantum erit piaculum, eum non sequi, eum non verbo solo, sed & exemplo nos præcedit.

Audiamus ergo viæ ductorem hodie omnibus dicentem. (Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam, in vitam ęternam custodit eam.) Quasi dicat, sicut ego granum frumentum, ut multum fructum darẽ, mortuus sum, ita oportet mecum crucifigi eum, qui fructum dare voluerit, qui enim appetitui suo indulget, seipsum perdit. Loquela profecto ista noua est Christiano, qui cum Christum credat, moribus tamen doctrinam sequitur Epicuri. In vno quoque homine duos considera homines, interiorem, & exteriorem, perditio vnius est lucrum alterius. Hinc Pau- B
lus, deponite uos secundum pristinam Eph. 4. conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Terret nimium Luc. 16 diuitis epulonis exemplum, de quo malum aliud non traditur, nisi quod pretiosis amictus erat, & epulabatur quotidie splendide. Delicate enim tractatum corpus animum superat, ac perdit. Ludebat Ge. 21. Ismael cum Isaac, ut dicitur in Genesi, nec sustinere id Sara potuit. Et cum huius ludi meminisset Paulus ait, quomodo Gal. 6. tunc is, qui secundum carnem, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Quod in Genesi dicitur ludus, a Paulo dicitur persecutio, quia ludus, risus, & deliciæ corporis, persecu- C tiones sunt animæ. Mundus illa dicit delectationes, sed vere perditio est hominis. Nec uero multum a te exigitur, cum pro animæ salute postulatur, ut crucem feras, cum pro corporis salute eam libẽter ducas sæpius. Timent Gabaonitæ Iosue 9 corporis necem, & ut illam vitent, induuntur ueteribus pannis, & cibaria deferunt minus suauia. Quid ergo mirum si pro animæ salute æterna similia præstes? Licet ergo mori te oporteat, noli uiam hãc deserere, resurges, ac uiues in æter-

A æternum, si hic commortuus fueris Christo. Sic enim Esaias ait, viuent mortui, interfecti mei resurgent, expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere. Et vt leuius feras, fac tibi fasciculum mirrhæ ex Christi doloribus, sicut sponsa, dicens, fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Quod si hoc sumpseris scutum, ut eo te munias, nullus laboris ictus te lædet. Hinc Hieremias: dabis eis scutum cordis eorum laborem tuum labor Christi scutum nobis est, dum eius cogitatione armamur, ne lædamur tribulatione, aut dolore. Preclarum hoc scutum expertus fuerat Paulus, cum diceret. Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum a peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nec enim decens est, præcedere caput sanguine intinctum, & sequi membra delicijs plena. Simili ratione nobis proponuntur exempla sanctorum, qui Christum secuti sunt, & sanguis nobis proponitur tanquam elephantis, vt accendamur in pugnam, &c.

Can. 1.

Thr. 3.

B

He. 12

C

A

Dominica in Ramis.

Thema. Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetam, dicentem, dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filium subiugalis), &c. Matt. 21.

SAepe dn̄s Iesus in Hierusalem uenerat, huius extremi aduentus dūtaxat memien Esaias, & Zacharias, quia hoc aduentu regnum diaboli euertit, & suū constituit, quod morte propria confecit, B & ideo hic aduentus dignior fuit, qui a prophetijs prædiceretur. Sed illud nunc mirabile est, quod cum regnum nunc suscipere velit, & regium nomen, ac potestatem sibi usurpat, adeo humilis pauper ingrediatur. Nunc minima hac in re dubitandi ratio se se offert. Nam vt refert Lactantius libro 4. de vera sapientia ca. 16. ideo Iudæi, & Ethnici noluerunt credere Christum Deum esse, quia vitam duxit pauperem, ac humilem, & mortem pertulit duram, indignum iudicantes Dei nomine eum, qui pauper, & humilis erat, de qua superius diximus feria sexta proxima. Sed ista falsa hominum persuasio inde ortum habuit, quod illi temporalem fœlicitatem, ac gloriam maximum esse bonum putant, cum tamen nihil sit, uirtutem uerò, quæ diuinum quid est, minimum esse ducunt. Lactā.

Certe regem Deum maxima bona decebant, ornandusq; erat illæ, ac sui præcipua gloria, ac honore. Sed quenā sint hæc uerba bona inquirendum est, facile autem etiam ratio naturalis edocet, minimum bonum esse temporalem fœlicitatem, quæ bonum non faciunt habentem, nec Deo commendabilem reddūt, quæ fallax est, & beatitudinem non confert, quę possidentem cito deferunt, & quæ materia, ac fomes peccati esse solēt. Et ideo non decebat, his ornari Deū hominē factum. Hinc ipse ait, quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum. Nō solum ergo illa respuit, quia C

Lu. 16.

A minima, sed quia abominatio ei sunt, nó quia illa in se malam sint, sed quia homi rum abusus ea abominanda reddit, qa peccatorum materia. Vnde de Behemot
Iob 40 Dominus ait ad Iob. Protegūt umbram eius. Vmbram, ait Behemot, aliç vmbrç protegunt. Quid obsecro vmbra est? nihil sane, defectus luminis propter interpositionem corporis opaci, & cū umbra aliquid appareat, nihil est, quia priuatio est. Ita omnis gloria temporalis aliquid apparet, cum nihil sit, vmbra solum est.
Sap. 5. Hinc ipsi fatētur impij, omnia velut vmbra trāsierunt, enumerauerat diuitias, superbiam, uoluptates, & omnia esse vmbram dicunt. Quid ergo in causa est quod aliquid appareant, cum nihil sint?
B Certè defectus luminis cælestis propter interpositionem terreni nostri corporis. Hæ ergo umbræ temporalis fælicitatis protegunt umbram dæmonis, umbram mortis, quæ est peccatum. Ideo enim peccatum diligimus, quia illud opertum videmus umbra temporalis dulcedinis, ac fælicitatis, ideo abominatio Deo esse dicitur. Sed quæ nam uerba bona sunt, certe virtutes, hæ ornamenta sunt animi, cęlestia bona, quæ reddūt hominem bonum, quæ nos in beatitudinem ducunt, His verbis bonis abundare debuit Rex Deus, & sui quoniam ille rex uirtu-
Esa. 33 tum dicitur. Hinc Esa. ait, & erit fides in temporibus tuis, diuitię salutis sapientia, & scientia, timor Dñi ipse est thesau-
C rus eius. His diuitijs abundantem Chri-
Ioan. 1 stum vidit, qui ait, vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & ueritatis. Discipuli et Christi, & eius ecclesia his bonis abundauit, quoniam Christo in mundum veniente cęlestes homines facti sunt, magni uirtute, qui luxerunt in mundo tanquā luminaria verbum vitæ continentia, statim enim in numeri martyres pullularunt, eremitæ mundo mirabiles exorti sunt, & aliorum sanctorū turma innumerabilis. Hęc regni Christi magnalia fuerunt.

In caducis autē bonis gloria Christi nō fuit ille. n. pauper, ac humilis extitit, vt Zachar. ait. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam. Nec vero de hac pau- A
paupertate mirandum excessus. n. ac delicta Zac. 6.
nra huius rei cā fuerunt. Diues, rexque 1. Reg.
Dauid erat, & pauper egressus est ex 14.
Hierusalem, ac nudis pedibus, quia filius Simile
illius Absalō eum expoliauit regno. Sic et accidere solet, ut uideas hominem, qui diues fuit quondam, in magnā paupertatē deuenire, cumq. eum interroges, qua de causa in aduersa sit fortuna, dicet tibi delicta, & excessus filiorū me deiecerūt, & in extremā paupertatem adduxerūt, Ita oīno nos filij peruersi in cā fuimus, vt Xps diues, pauper factus sit. Cum. n. ille diues esset, pro nobis egenus factus est, ut illius inopia nos ditaremur, & excessus nostros persolueret. E cōtrario homo, cum pauper, & infimus sit, diues, ac B
rex esse vult. Omnis hominum cura eo intendit, ut ascendant, & ditescant. In ex Gen. 3.
celso statu posuerat Deus Adamum, sed ille eo statu non contentus, ascendere voluit, ut Deus esset, eritis sicut Dij. Si ergo homo Deus esse voluit per superbiā, fiat Deus homo pauper, & humilis, vt hominis excessum persoluat, ac auferat.

Ea autē, quæ diximus, manifestis uer- Zac. 9.
bis Zacharias ostendit, exultare enim satis, ac iubilare præcipit filiā Sion cum rege suo, non quod ei bona temporalia deferat, q̄ profecto oleum lætitiæ nō sunt, sed quia bona spiritualia secum ducit, q̄ oleum exultationis merito dicuntur. Vñ ait: Ecce rex tuus ueniet tibi iustus, & saluator, & inferius ait, & loquetr pa- C
cem gentib. Bona quidē tēporalia digna gaudio non sunt. Aliqñ gauisi Apostoli Lu. 10.
sunt, & dixerunt magistro, domine etiā dæmonia subijciuntur nobis. Magnum plane uidebatur, quod uerbo suo dęmones pellerent, eis imperarent, & infirmitates tollerent. Nihilominus audiunt, in hoc nolite gaudere, sed in hoc gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Et alibi, gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Ex quo patet, minimum bonum spirituale superare vniuersa bona terræ. Et hinc fit, ut moneat Pau. q. flēt tanq̄ nō flēies, q gaudēt, Mat. 4.
tanq̄ nō gaudentes, qui utuntur hoc mūdo, tanquam non utantur, quia præter-

ett

A rit figura huius mundi. Si gaudium de temporalibus quasi non gaudium esse oportet, cũ Messia vero exultandum est satis, ac iubilandum, alia certè bona illi deferebant quam temporalia, iubilus.n. ex ultatio tãta est, ut exprimi non ualeat.

Orig. Hiero (Cũ ergo uenisset Betphage ad montẽ oliuarum.) Origen.& Hiero. aiunt Betphage uicum fuisse sacerdotum, quo aliqñ pergebant, ut animũ leuarent, & quiescerent a laboribus, eratque illis quasi domus saltus Salomonis. Interpretatur aũt domus maxillæ, vel quia fm legem maxillæ, erant sacerdotum, vel vt Orig. quia ibi ortus est fons Sampsoni de maxilla. Cum vero in monte oliuarum fuerit domus recreationis (vt sic loq liceat)

B Prou.8 sacerdorum, innuit, in operibus mĩæ eorum debere esse recreationem. Audi Christum dicentem, delitiæ meæ esse cũ filiis hominum. Sed quid dñe inuenisti inter filios hominum, ut delectareris, an non leprosos, debiles, infirmos, ac mortuos? ea certe inuenit, sed qm mĩam suã eis exhibuit, fuerunt ista ei in deliciis. Et iõ ei hodie concinunt. Benedictus, qui venit in nomine dñi. Hosanna, i. benedictus sit, qui infirmos nostros sanat, qui cæcos illuminat, q mortuos uiuificat. Si ergo rex, si dñs, si platus, si deniq. fidelis quisque imitari dñm uelit, has sibi laudes offerri curet, uicum, ac recreationem

C inter oliuas, ac misericordiæ opera habeat, leua ergo pauperũ miserias, & hoc perfecisti, & laudes habebis Christi laudibus persimiles. Audi Iob, si negaui, qđ

Iob 31 uolebant, pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci, si comedi bucellam meã solus, & non comedit pupillus ex ea, qa ab infantia creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecũ. Si despexi prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absque operimento pauperẽ, si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearũ calefactus est. Recte ait, benedixerũt mihi latera eius, idest, laudauerunt me, quia eis benefeci. En laudem similẽ Xpi laudib. Recte Ambr. ait, curandũ hoi est, ne

Ambr. ante Deum ueniat sine his laudibus, ac canticis, cauendumq; maximè, ne contrariis vocib. in te emissis coram Deo cõ

A pareat. Si.n. maledixerint tibi pauperes, φ eorum inopiã nõ subleuasti, certe ad montem oliuarũ nõ uenisti. In mõte ergo mĩæ domus recreationis esse debet, qa in operibus mĩæ delectatio nr̃a sit, oportet, dicente Paulo, qui miseretur in Ro.12. hilaritate, & nõ ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem.n. datorem diligit Deus. 2.Co.9.

Sed qm spũalia mĩæ opera, quib. a peccatis hoies liberantur, potiora sunt, ideo cũ uenisset Betphage. (Misit duos discipulos, dicens eis, ite in castellum, φ contra uos est, & statim inuenietis asinã alligatam, & pullũ cũ ea, soluite, & adducite mihi.) Duo hæc aĩalia duos populos significant Iudęorum, gẽtium, pullus, cui B nullus hominum insederat, populũ gentium signat, cui lex data non fuerat, asina, q̃ sub iugo fuerat, Synagogã, q̃ iugũ legis portauerat. Sed cũ regium nomen nunc sibi imponendũ fuit, utrumque populũ adduci vult, quia regnũ illius super Zac.9. oẽs est. Et iõ Zacharias pdicens hũc Xpi aduentũ in Ierusalẽ, & regnũ, subiũgit, ptãs eius a mari vsq; ad mare, & a flumi nibus usq. ad fines terrę. Hoc ipsum per Esaiam manifestis uerbis pr̃ loquitur cũ filio, dum ait, parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fęces Israel conuertendas, ecce dedi te in lucẽ

C gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrę. Sicut ergo Axa recepta a patre hęreditate, arente, insidens asino suspirauit, & ait, da mihi benedictionem, Iosu.15. terram australem, & arentem dedisti mihi, iunge, & irriguam, deditque ei Caleb irriguum superius, & inferius. Ita nunc Xps uidit Ierusalẽ, & fleuit, obtinuitque a patre regnum, non solum in domo Iacob, & regnũ Dauid, φ erat sup Israel, sed et̃ sup gentes. Dixerat ad eum pater: Psal.2. postula a me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuã, & possessionẽ tuam terminos terrę. Nũc id postulat Xps lachrymis. & obtinet. Et ut id significet, sibi afferri pcipit asinam, & pullum, & super utrunque sedit, ut mysterium illud innueret.

Sed duo expẽdẽda hac in re sunt. Primum, quod iumenta ista duo sint populi ergo populi iumẽtaq, secundum, quod

A ligata dñr, a Christo vero soluunť. Sed quo pacto populus Iudæorũ, ac gentium asini sunt? An nõ hoies erãt doctissimi,
Psa.48 prudẽtes, ac sapiẽtes? Certè hõ cũ in honore esset, non intellexit, cõparatus est iumentus insipientibus, & similis factus est illis. Peccator quidẽ iumentũ est stoli-
Iob.11 dum. Audi Iob, vir vanus in superbiã erigitur, & quasi pullũ onagri se liberũ natum putat. Nihil stolidius, aut insipiẽti⁹ q̃ peccator, rõne non ducit, sed appetitu tanq̃ brutũ, asinus ergo est. Nec tñ asi-
Esa. 1. nus, sed asino stolidior. Audi Esaiã. Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus pspe Dñi sui. Israel aũt me non cognouit, & populus meus non intellexit. An nõ stolidiorẽ iudicabis Balaã, q̃ eius asinã, q̃ declinauit a uia viso Angelo, cũ ille uiã p uersam, q̃ inceperat, pficere uellet? Viã Deo contrariã arripuit Balaã mercede conductus, ut malediceret Israeli, oppo-
Nu.22 nit se uiæ illius Angel⁹ districto gladio,
B quo asina territa declinauit a uia, qa uidit Angelũ ei aduersari. At uero Balaam pfecit uiã, & mercede effusus est, ergo asina sua stolidio rfuit. An non tu similẽ pertras facinus? Vides Deum uiæ tuæ aduersari districto gladio, nec terreris, nec ab ĩcepto desistis. Si ergo asino stolidior factus es, quid mirum, si te asinum dicamus? Sed attẽde immẽsam Dei mĩam, cũ hæc iumẽta ad se adduci X̃ps vult, & q inimici erãt, ac inferno digni, ad se ip-
Psa.35 sum uocat, ut eos ad cœlestẽ ducat Ierusalẽ. Hanc diuinã mĩam expendit Psa. dicens. Hoĩes, & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti mĩam tuã Deus. Hominẽ saluare mĩa fuit, sed iumenta etiam salua facere, multiplicatam Dei ostendit misericordiam.

Sed secundũ inspiciamus, quo pacto
C ligata erant hæc aĩalia? Sane peccator ligatus a dæmone est. Audi Psalrẽ, funes
Ps.158 peccatorũ circumplexi sunt me. Et Sa-
Prou.5 piens ait, impius funib. peccatorũ suorũ constringitur. Et ita ligatus est, ut difficile dissolui possit, qm ut Sapiens ait, fu ni-
Eccl.4. culus triplex difficile rumpitur, triplici autem funiculo peccatorem dęmõ ligat,
Chrys. cõcupiscẽtia carnis, ac oculorum, & superbia uitæ. Recte Chrys. ait. Ante pcm̃ facile diabolo resistimus, imo & fugit a no- A bis, sed cum pctõ ligamur, in ptãte sum⁹ diaboli, ut nos circumferat, quo uoluerit. Sicut nauis gubernaculo fracto ducitur, quo tempestas. Sicut ẽt populus pri⁹ q̃ sibi regem cõstituat, liber est, sed cum elegerit regem, alligatus est, & rex imperat, & vniuersa pro arbitrio disponit. Sic cũ hõ diabolum sibi in regem elegit, quasi vi quadam ligatus tenetur. Hinc 1.Ti.6.
Paul. qui uolunt diuites fieri, incidũt in tentationem, & in laqueum diaboli, & 2.Ti.2
idem Paulus. Ne qñ det illis pęnitentiã, ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem: Certe qui gratia Dei caret, qui peccato tenetur, ser- B
uus est diaboli, & quemadmodum ru ducis seruum tuum, quo uis. ita dęmon te si in peccato es, ad alia peccata trahit. An non hanc miseriam captiuitatem experiris, cum non quod uis bonum, hoc agis? cũ imbecillis es ad resistendũ tẽtationi? sed hęc misera captiuitas libera est, quia libere peccas, & a peccato discedere potes, & gratia obtenta diabolo resistere.

(Soluite ergo, & adducite mihi,) ait rex nr̃. Primũ. n. quod rex agere dẽt in regno est, soluere eos, quos captiuos tyrannus tenebat. Nullus, nisi Christus hos vinctos soluere potest, quia, ut Psalt. ait, Ps.145
Dñs soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos. Et ideo ei concinit Dauid. Dirupisti u ncula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et ad hoc ille uenit ut Esa. Esa.61
dixit, spũs Dñi sup me, eo quod unxerit me, ut prędicarẽ captiuis indulgentiã, & C
clausis apertionẽ. Et iõ suis ait, quodcunque solueritis super terram, erit solutum & in cęlis. Gra. n. sua nos ab hac misera dęmonis captiuitate eripit, ut ei facile resistamus. Sed qui liber a dęmone, & ab eius uinculis absolutus est, non putet se oĩno liberum, nec ullis teneri uinculis? Iõ. n. X̃ps ait, soluite, & adducite mihi: ligabo ego eos mihi, quos dęmon ligatos tenebat, sed alijs uinculis. Hinc Paulus, Gala.5
uos in libertatẽ uocati estis fratres, tm̃ Ro.6.
ne libertatem in occasionẽ carnẽ detis, liberati quidẽ a pctõ, serui aũt facti iustitię, habetis fructum uestrum in sanctifica-

A cationē. Et iō benedicēs Iacob Iudā, ex
Ge.49. quo X̄ps originē duxit, ait donec ueniat
q̄ mittēdus est, & ipse erit expectatio gē
tium, ligans ad uineā pullū suū, & ad ui-
tēō fili mi asinā suā. Mirabile ꝓfectō. i.
qd, cum Iacob tot retro sæculis de Mes-
sia loq̄ret, meminerit de asina, & pullo,
Ioā. 15 q̄ nūc sibi X̄ps afferri præcepit, de quib.
ait, qd a X̄po ligabūtur ad uineā ad ui-
tē, qa licet solui, præceperit, tñ ad se liga
uit, ille. n. uitis est uera, ad q̄ alligati fide
les sunt, soluunt̄ ergo, ut ligent̄, a diabo-
lo eripiant̄, ut Deo adducant̄. Sicut ergo
exhibuisti membra tua arma iniqtatis,
p̄ctō, ita nūc ea exhibe arma iustitię Deo
sic ut diuitias diabolo tradebas, ita nunc
Deo trade. (Dicite, quia dominus his
opus habet.) Chrysost. ait. Miraculum
B fuisse, quod eo solo verbo audito, relique
rint dn̄i asinam, ac pullum ab Aposto-
lis duci. Ostendit hoc verbo se dn̄m om
Ioā. 13. nium esse: Vnde ait: uos uocatis me ma-
gister, & dn̄e, & bene dicitis, sum etenim
Psa. 15 Sed mirum est, ꝙ ait, (his opus habet,)
Cū Ps. dicat, Deus meus es tu, qm̄ bono
rū meorū nō eges, qūo ergo his opus ha-
Psa. 67 bet? Præcipuè ut uehatur, qui currū illū
hēt mirabilē, de quo dr̄ in ps. currus Dei
decem millibus multiplex, dn̄s in eis, in
Gen. 2. Sina in sancto Sane op⁹ habet Chr̄s Ec
clesia ex Iudæis, & gentib. congregata,
sicut opus habuit Adā Eua. Non est bo-
nū hoīem esse solum, faciamus ei adiuto
riū simile sibi ait dn̄s, sacrm̄ hoc magnū
est, ego aūt dico in Christo, & Ecclesia.
Non ergo est bonū Chr̄m esse solū adiú
gatur ei Ecclesia, ea ergo dr̄ Chr̄s indige
re, quia sicut sponsus solum se dicit esse,
cum sponsa abest, ita Chr̄s sine Ecclesia
C solus est, ea ergo opus hēt. An nō id mi-
Luc. 15 randū, qd ita nos dilexerit, quæsieritque,
ac si opus haberet, ac si sine nobis eē, aut
viuere nō posset? Si ad gloriā suā nobis
indigeret, qd amplius ꝓ nobis efficeret,
q̄ fecit? Dr̄ ergo opus hr̄e nobis, qa licet
nostra, nō illius interfit, tñ sic se hēt, ac si
illius interesset. Hinc inuēta oue, & dra-
gma ait, cōgratulamini mihi. An nō me
lius esset si congratularemur oui? ita cer
te apparet, sed ille ait, potius congratula
mini mihi, quia licet utilitas ouis sit, tñ

ergo magis optaui illius cōmodū q̄ ipsam A
& ouis. Sed nūc a te q̄ro, Deus ait, ꝙ te
opus hē, nū tu opus habes illo? quot sūt
homines, quibus apparet, non opus hēre
Deo, & qd sine illo uitā degere possunt.
An non quidā aiunt apud Iob. Qui di- Iob. 21
cūt Deo, recede a nobis. sciam viarū tua Iere. 2.
rū nolumus. Quare ergo dixit populus
meus recessimus? Et recedat a nobis san
ctus Israel. An non oblitus Dei es dieb.
innumeris, & cū sine Deo sis, nō ais, op⁹
mihi est Deo, Deus dicit opus mihi ē ho
mine, & homo non dicet, opus mihi est
Deo? Qui dicis, op⁹ est mihi pecunia, ho
nore, voluptate, nō dices, et Deo opus ē?

Ascendit ergo X̄ps in Asinā, deinde
ī pullū, uel è cōuerso, ut ītraret Ierusalē,
ut impleretur illud Prophetæ. (Ecce rex
tuus venit tibi māsuetus.) X̄ps certe rex
est. Qui ait, ego aūt cōstitutus sū rex ab Psal. 2.
eo super Siō montē sanctū eius. Sed attē B
dēdum est, media, quib. ad regiād gnita-
tem fuit euectus, lōge alia esse a medijs,
quib. reges terræ dignitates sibi compa-
rant. Nec. n. diuitijs, ac potentia militari
euectus est in regnum, sed potius agenti
bus, & Iudæis irris⁹, opprobrijs saturat⁹
& crucifixus, constitutus a Deo rex est
vniuerso mundo reclamante, ac renitē-
te. Oportuit. n. Christū pati, & ita intra
re in gloriam suā. Et ut Paulus ait. Hu- Luc. 24
miliauit semetipsum dn̄s Iesus usque ad Phil. 2.
mortem, mortem autem crucis, ppqd
& Deus exaltauit illum, & dedit illi no-
men, ꝙ est super omne nomen. Et repro
batus lapis ab ædificātibus factus est in
caput anguli. Richar. de sancto Victore
de psal. secundum ait. Hoc autē non ad
Christum solum pertinet, sed etiam ad
illius mēbra. Eadē. n. uia nos ad regiam C
dignitatem perueniemus. Nec enim est
discipulus super maistrum, nec seruus
maior domino suo, si me persecuti sunt,
& uos persequētur. Ne ergo putes te in
fœlicem, cum pateris, sic enim perueni-
tur ad regnum, si compatimur, & conre
gnabimus, & conglorificabimur.

Sed quidā doctor regnū X̄pi dicit pro 2. Re. 7
phetatū fuisse illis uerbis. Cūq; cōpleti
fuerint dies tui, & dormieris cū patrib.
tuis, suscitabo semē tuū post te, qd egre-
dietur

A dicetur est ex utero solis, & cuius, regnū ęternū est,& filius naturalis est Dei. Sed ait, vēturū hunc regē, cū cōpleti fuerint dies Dauidis, In secretiori Hebręorū antiquorū theologia hr̄, quod dies cuique hoī ab initio constituti a Deo sunt mille anni. Ad quē terminū nullus post pc̄t̄m p̄uenit. Et hoc significat, cū ait, cum completi fuerint dies tui, idest, tp̄s tibi ab initio statutū, si pc̄t̄m nō fuisset, q̄ est mille anni. A natiuitate uero Dauid, vsque ad Xp̄i natiuitatē intercesserūt 976. anni, q̄bus si addas numerum literarum nominis Dauid, qui est 24. reddunt ad punctū mille annos, qui numerus est completæ ætatis Dauid. Nec mirū, q̄d numerū no-
B minis addamus, habēt.n. hi numeri my-
Ap.13. steria, ut patet, cum numerari præcipit Ioānes numerum nominis bestiæ. Hæc
Georg. Ven. Georgius Venetus in harmonia mundi Cantic.2.tom.7.c.25. Honcala in Gene-
Honcala. sim huic vr̄ adstipulari, qui in c.2. ait, in quacunq; die comederis, morte morieris .i. intra millesimum annū morieris. Quia.n. mille anni ante oculos tuos tanquā dies, in hac die magna Adā mortuus est. Hæc diximus, non ut omnino ea ꝓbemus, sed vt aliq̄d curiositatis addam⁹.

Sed notandū verbum illud est, (venit tibi. Id.n. omni homini dici potest, uenit Christus tibi. Quia si alius homo non esset, q̄ tu, tibi veniret. Et licet pluribus uenerit, ita gratus ei esse debes, ac si tibi soli uenisset. qa sic eo, & bonis illius frui potes, ac si tibi duntaxat ueniret. Et iō
Gala.2 Paul⁹ ait. In fide viuo filij Dei, q dilexit me, & tradidit semetipsū pro me. Quasi solus Paulus dilectus a Chr̄o esset, & pro
C eo solo traditus Xp̄s fuisset, ei gr̄as agit. Sed quid mirum, si in Christo quisq; habeat oīa, quæ uolet, ac si solus ipse esset, cū plures sint creaturæ, quib. quisq. hominum p̄t, ac si alius ei nō uteretur? An non sole frueris toto, ac si alius eo non uteretur? similiter aqua fontis, ac fluminis, Venit ego tibi, ac si alteri non uenisset, cum omnib. venerit. Sed q̄m diuitiæ illius infinitæ sunt, cuique uenit, quia nihil imminutum est, licet plures ad eū accesserint. Sicut non minus aq̄ in mari est tibi, licet aliqui aq̄ hauserint, ac si nullus hausisset. Deinde venit tibi, q̄a totus tuis A commodis deseruit, pp se enim non venit, sed pp te, sibi nihil potuit acquirere sed tibi, laborem sibi, utilitatē tibi seruabit. Multa quidem tua sunt, sed tibi non sunt, q̄a proficua nō existūt. Capilli Absalonis erant, sed illi utiles nō fuerūt, q̄n potius mortis cā. Diuitiæ diuitis sūt, sed Eccl.5. ipsi nō proficiunt, quia q̄ amat diuitias, fructū nō capit ex eis. Et diuitiæ conseruatæ sunt in malū dn̄i sui. Chr̄s āt tuus est, & tibi ꝓficuus est, ei dicere potes. [Dilectus meus mihi, & ego illi, ille quidem Cant.2 mihi utilis, ego aūt illi, nō utilis, sed obsequens. (Plurima aūt turba strauerūt uestimēta sua in via, alij autem cedebāt ramos de arboribus Clamabāt Hosanna. Sed quorsū ad passionē veniens tātouoluit excipi gaudio? Certe hac in re bonitatē, ac amorē uoluit nobis ostēdere. Ni- B mium nobis cōducit, hęc nosse. Vnde flexis genib. orabat Paulus Deū, ut fideles hæc intelligerēt. Vt possitis comprehēdere cū oībus sanctis, quæ sit longitudo, & Ephe.3 latitudo, sublimitas, & profundū, ut impleamini in omnem plenitudinē Dei: Si homo agnosceret viue immēsam Dei bonitatem, ac charitatē, impleretur omni virtute. Et licet hanc Deus ostenderit in creaturis, sed pręcipue in Christo dn̄o, & eius passione. Non solum autem pati uoluit, sed ea ostēsa bonitate, ac dilectione, ut potius nos sibi deuinciret charitate, q̄ dono. Cum dono tibi aliquid datur potius attendere soles donātis dilectionē, quam donum, quia per dilectionem cor ipsum tibi datur. Non ergo fuit Christo satis, si vitam, ac sanguinem daret, nisi etiam ea charitatis ostēsione id efficeret, C ut illa nos sibi maxime deuinciret. Vt hanc ergo ostendat infinitam charitatē gaudēs venit in passionem, & uniuersorū uoluit adesse lætitiam. Q̄m ille exultauit ut gigas ad currendā uiam. Et si multa sit passus, plus tn̄ dilexit, quam passus sit, & pl⁹ illi obstricti sumus pp dilectionem, quam pp dolores. Licet ergo vulnera Christi fenestræ sint, per quas diuinus amor videri potest, sed non omnino videtur, q̄a plus dilexit, quā uideri possit. Quod figuratū est in illis obliquis tē- 3.Reg.6

plu

A pli fenestris, quæ exterius angustæ, in interiori uero parte latissimæ erant, & idō exterius oīs eorū latitudo uideri non poterat. Hoc templum Christi humanitas est, in qua diuinitas corporaliter habitauit. Vulnera fenestræ sunt, qb. latentem in corde charitatem conspicimus, sed nō omnem exprimunt dilectionem. Fortis quidem vt mors dilectio, sed Christi dilectio fortior est morte, conaretur.n. supra eam, si aliquid ea esset acerbius. Et millies mortem oppeteret, si expediret. O feruens in nos charitas, ò ferreū cor, quod tanta dilectione non frangit. Hác nunc ostendit, cum gaudio excipi uoluit
B sed tu ò homo quam vicem Deo rependis? Eum derelinquis, ut uanitatem diligas. Hinc Oseas. Diligit dominus filios
Ose.3. Israel, & ipsi diligunt vinatia vuarum. Quid diligis, cum nummos, & honores diligis, nisi vinatia vuarum oblitus tanti Dei, tantæq; illius dilectionis?

Feria Secunda post Domin. in Ramis.

Them. Maria accepit libram unguēti nar di pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu. Ioan. 12.

PRoponitur hodie cena per ampla Christo exhibita in Bethania Quis vero eam parauerit, non dr̄ a Ioanne, creditur uero eam paratam a Lazaro, & sororibus, vel ciuib. Bethanię, q erga Xp̄m erant affecti. Parata autem est in domo
C Simonis pp loci commoditatem. In hac autem cæna tres præcipuè memorantur personæ. Lazarus discumbēs cum Christo, Martha ministrās, Maria ungens, de singulis aliquid nobis dicendum est.

Et primū de Lazaro, quem nō solum Iesus suscitauit, sed suscitatū mensę suæ participem effecit. Quo facto Dei in peccatore benignitas ōnditur, quem a peccato suscitat, & deinde cibo cælesti, Eucharistia.s. reficit. Cum ad Eucharistiam accedit, nihil minus tibi proponitur, quam discipulis in cena. Cum remissa tibi peccata sunt, concessa tibi fuit sp̄ualis uita. Cum Eucharistia conceditur, datur tibi cibus, qui te in sp̄uali uita conseruet. Nihil.n. prodesset homini, si ei uita daretur A
nec concederetur cibus, quo eam seruaret. Dei est hoīem a morte liberare, & pascere liberatum. Ita liberauit Danielem Da.14
a leonibus, & Abacuc mittit qui eum pascat. Nec solum Eliam liberat e manib. 3.Reg.19.
Iezabelis, sed & Angelum mittit, qui eū Iud.41.
pascat. Et Sampsoni spiritum dedit, ac fortitudinem, vt leonem interficeret, & deinde fauo mellis eum pascit. Et postq̄ Exo.12
liberauit Israel ab Angelo percutiente, agnū eis tribuit, quo pasti uiam agant in terrā promissam. Quod uero hanc Deus mensa parauerit hoī, gratias agit Psalt. Psa.22
cum ait. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Rectè ait, paratam hanc mensam aduersus inimicos, quia cum homo a peccato recedit, dæmon eum insequitur, curatque ut Pharao in pristinam reducere seruitutē. B
Sic etiam Lazarum cogitant interficere Pharisæi, postq̄ fuerat suscitatus. Innumera bella mouet dæmon aduersus iu- Iudi.7.
stum, sed contra ea vniuersa mēsa nobis parata est optima, panis nobis datus est subcinericius, qui uaster vniuersa castra Madiā. In tabernaculo illo antiquo tria Leu.4.
nunq̄ deerant, sanguis, quo quotidie altare aspergebat, & vt hr̄ in Leuitico, lux, Leu.6.
quæ semper ardebat, & mensa propositionis, in qua semper panes erant calidi, Ex.27.
Ita curandum nobis est, ut in tabernaculo cordis nostri semper lux sit, ut filii lucis simus, ut Deum agnoscamus, eius beneficia, ac legem meditemur. Sit sanguis mortificationis continuæ, ut quotidie tollamus Xp̄i crucem. Sit mensa Eucharistiæ, qua reficiamur. Ad hanc mensam sedet Lazarus, & ut eum inspiciant, multi ex Ierosolyma ueniunt, pulchrum p̄fecto spectaculum, cum is sedet ad Chri mēsam, & cibo Xp̄i alitur, qui paulo añ C
a uermib. rodebatur, & eorum cibus erat in sepulchro. Ita p̄fecto pulcherrimū est spectaculū, hoīem intueri, q heri peccatis scatebat, ut vermib. & nūc familiaris Xp̄o ei obsequit. Nec mirū, q oēs mirentur, cū id uiderint, quia nouus hic hō est, & tanquam nouum quid admirationem parit, & ex Ierosolyma dignum est aduenire multos ad id spectaculum. De

A co.n. Sapiēs ait, est hō marcidus, & egēs
Ecc.11 recuperatione, ꝑpias deficiēs virtute, &
abūdans paupertate, & oculus Dei respe
xit illum in bono, & erexit eum ab humi
litate ipsius, & exaltauit caput eius, & mi
rati sunt in illo multi, & honorauerunt
Deum. Describit pctōrem a pctō in iusti
tiam eleuatū, dicitq; in eo miratos mul
tos esse, & meritò, quia uas admirabile
opus excelsi. Sed qm aliud vas admirabi
lius hodie nobis proponitur inspiciendū
ꝙ uas quidem irę primum fuerat, nunc
autem in vas miæ mutatum est relicto
Lazaro, & paucis de Martha dictis, ad
Luc. 10 Magdalenam, properemus. Martha mi
nistrabat. Hoc illius munus erat, sicut
prius fecerat, cum Xpm in domum suā
susceperat, & licet relicta fuerit sola ad
ministrandum, non tñ iō ministeriū re
B linquit. Quo docet infatigabiles mini
stros Dei esse oportere, laborantes in oī
opere bono, fructificantes, ac crescentes,
& in nullo deficientes. (Maria ergo acce
pit libram vnguenti.) Particula illa, ergo
illationem quandam ōndit, & ex præce-
dentibus illationē facit, ac si diceret Euā
gelista. Cū Martha ministraret, & Laza
rus discumberet, idcirco Maria suo obse
quio non deesse voluit, & iō accepit li-
brā vnguenti pretiosi, & ad pedes Chri
sti posita eos lachrymis rigauit, capillis
tersit, & vnguento vnxit. Si verò interro
ges, ut quid hoc officium Maria præstite
rit. Rñdet Christus Dñs. (In diem sepul
turæ meæ seruauit illud.) Idest, vnctio
hæc facta est in officium sepulturæ meæ:
vnxit me, sicut mortuū corpus ungi so-
C let ad sepeliendum. Hoc cæteri Euange-
listæ magis expresserunt, Mattheus.n.
Ma.26 ait. Mittens hęc vnguentum hoc in cor-
pus meū, ad sepeliēdū me fecit. Et Mar-
Ma.14 cus, prçuenit vngere corpus meum in se
pulturam. Non quod Maria id sciret, aut
cogitaret, nesciebat enim adeo cito futu-
ram Christi mortem, sed ꝙ Spiritu sācto
ducebatur, ut id faceret nescia. Sicut 3.
3. Reg. Reg. dicit vidua ad Eliam, ingressus es
17. ad me, vt rememorarentur iniquitates
meæ, & interficeres filium meum, cū tñ
Elias non ea de causa ingressus fuerit.
Sed ingris si Maria nihil cogitauit de
Xpi morte, nec ea intentione illū unxit, A
qd ergo cogitauit, qd illa itēdit hac Vn
ctione? Duo ꝑfecto, q̄ nobis ualde expē
denda sunt. Primum recordata est bene
ficij, qd ad pedes Xpi susceperat, cū remis
sa ei sunt pctā. Et tāti bñficii memor, ad
eosdē nūc pedes accedit, ut gr̃as referat. Ge.28.
Cū Iacob supponēs capiti lapidē obdor-
miuit, & uisiones cęlestes uidit, surgens
mane in ꝑpetuā tāti bñficij memoriā, la-
pidē erexit in titulū, fundensq; oleū sup Iosu.3.
eū inunxit. Simili de cā, cum Israel ptrā-
siuit Iordane sicco vestigio, in tāti facti
memoriā lapides erexit. Vidēs ergo Ma-
ria, ꝙ accedens ad hūc lapidē viuū dona
cęlestia susceperat, nūc iterū illum ungit
& in titulū erigit, ad memoriā sempiter B
nā. Si ergo veniā pctōrū suscepisti ô hō,
si aliqua alia cęlestia dona, noli obliuisci
bñficiū, ne de te dicat: Obliti sunt bñfa- Psa.77
ctorē eius, & mirabiliū eius, q̄ ōndit eis,
sed gr̃as Deo age ꝑpetuas. Qd si in orōne
eleemosyna, aut pro opere accepisti bo-
na cælestia, illuc iterū, atq; iterū redi, ut
noua suscipias. Id nos nūc Maria docet.

Scdm autem, ꝙ iudicio meo præcipue
Maria intendit, fuit, iterū renouare pęni
tentiā, q̄ ad Xpi pedes egerat, nec semel
eam fecisse contenta, iterū, atq. iterum de Psa.10
peccatis pęnitet, ac ueniā petit. Platonis
fuit snīa. Bis, atq; iterum, quod pulchrū
est, id est, opus eximię uirtutis nō semel,
aut bis ꝑstandū est, sed iterū, atque iterū.
Optimū hoī hoc consilium est, nō semel
de peccatis dolere, sed sæpius. Ideo nos
Sapiens monet: De propitiato pctō noli Eccl.5.
esse sine metu. Idest, licet putes dimissū
tibi pctm̄ pp pniam, iterum illam age. Psa.50
Hinc Psalt. licet audierit translatū esse C
pctm̄ suum, quia dixit peccaui nihilomi
nus iterū, atq. iterū lauari se petit a Deo,
cum ait. Amplius laua me domine ab i-
niqtate mea, & a pctō meo munda me.
Quid est, amplius laua me, lotus fuerat,
sed iterū lauari se cupit, ut super niuem
dealbet. Solet hō, cito obliuisci pcti sui,
cum paruam fecit pniam, sed sanctissimi
viri nō ita fecerunt, imo cū Psalte dixe-
runt, pctm̄ meū contra me est sp. Sic Pe-
trus peccatum fleuit amare, & cū sciret si
bi dimissū, nihilominus eā lachrymaris
uim

A vim fundebat, ut exarata fuerit eius fa-
cies a lachrymis. Ita ergo Magdalena de
plorato semel pctó, nõ qeścit, nũc iterũ
illud diluit, & nouã agit pniam ad Chri
Ecc.50 pedes. Inde uero processit quasi uas auri
solidũ ornatũ oĩ lapide pretioso, ut de Si
meone Sapiens ait. Fuerat quidem Ma-
ria uas meretricis Babylonicæ plenum
abominatione, sed mutata est ĩ vas glo-
riæ de vase cõtumeliæ, ut Eccl'a ait. Sed
qñ oĩ lapide pretiosa ornatũ diximus,
id nobis exponẽdũ est, & attẽdẽdæ vni-
uersæ uirtutes, q̃ nunc in illa splendent.

Accessit Magdalena ad Xp̃m ornata
lapillo fidei mirabili, & iõ audire meruit
fides tua te saluam fecit, fides, quidem vi
ua in ea erat, q̃ non solum facit hoĩem
B credentem, sed, & fidelẽ, q Hispane dr̃,
(leal,) q fidelitatem seruat, quæ Hispanè
dr̃ (lealtad,) qui proditionem nõ facit, q
castellũ cordis inimico non tribuit, qui
adulter nõ est, hic fidelis dr̃, quia nõ solũ
credit, verũ uiue credit, huic promittitur
regnũ cęlorũ. Hic dr̃ in Euangelio ser-
Luc.19 uus fidelis. Euge serue bone, atq; fidelis.
Cõtra vero q cor dæmoni tradit, q dissi-
pat, bona dñi infidelis dr̃, licet credat. Iõ
peccator dr̃ adulter, proditor, præuarica
tor, iustus autẽ fidelis. Hinc in Apoc. dr̃.
Apoc.2 Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi co
ronã uitæ. Quæ ergo fuerat prius infide-
lis, & bona dñi dissipauerat, q castellum
cordis, dæmoni tradiderat, nũc fidelem
se p̃stat Deo suo, ei oĩno se tradens, hãc
uerò fidelitatẽ perpetuo cõseruauit usq;
ad uitæ finẽ, dũ nunq̃ a Christo discessit
De spe illius in Deũ, quis dicat? Contra-
ctus corde peccator est, & cũ in plura in-
C cidit pctã proximus inferno maxima ur
Ier.18. getur desperatione, ut illi, qui dicũt: De-
sperauimus, post cogitationes cordis no
Eph.4. stri ibimus, Et qui desperantes tradide-
Psa.39 runt se impudicitiæ. Hinc Ps. Multipli-
catæ sunt super capillos capitis mei, &
cor meũ dereliquit me, quia multitudo
pctõrum desperationem inducit. Sed at-
tende sperãtẽ Magdalenã, ẽt post innu-
mera pctã. Implet illud Ps. ergo aũt sem
Psa.70 per sperabo, & adijciam super oẽm lau-
dẽ tuã. Cũ tanta sit Dei laus, mirũ est, qđ
possit quispiam adijcere aliquid diuinis
laudibus, sed adijcit, q sp sperat ẽt post A
multa crimina. Et iõ quia post grauia
pctã sperauit Dauid, ait adijciam super
oẽm laudem tuam. Sed id melius præsti
tit Magdalena sperans, & supersperans
post innumera crimina, & iõ sicut lapil-
lus fidei in ea mirabilis fuit, ita, & spei.
De lapillo verò charitatis satis dictum
est, cum Xps ait, dilexit multum, pretio-
sissimo ergo charitatis lapillo ornatum
fuit vas illud. De hac charitate multa di
ximus in 3. tomo nostrarũ concionũ in
concione prima de Maria Magdalena.

Vidimus lapillos uirtutum theologica
rum, quib. mirabile hoc vas ornatũ fuit.
iam lapides pretiosos virtutum cardina
lium cõtemplemur. Et primum de illius
prudentia dicamus. Antiqui phisolophi B
pingebant prudentiam depicta virgine.
q speculũ corã se habebat, & serpentem
manu tenebat. Habuerat olim Magda- I
lena speculũ, ut se ornaret, & mũdo pul-
chra appareret, sed ĩ Deũ cõuersa specu-
lo alio diuerso vsa fuit, speculũ autẽ eius
fuit Chr̃s dñs, in quo vultus sui fęditatẽ
vidit, pctã, & eorum deformitatem aspe-
xit, scandalumque quod dederat. Diuer-
sa admodum ei apparuere vniuersa, qui
ad eam pertinebant, cum in hoc specu-
lo ea uidit; quam ei apparuerant prius, M
cum in speculo vanitatis ea considera-
rat. Capilli, qui in hoc speculo fila aurea
uidebantur, in illo nisi sunt colubri, ac
serpentes, qui hoĩes perdebant. Frõs illa,
quæ niue albior apparebat, nunc ei appa Iere.3.
ret, quia frons meretricis facta est tibi.
Oculi, qui in mundi speculo uidebantur
duo luminaria cœli, nunc vñr esse oculi
Reguli, qui visu venena diffundunt. Os,
q videbatur fons gratiarũ, nũc apparet G
vlcus putredine plenũ. Diuersa oĩ modo
ei apparet sui figura in hoc speculo, quã
apparuerat in mundi speculo. Nunc er-
go se agnoscit Magdalena. Sicut in spe-
culo resultat figura eorum, q ei obijciun
tur, ita in iudicio Dei, & boium apparet
rei dignitas, ac ualor. Sed est speculũ, q
ueras figuras rerum repręsentat, est etiã
qđ falsas, ac apparẽtes solum obijcit. Est
vitrum ea arte confectum, ut triangula-
tum sit, Hispane dicitur piedra filisopha
quod

A quod si oculis admoueas, aspiciasq; uile agricolæ tugutiũ, apparet regia domus, imo,& cęlestis oĩ ornata colore, ac arboribus. Hoĩ profectò speculum est vanũ mundi iudiciũ,in quo tria illa sunt, quæ Ioannes ait, concupiscentia oculorũ, & carnis,ac superbia uitæ. In hoc speculo si cõtẽpleris hæc caduca,ac vana, cœlestia apparebũt,ac optima, sed nõ ita res se habet,sed hoc speculũ deceptos, ac attonitos reddit mundi amatores. Si uerò in Xp̃o te, tuaq; cõspicias, rerũ veritate videbis,ibi displicebis tibi, ibi fœditates tuas cõspicies,& cũ in mundi oculis magnus appareas,videbis nihil te esse, & q fortis uideris hoĩbus, imbecillẽ te agno-
B scesq tẽtationi minimæ succũbis,q prudẽs uideris,stultũ cognosces, quẽ decipit minima rerũ vanitas. Considera te ipsũ attẽde in hoc speculo,nõ solũ cũ concio-
Iaco. 1. nẽ audis,sed & in domo tua. Ne sis de illis,de qb. Iacob⁹. Hic cõparabit᷑ uiro cõsiderãti vultũ natiuitatis suę in speculo, cõsiderauit.n.se,& abijt,& stati oblit⁹ẽ, qualis fuerit,qa illud speculũ sumim⁹, ꝙ nos demẽtat, ac decipit. Madgdalena at semel reliq̃t mundi speculũ,& Xp̃m sibi ꝓposuit,nec vnq̃ mutauit specula. Dein de ĩ manu prudẽtiæ coluber,aut serpens
Ma. 10 depingit᷑,& merito,serpẽs.n. symbolũ ẽ prudentiæ,dicente dñõ:estote prudentes sicut serpẽtes. Hãc aũt prudentiã licet in multis serpẽs ostẽdat,sed in eo ꝑcipue,ut ait Arist. li.8. natural. historię.c.7.& Tertullianus libro de pallio, qđ cũ senescit, pellis illi⁹ rugas hẽt multas, & ĩcedere ñ pt,ut ergo renouet᷑,lapidẽ q̃rit,in quo angustũ sit foramen,& ꝑ illud ingredit᷑, & pellẽ veterẽ sic exuit,renouatuiq; procedit. Quid aliud Magdalena facit, cũ ad
C Xp̃i pedes accedit? Certe ueterem exuit hoĩem,cũ actib. suis,& nouũ ĩduit,Chr̃s uia ẽ,ꝑ q̃ nobis est ĩcedẽdũ,difficilis profectò via illa,qa arcta est,& angusta porta,& adeo difficilis,ut eã se ignorare Salomon dicat,viã colubri sup petrã. Via verò ista est, Xp̃o, & eius cruci cõforma-
Pro. 30 ri,& cũ eo mũdari,ut oĩs abscedat ruga, qa ille exhibet sibi gloriosã Ecclesiã,nõ habẽtẽ maculã,nec rugam. Per hoc fora-
Eph. 5. mẽ trãsire nõ ualet,q inflatus,ẽst q̃ prio-

fis amict⁹,ac vanis,oĩa nobis exuẽda sũt A vt Magdalena fecit,exuẽtes uos ueterem hoĩem. Inspice Mariã ad Xp̃i pedes oĩa uetera abijciẽtẽ,pcã reliquẽtẽ, vanitates sęculi cõtẽnẽtem,an nõ dices eã serpentẽ conantẽ per foramẽ angustum transire?

Sed iã lapillũ iustitiæ,quo Magdalenę vas ornatur,consideremus. Aug. in sermone ait. Iustitiam iustissimã Maria ad Christi pedes fecit. Sicut pc̃ã fuere publica, ita iustitia, ac pœnitentia publica est. Punit oculos,dũ lachrimas fundit,os punit, deosculans Christi pedes, pectus illud percutiens, vnguenta illa effundẽs. Insigne iustitiæ ensis est,& statera. Ensem Magdalena manu tenuit,cum se puniuit,cum superflua resecat uniuersa, ve- B
rè mulier fortis. De forti muliere dr̃: Manum suam misit ad fortia,& digiti eius Pro. 31
apprehenderunt fusum. Sed Maria non fusum, sed ensem tenuit, ut sacrificaret Mat. 5
sacrificiũ iustitiæ,efficeretq; illud, si oculus tuus scãdalizat te,erue eũ, & proijce, abs te,si manus tua scãdalizat te, abscin de eam,quib. verbis significat dñs,resecãdam oẽm peccati occasionem, licet dolore afficiamur. Quia bonum est tibi,debilem introire in uitam,q̃ duas manus habentem mitti in Gehennam. Melius est, gloriã consequi sine his delitijs q̃ illis ha- Greg. i
bitis in infernum trudi. Gregorius ait, ho. 33.
quot fuerũt Mariæ delitiæ,tot de se obtulit sacrificia. Sicut autem gladium sumpsit,sic,& staterã, quæ iustitiæ ĩsigne est. Optima.n.mensura usa fuit, si peccauit, doluit,si nimiũ peccauit,nimium pœnituit:nimiũ uanitatẽ sæculi dilexit, nunc dilexit multũ Deũ. Vidit in lãce una peccata sua,quæ eã vsq; ad inferos deprimebat,posuit in altera lance tot lachrimas, tantam dilectionẽ,ut remissa sint ei pec- C
cata multa,qm̃ dilexit multũ. Maximũ sane peccati onus est,ꝙ nos ad ĩfernũ deprimit. Audi Psaltẽ hoc onus sentientẽ, qm̃ iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ,& sicut on⁹ graue grauatæ sunt super me. Si peccati onus nosse cupis,attende Christum gigantem,qui hoc onus tolle͂ guttas sudauit sanguinis,& ad terrã illũ deiecit,& tibi leue, ac facile apparet peccatũ. Facile admittis, quod Chro

Domino

A Domino adeo graue fuit. Nullius pōderis tibi peccatum apparet, & ideo leui, aut nulla pœnitentia puras tibi ignoscendum. Certè stateram manu non tenes, sicut Maria, de qua Gregorius ait. Considerauit namq; quid fecit, & noluit moderari, quod faceret.

Pro. 31 Sed iam illius fortitudinem attendamus. Mulierem fortem quis inueniet? Certe inuenta est, en Magdalenam, quæ accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum, & fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit i die Cant. 8 nouissimo. Nec mirandum, si fortissima fuerit, quæ dilexit multum, quia fortis Pro. 28 est vt mors dilectio, & ideo quæ dilexit multum, fortissima est. Insigne fortitudinis leo est. Hinc Sap. iustus quasi leo B cōfidens, absque terrore erit. Verè sicut leo ad nullius pauebit occursum, ita iustus fortis est, nec timet murmurantes, aut oblatrantes. Id autem Magdalena præstat, cū è domo egreditur diuerso ad modum habitu, ad Christum venit, Pharisæum detractorem non timet, nunc ēt Iudam murmurantem de vnguenti effusione non curat. At contra fugit impi⁹ Pro. 28 nemine persequente, ut Sapiēs ait. Multa bona opera relinquis hominum timore, etiam cum nullus te persequitur. Putas oblatrandum tibi, si ad sacramenta frequenter accedas, si iniuriam condones, si moderate, ac parce viuas, nec id ita se habet, nec vllus oblatraret tibi, sed fugis nemine insequente, quia potius te laudarent omnes, ac magni ducerent, si ea faceres, sed ibi trepidauerunt timore Psa. 13 ubi nō erat timor, ut Psa. ait. Quod si dif C ficile, quid esset, ac timendum, an nō uir fortis illud vincere deberet? Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Ita Maria fecit, nihil timuit prae Pro. 30 ter Deum, reliqua conculcauit. Sed quid mirùm, cum innixa fuerit columnæ firmæ, Christo, & eius pedibus. Columna insigne etiam fortitudinis est, Christus autem columna illa est, de qua Hier. ait: Hier. 1 Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnā ferream. Huic Mat. 7. columnæ adhæsit Maria, & sic comparabitur viro ædificanti domum suam sup firmam petram, & venerunt flumina, & A flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super firmam petram. Non sic qui super arenam fundati sunt, qui timi es sunt arundini, quæ vento captatur, ita enim virtuti incumbunt, iam facili orta tentatione illam deserunt.

Sed iam ultimum lapillum Magdalenæ attendamus, temperantiam scilicet. Huius in fine est mensura, ac regula, quæ cuncta in ordinem redigat. Hanc regulam, ac mensuram Maria habuit cum, Christum sibi in regulam sumpsit, & ei⁹ legem. De qua mensura scriptum est, in Es. in mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit iudicabit eam. Sicut una Esa. 27 solet esse in republica mensura certa, p quam iudicantur reliquæ mensuræ, an B iustę sint, ita Christus Dominus mensura est omnium nostrum, sicut exemplar & per illum iudicandi sumus, an ei conformes fuerimus. Contra falsas mundi mensuras Christus vera mensura consurget, Magdalena Christo commensurata fuit, & sic oīa in pondere, ac mensura præstitit, ēt ipsum amorem, cum dilexit multum, & cum mensum excessisse uidetur, mensuram seruauit, quia mod⁹ dilectionis est sine modo diligere, mensura illius est sine mensura esse, vt Aug. & Bern. dicunt. Et qui hanc in dilectione mensuram seruat, in reliquis omnib. mensuram retinet, in vestitu, victu, domusq; cultu, qui hac caret, in reliquis excedit. Mirum profecto, quod excessus amoris modum, ac mensuram in reliqs ponat, si vero amor sit minor, quam debet, excessus cōtinuo in reliquis est. C Vnxit primum Magdalena Christi pe- Mar. 14 des, sed postea fracto vase, ut Marcus Ps. 132 ait, effudit unguentum in Christi caput, vnde per vniuersas uestes descēdit, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, & vsque ad oram vestimenti. Recte vero tanta unctio Christo exhibetur, qui sacerdos, & rex, & Christus est, idest, unctus. In Exo. præcipiebatur, non solum sacerdotem inungi, sed, Ex. 29. & illius vestimenta, ita ergo vnctus est & 30. Christus. Quo nobis innuitur, non solū

A a nobis præſtanda charitatis De opera, ſed,& charitatis proximi. Iuſtos ueſtes Chriſti Eſa.dicit,hi inunguntur, cũ miſericordiæ opera in pauperes exercentur. Murmurat Iudas cupiditate ductus pecuniarum. (Vt quid perditio iſta) Sed o Iuda, ſanguinem vniuerſum pro nobis effundit Chriſtus, nec perditionem factam credit, & perditionem tu dices, ſi vnguentum fundatur eius cauſa? Vngantur o Domine pedes tui, qui per viã ſalutis noſtræ incedunt,& ſtatim clauis configendi ſunt. Vngatur nunc caput cito ſpinis coronandum, ungatur corpus ſtatim vulneribus dilacerandum, vngãtur veſtes ſtatim dilacerandæ. Perditio nulla eſt,cum hominis diuitiæ, cum &
B ipſimet homines,& eorũ ſanguis effunditur Dei cauſa,digna effuſio hæc eſt,& ideo dicenda perditio non eſt. Illa plane dicenda eſt perditio,cum in his, q̃ mundi ſunt,noſtra effundimus,& ad illa pro fucto largos nos,ac magnificos oſtendi-
Ex.32. mus. Petijt Aaron monilia, & inaures ad vitulos efficiendos,& nihil cunctantur Iſraelitæ. Exigit a nobis plura mundus,ut ea in ludis, ac vanitatibus inſumamus,ea libenter tribuimus, nec perditionẽ dicimus,cum perditio ſit. Si uero Dei cauſa aliqua damus, ſtatis mundus ait,vt quid perditio iſta? Audi Sapientẽ.
Prou.3 Noli prohibere benefacere eum,qui poteſt,ſed ſi vales,& ipſe benefac. Noli ob latrare,iuſto, ſed potius uerbis eum adhortare in bonum,&c.

Feria tertia, vel quarta hebdomadę maioris, de iuſto latrone. C

Vide concionem integram in Quarto Tomo noſtrarum concionum, in concione ſecunda, tractatus de ſeptẽ vberis Domini.

In Cœna Domini. A

Them. Sciens Ieſus,quia uenit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos,qui erant in mundo,in finem dilexit eos.&c. Ioan.13.

VEſtigium aliquod diuinarum rerũ etiam inter ethnicos fuit, quod a uiris ſanctis acceperunt. Hinc Plato multa dixit,propter quę diuini nomen eſt aſſecutus. Et inter alia in cõuiuio de amore ait,duplicem eſſe amorem, alterum e terra,quem fugere debemus,alterum ex cęlo,quem omnis homo ſibi curare, ac acquirere debet. Et ideo antiqui duos pingebant amores,terrenum,& ſtudioſum,dicebantq; hunc ſuperare illum,ac ligare,& ſicut clauus clauo truditur, ita amor noxius amore ſtudioſo pellitur. B Ad hoc aũt Xp̃s in mundum uenit, ut amorem Dei in terra ſtatueret. Ideo ait, Luc.12 ignem ueni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur. Et ideo Spiritũ ſanctum in igne miſit,& ignis a facie eius exarſit,quo carbones ſuccenſi ſunt. Quia uero magnus amoris amor, ut eũ Pſa.17 incenderet in nobis amorem, ſuum in nos oſtendere voluit omnib. uijs. Et qui i uita ſua id egerat, morti proximus idẽ agit, maiora dilectionis ſigna oſtẽdens. Et hoc eſt,quod Ioannes ait. (In finem dilexit eos.) Ideſt,in dilectionis ſignis vſque ad mortem durauit,& tunc maiora dilectionis ſigna dedit. In amore quidẽ creſcere non potuit, quia a conceptione immenſus ei datus amor eſt,qui quo creſceret,non habuit. Introducta eſt anima C Cant.2 illa in cellam uinariam, & ordinauit in ea Deus charitatem. Vel ut alia habet litera,poſuit in ea uexillum charitatis,qa omnino ab amore poſſeſſa fuit. Et ideo, qua dilectione pro nobis crucem aſcendit, reliqua uitæ opera peregit. Fuit amor hic immenſus & ſupereminet omni ſcientiæ,ut Paulus ait. Sed ſigna huius dilectionis creuerunt,& nunc in finẽ Eph.3. dilexit,cum duo ſuprema dilectionis ſigna exhibuit, Euchariſtiam,ſ.& mortẽ.

Quia

A Quia autẽ amor præcipue desiderat,
se manifestare, ideo maximo desiderio
hunc diem desiderauit. Sicut ipse ait, De
siderio desideraui, hoc pascha manduca
re vobiscum. Alijs annis celebrauerat
Ma.26 phasa,& agnum cum discipulis comede
rat,sed non de illis,sed de hoc ait, deside
Ps.67. rio a se desideratum, quia nunc summã
1. Par. ostendit dilectionem. Nunc parauit in
11. dulcedine sua pauperi Deus. Hodie ope
3.Reg. rarijs suis cibaria parat, melius q̃ Salo
19. mon,qui ait,operarijs do cibaria tritici.
Hodie triticum prouidit ecclesiæ suæ,ne
deficiat in via. Et qui olim Eliæ cibũ mi
sit subcinericium panem,dicẽs,surge co
B mede,grandis tibi restat uia,nunc Eccle
siæ suæ alium mittit panẽ excellentiorẽ,
igne amoris decoctum,dicens,surge,co
mede,grandis vbi restat via. Impleturq;
bñdictio illa Leuitici, quæ hunc specta
Le.26. bat diẽ. Comedetis vetustissima veterũ,
& vetera nouis superuenientib. proijcie
tis. Sed quo pacto comeduntur uetustis
sima veterum,si vetera proijciũtur? Hęc
.n.pugnare inter se vñr. Sane ænigma
hoc in hoc diuinissimo Eucharistię sacro
impletur, quo uero pacto id fiat, attẽde.

Vetustissimum omnium sacrificiorũ,
quæ comedebantur,fuit panis, & vinũ,
quæ protulit Melchisedec sacerdos Dei
Ge.14. Abrahæ, ut dicitur in Gen. In lege ergo
Euangelica habemus Christum sacerdo
tem secundum ordinem Melchisedech,
Ps.109 ut Psal.ait,q nobis profert panem,& vi
C nũ,i.corpus, & sanguinẽ suũ sub specie
bꝰ panis,& uini, & hoc est vetustissimũ
ueterũ. Et hoc superueniente vetustissi
mo,qđ simul est nouũ,vetera proijciun
tur.i.omnia legis antiquæ sacrificia,et sa
cramenta, quæ nunc finem acceperunt.

Hoc autem sacramento,dato immẽsũ
in nobis ostẽdit amorẽ. Comedit primũ
agnum, paschalẽ, quę cœna erat veteris
testamenti. Qua perfecta,pedes lauit di
scipulorum,ac sedẽs,iterum instituit Eu
charistiã,q̃ discipulis dedit. Ecce homo,
Lu.14. qui fecit cœnam magnam. Solet aliqñ cę
na magna in sabbatho parari, q̃ durat,
Simile vsque ad media noctẽ, & vsque ad id tẽ
pus cibaria proponuntur ex piscib. ac a
lijs cibis,quæ sabbatho comedi possunt,
Sed post mediam noctem incipiẽte iã A
dominica die escæ carniũ proponunt, &
maxima cena fit, quasi duplex cena. Ita
omnino Christus proposuit suis primũ
cenam ueteris legis in agno, sed cum
iam dies gratiæ illucesceret, proponit
cibum alterum corporis sui, vere ma
gnã proposuit cœnã. Et propter illa sum
mo desiderio desiderauerat diem hunc.

Prius uero,quam hanc cœnam propo
neret,ut ostendat puritatem,qua ad eam
accedendũ est,lauat pedes discipulorum
Ait ergo Ioannes. (Et cena facta) Idest,
perfecta priori cena agni. (Cum diabo
lus iam misisset in cor, vt traderet eum
Iudas Simonis Iscariotis,surgit a cena, B
& ponit uestimenta sua,& cum accepis
set lintheum præcinxit,&c.)

Multa hic aduertenda sunt. Primum,
quo pacto diabolus mittere possit in ho
minis cor,non quidem,qđ intime in cor
operetur, Deus.n.solus intime illabitur
animæ,sed quia in sensibus, & imagina
tione hominis semen malũ, ponit vnde
ad cor peruenire venenũ solet. Sicut Ia Ge.30.
cob proposuit ouibus in canalib. decor
ticatas,ac uarias virga, ex quo factũ est,
vt varios cõciperẽt fœtus. Ita dæmon va
ria præponit in hoiem imaginatione, ac
inania,ex quib. pctã procedere solẽt.ma
culati fœtus aiæ, hoc pacto mittit in cor
Iudæ,& omnium peccatorum. Claude
ergo ostium cordis,& securus eris.

Secundum in his uerbis expendendũ
est,agere nunc Christum, id quod olim C
Romani,qui intendentes aliquod publi
cum munus obtinere, veste propria re
iecta,uestem albam sumebant,& hac ra
tione cãdidati dicebantur, quia candida
ueste induebantur. Simul etiam officia
plurima humanitatis,ac humilitatis ex
hibebãt signa ijs,quia ius suffragij habe
bant,ut sic ipsi ad amplissimum dignita
tis gradum assumerentur. Attende nũc
Iesum uestes suas deponentem, & lin
theo se induentem albo, & ad pedes se
natus Apostolici humiliatum, an nõ cã
didatum agere uidetur? Sed quod nã of
ficium,quam dignitatem ambit humilis
corde,qui fugit, cum post conuiuium in
monte exhibitum, uoluit eum populus

A rapere,& regem constituere? Audi munus,quod assequi intēdit. (Misit aquam
Ioan.6 in pleuim, & cœpit lauare pedes discipulorū.Immundi eramus oēs nos,nemo mūdus a sorde,nec infans vnius diei, ab
luere nos uult,& qui est splendor gloriæ,
Heb.1 & figura substantiæ pr̄is uenit, ut purgationē faceret delictorū,ut mundaret sibi populū acceptabilē, hoc lotoris officium ambit, & intēdit exequi,hoc est.n.saluatorem esse. Crastina die coram hoīb.hoc munus assumet in monte Caluario, ef-
Apo.1. fundetq. sanguinem, quo nos lauet, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo.Nunc seipsum in secretiori loco ad id muneris parat, & ut Hi-
B spane dr̄,(se en saya e impone.) Hoc est regnum,q̄ nūc X p̄s ambit, de quo dixerat Dauid,dicite in nationibus,quia dn̄s
Ps. 95. regnabit a ligno. Mirabile profectò regnū,cuius tronus crux est,sceptrū arundo,corona spinea,mensa fel,& acetū,populi acclamatio, crucifige, crucifige eū. Tale ne regnū,tale mun⁹ ambis,ò dn̄e?

Sed qm̄ effectus huius redemptionis in nobis ipsis requirit hominis uoluntatem,qui se ablui permittat,ideo singulis annis hoc nobis proponitur, ut uelimus ablui, ut suffragia nr̄a ei demus in hoc cōsequendum munus. Dilexit vos ille in finem,& multi sunt, qui eum odiunt in finē,qui peccare non desistunt,qui ablui
Eze.4. nolunt. De quibus Ezechiel ait,immunditia tua execrabilis, quia mūdare te uolui,& non es mundata a sordib.tuis. Si-
C cut ergo semel ad Apostolorum pedes se deiecit, ut eos lauaret,ita singulis annis huius facti memoria celebrat,quia nunc spūaliter ad oēs accedit pc̄tores, & corā eis prosternitur, ac obsecrat,ut lauari se permittāt a peccatis, & induit se alba tunica,& ad ostiū stat, & plorat ut suffragium nostrum ei demus,ut in regem eū
Lu 19 suscipiamus. Et nihilominus multi sunt, qui dn̄t, nolumus hunc regnare super nos,ut o im dixere quidam:sed regnet libido,auaritia,ac dæmon,& nec restituere ablata nolunt, aut prauam relinquere consuetudinē,sed in pc̄tō obdurati sunt.

Si horum expressam effigiē oculis tuis obijcī desideras,attende Iudam,in cuius cor diabolus misit, vt Iesum proderet. A
Attende adinuentiones innumeras, quibus eius uoluntatem lenire curauit Iesus, semitas plures,per quas hanc perditam ouem quæsiuit. Aliquando cum respiciebat beneuolis oculis,ac dulcissimis quibus respiciens Petrum fleuit amare. & Matthæum omnia relinquere fecit,& piscatores uidens omnia reliquerunt. Mōtes sicut cera fluxerunt a facie domini,ut ait Ps. sed durior saxos est Iudas, Ps. 96.
qui sæpius respectus a Christo, nihilo melior redditus est. Et ideo aliam uiam arripit Christus,aliud medium tentat efficacius. Et aperiens os suum exclamat M.22.
summa compassione,væ homini illi,per quem filius hominis tradetur, melius erat ei,si natus non fuisset. Et cum hæc di B
xisset,turbatus est, & sospirium emisit, quo non corda Apostolorum solum, uerum,& clemētia tremuerūt,solus Iudas non timuit, sed inuerecunde ait,nunqd ego sum Rabbi? Ita sane peccatori accidere solet,quē oculus Dei respicit in bono,& plura bona temporalia ei cōcedit, vt uideat se a Deo respici dulciter,& beneficijs trahitur, sed ille non curat. Et ideo Deus minus terribiles ei proponit per concionatores,quibus ait, væ homini peccatori melius fuisset ei, si natus nō esset, manet enim illum mors peccatorum pessima, & mors secunda in inferno perpetuis cruciatibus. Timet his auditis, ac pauet iustus, timent religiosi, & non trepidat peccator durus, sed ait, nunquid propter me hæc dicta sunt? Sed C
te obsecro, propter quem alium dici possunt nisi propter te? Si multi damnantur cur non tu?

Nec ista solum molitus est Christus, vt Iudam ad se traheret,sed ut castellum cordis eius expugnet, alia miranda efficit. Indutus lineo linteo tanquam candidatus ad eum accedat,et eum ad se trahat,& suffragium suum ei præstet. Coram eo genibus flexis procumbit, pedes illius manibus contrectat,aqua lauat,& lachrymis etiam,ostendens fundendum sanguinem ab eo, ut animam illius abluat,dicitque quis mihi det, ut ego moriar pro te, vt quid me perdere vis?

liben-

A libenter ego uitam pro te fundã, tñ eo abluite permitte. Deinde lotis pedib. ut illos tergat, super cor suũ ponit, & cũ aĩa eius propinquante iã morte turbata, eẽt, cor velocius mouebat, & pedes Iudę pulsabat. Mirũ ꝑfecto Xp̃i artificium, & cor suum efficit Xp̃s, qu. si lapidem bõbardæ, vt pcutiat, ac deijciat. Iudã, simul que ferreum annulum, quo pulsat ad ianuã eius, dicẽs, aperi mihi soror mea. Vi

Esa. 15 de an hoc sit illud Es. cor meũ ad Moab clamauit, vectes eius vsq; ad Segor vitulã cõsternentẽ. Nunc Xp̃i cor ad Iudam clamat, & vectis efficit, ut pulset, nec tñ auditur. Intus erat fortis armatus custo

B diens atriũ suũ, diabolus miserate ĩ cor eius, & illud penetrauerat, & iõ in nihilo mouetur. Hoc ipsum nunc cũ pctõre agit. Repræsentat. n. (vt sic loqui liceat) Ecclesia tibi nunc Christum genib. flexis deprecantem, ut ei ianuas cordis aperias, vt eum tanq̃ saluatorem suscipias, hoc petit gemitibus, lacrymis, cordeque turbato, & adhuc tu dur⁹ eris? Obsecro, nõne miserũ hoc est spectaculũ, & ꝙ lachrymis defleat, diabolus in corde Iudæ tanq̃ rex, dilectus, honoratus, & cultus, & Xp̃s ad Iudæ pedes calcatus, despect⁹ & nihili habitus, quasi vilis seruus? An non hoc stupendum sacrilegium? Sed quid obsecro dissimile perpetras, cũ in peccato persistis? An non dæmonem in corde retines tanquam regem, & illius leges custodis. Christum aũt despicis, ac

Heb. 10 conculcas? An non id Paulus loquitur.

C cum ait, quanto magis qui filium Dei cõculcauerit, sanguinem testamenti pollu

Ioã. 19 tum duxerit? Audi dicentes; Non habemus regem nisi Cæsarem, ergo cũ Christus candidatus esset, Cæsari suffragia tribuunt non Christo, imo & Barrabæ ipsi aduersus Chr̃m. Sic tu perpetras scelus, cum legem Christi despicis, & legem diaboli seruas, diabolum. n. in regẽ sumis, & Chr̃m deijcis. Sed diuersorum regũ audi iura diuersa, vt scias, quem eligere in regẽ debeas. Sane ius regis, q regnaturus est super uos hoc erit, ait Samuel, filios uestros tollet, & ponet ĩ cur-

1. Re. 8 rib. suis, filias vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas, agros quoque vestros, vines, & olivueta optima

A tollet. Reges terrę oĩa tollunt a subditis, Rex dęmon sir̃. oĩa bona aufert, at Rex Xp̃s, nihil boni aufert, sed vt nunc facto ostendit, oĩa bona donat, & mala duntaxat tollit, maculas, s. pedum. Quid ergo ò homo Deus tuus petit a te, nisi ut peccata dimittas, quæ maculæ sunt, ut ei adhæreas, vt bona illius suscipias? & hũc non suscipies regem? huic suffragiũ negabis? Quid cum Iuda actum sit audiuimus, iam ad Simonem Petrũ veniam⁹. (Venit ergo ad Simonem Petrum.) Cũ ergo ad pedes suos uidit Petrus Iesum, exhorruit tantam humilitatem, confide

B rauit. n. qd Xp̃s, & qd Petrus esset, & eodem aĩo, quo Ioannes detrectauit eũ baptizare dixit. (Tu dñe mihi lauas pedes. In quib. verbis magna est emphasis in pro nominib. illis, tu, & mihi, quam cogitanda potius vult Aug. quã exprimendã. Quid es (inquit) tu, quid est mihi? cogitãda sunt potius quã dicenda, ne forte qd ex his uerbis aliquatenus quidẽ concipit aĩa, non explicet lingua. Et ẽt emphasis est ĩ illo noĩe, pedes, quod explicat Theophil. tu lauas meos pedes manib. illis, q̃bus oculos cæcorum illuminasti, quibus leprosos curasti, quib. mortuos suscitasti, meos, non oculos, aut manus, sed pedes sordidos, infirmosq; lauas? Ad quẽ Xp̃s. (Quod ego facio, tu nescis modo scies aũt postea.) Scilicet, q̃n audieris, exẽplum meũ dedi uobis, vel cum aduenıente diuino spiritu agnouit, necessita-

C tem exemplorum Christi.

Et Petrus. (Nõ lauabis mihi pedes in æternum.) Cyprianus in sermone de lotione pedũ ait. Pauẽt alii discipuli, & quasi exstasis tenet eos, sed Petrus, q ei dedit testimoniũ, ꝙ filius Dei esset, videns corã se genuflexũ, non sustinet, sed ait, nos adorare debemus locum, in quo steterũt pedes tui, nos indigni sumus, qui corãm te genuflexi stemus. Hoc in muliere peccatrice aliq̃n passus es, & Simoni visum est, nimiam a te præstari humanitatem, cũ te putaret solũ prophetã eẽ, & cũ illa tanta deuotione uenitet, ut capillos fecerit linteum, oculos suos peluim, lachrymas uero aquam, & animam in sa-

A & vos faciatis. Vt ergo huius academiæ honoribus affici possis, munditiam cordis,& affectuum habere cura. Cũ enim examen publicum habendum fuerit, nõ interrogaberis, quanta nosti naturalia, aut curiosa,sed qualia feceris opera,quo modo cor mũdaueris. Hinc Paulus. Imi
Phil. 3. tatores Dei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Illud, obseruate eos, idẽ est,ac si dicat,illis gradum, ac dignitatẽ date,illos magni ducite, non qui multa sciunt,sed q perfecti sunt: Hãc scholam
Col. 1. plantauit in terra Christus, ideo Paulus ait, & vos cũ essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis,nunc autẽ reconciliati in corpore carnis eius
B per mortem exhibere uos sanctos, & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso. Maxima profecto munditia exigitur,cum irreprehensibiles, nos coram Deo exhiberi oporteat,coram hominibus enim facilius est hominem irreprehensibilem esse,at coram Deo, maximum quid est, vt ergo talis lauari te permitte.

Petrus etiã illis verbis.(Non lauabis, &c.)Refert in se viros aliquos probos q dẽ,sed proteruos,& suo iudicio nimium fidentes,qui mordi.us suam tenent sententiam, quam sub bona specie concepe
1. Par. 12. runt, quod nõ eis cedet in bonum. Hoc defectu laborauit Dauid, qui dissuaderi
C non potuit a dinumeratione populi, &
2. Par. 31. Iosias,q retrahi non potuit a bello cõtra regẽ Aegypti, propter quod in eo occubuit. Hinc Sapiẽs,est via,q videt homini iusta,& nouissima eius ducũt ad mortẽ. Ne ergo innitaris prudentiæ tuæ, sed ab luite pmitte cũ Petro, & cũ eo dic.(Dñe non tantum pedes, &c.) Territus.n.est tanta comminatione, & ideo permittit se lauari,plus quam uelit Christus. Hæc verba secundum obedientiã dixit secundum nomen suum,nam Simon interpretatur obediens,& ut id significaret Ioannes,cum prius dixerit.(Dicit ei Petrus.) Nunc ait:(Dicit illi Simon Petrus:)Dura est amanti mentio diuortij,& ideo,vt
Chry. Chry.ait,Petrus in recusãdo uehemẽs, i permittẽdo uehemẽtior extitit,utrũq; ue ro ex amore,& humilitate dixit. Q... factum Petri nobis est insigne,ut p humilitatem nos diuina dignatione indignos censeamus, & tamen per obedientiam auide Dei dona,quę ipse in saluẽ nostrã parauit,amplexemur. Dat ille nobis corpus in cibũ,reputemus nos eo indignos, at quoniam ipsi placuit, ut eum recipiamus, dixitque nisi manducaueritis carnem filij, hominis,non habebitis uitam in uobis sicut nunc dixit, si non lauero Ioan. 6
te,nõ habebis partẽ mecum, oportet,nõ recedere a commun... p humilitatẽ, qua nimium deprimam..., sed per obedientiam,& Christi amorem, ac salutis desiderium cupidè accedamus. Simile factum præstitit nunc Petrus, ac olim B
Dauid, qui primo recusauit arcam Dei in suam ducere domum præ humilitate, 2. Re. 6
ac timore,sed postea amore, ac spe in domum suam duxit. Sicut ergo percusso Oza,non audet Dauid, arcam in domũ ducere,ne forte aliqua exhibita irreuerẽtia ipse percutiatur, postea vero audiens benedictum Obededon pr pter arcam, eam in domum duxit. Ita quidam audiẽtes,eum, qui indigne accedit ad Eucharistiam,iudicium sibi manducare,recedũt omnino, alij audientes illius innumera bona, frequentius uellent accedere, quã par sit. Tamen in his medium hoc adhibendum est,ut humiliter, ac deuote accedas,& frequenter. C

Lauit ergo pedes Petri, & omniũ discipulorum.)O charitatis,& humilitatis pelagus inexhaustũ. Ad hoc spectaculũ omnis adsit creatura. Relinquant cœli, & stellæ motus suos,flumina cursus, & aĩalia opera sua. Et uos ò Cherubini, & Seraphini clamate nunc, sanctus, sanctus,sanctus, ne mundus authorẽ suum ignoret,uidens eũ in forma seruili,ueste 2. Reg. 25.
seruili, ministerio seruili. Quasi maximũ dixit Abigail, ecce famula tua, sit in ancillã,ut lauet pedes seruorũ dñi mei. Nũc aũt Deus ipse abluit seruorũ suorũ pedes. Maximũ fuit quod mulier. Ecclesiam significans, lunam sub pedibus habeat,sed nunc sol ipse sub pedibus est hominum. Quasi summum,maximumque Ap. 12
beneficiũ sponsa reputat illud, leua eius Can. 2

A sua capite meo, & dextera eius amplexabitur me, sed nunc ecce sub pedibus vtraque est manus sponsi. Admiratur
Psal. 5. Psaltes hominis dignitatem, cum ait.
Ge. 18. & 19. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, &c. sed ecce manus Dei sub pedibus hominum sunt. Legimus de Abraham, & Loth, quod hospitibus lauari pedes præceperint, si ergo lauari vis discipulorum pedes, satis Domine erit, si Angelo præcipias, ut illud præstet obsequium, sed non id Christus intendit, sed potius exemplo suo charitatem, ac humilitatem docere. O humilitas inaudita, Christus ad Iudæ pedes prouolutus. Reus ad iudicis pedes solet prouolui peccator ad confessarij pedes, iniuriam inferens ad pedes læsi. Semei ad pedes
B Dauidis, sed nunc Christus ad pedes Iudę prouoluitur. Ecce Deum ad pedes diaboli, nam, vt ipse dixit, unus ex uobis diabolus est. O Iuda hominum ingratissime, hunc agnum vendis? tanta mansuetudine, ac humilitate non emolliris? prouoluere ad eius pedes, veniam pete, & lauabit te interius, sicut exterius. O miser peccator, quoties tecum egit Christus, qd cum Iuda? quoties ad te abluendum se parauit? quoties pacem ipse læsus tibi offert? quoties te inuitat ad veniam? Noli ergo iam obdurare cor, obsecra mus pro Xpo, reconciliamini Deo. Sicut quondã in paradiso ambulabat Deus, ac clamabat, Adam vbi es? ita in ecclesię paradiso
C nunc deambulabat, dum aguntur myste-
Gen. 3 ria verbi incarnati, uocatq; peccatorem, vt ad se veniat, sed nunc maxime, summa ostensa Charitate. Ne ergo sicut Adam fugias à Deo, noli abscondi inter condensas arbores, inter mundi delicias, sed potius supplex acce, &c.

A

Passio Domini nostri Iesu Christi.

The. Vidimus eum, & non erat aspectu, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & cæt. Esa. 53.

IN Christi domini passione oĩs creatura luctuosis vestibus induta fuit, & insensibilia sensum, ac dolorem ostenderũt, ac petrę ipsę scissę sunt, & velum disruptum. Et Beata Brigita in libro reuela- Brigita.
tionum memorię prodidit ipsi reuelatũ, quod hora mortis Christi omnium hominum corda subitus dolor inuasit, ut B
nullus esset in mundo, qui tunc uehementer nõ doleret, licet doloris causam ignoraret. Sicut cum caput dolet, omnia membra contabescunt. Nec mirum, cum et insensibilia suo modo dolerent. Nos ergo dolere oportet. Sed satis non est, si doleamus, nisi sapienter ploremus. Vnde Hie- Hier. 9
re. ait: contemplamini, & uocate lamentatrices, ut ueniant, & ad eas, quę sapientes sunt mittite, & properent, assumant super nos lamentum, deducant oculi nostri lachrymas, quia uox lamentationis audita est de Sion. Sapientes uocat ad lamentationem, quia ut fructuose lugeamus Christi mortem, sapientia opus est, & doceri nos oportet quo ploremus. 2. C
Re. 6. Planxit Dauid planctum huiuscemodi super Saul, & Ionatham, & præcepit, ut docerent filios Iuda planctum. Et ait: considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Si aliquando opus est edoceri homines, quomodo plorent, nunc maxime, cum Christi passio deploranda est. Non enim sine causa in lege pręcipitur, os non comminuetis ex eo, per iuncturas ergo diuidendus erat, quia scienter, & cum dexteritate est eius passio meditanda, ac plorãda. Quidam enim Christi passionem lugent quasi passionem martyris innocẽtis, nec aliud considerant, hi certe agnum nõ diuidunt per iuncturas, ut dicit Lactantius Lact.
lib. 4.

A lib.4.diuinarum institutionum.c.18. Si ergo scienter Xpi passioné plorare vis, si agnũ diuidere per iuncturas,attende, Deum esse,qui patitur,& cui causa pati, amore infinito, ut tua debita persoluat, & pœnã luat. Quo dolore afficereris si videres patrem tuum furca suspendi pro furtis tuis? Hunc planctum Spiritus sanctus docet,ut ait Zacgarias effundam su

Zac.14 per domũ Dauid,& super habitantes Ierusalem spiritum gratiæ,& precum, & aspiciét ad me,quem confixerunt,& plãgent super me quasi super vnigenitum. Sapiens fuit ad plangendũ Maria,& magna fuit uelut mare cõtritio eius, hodie fuit velut rupes in medio mari fluctib. vndique percussa,cũ.n.filius dicat, om-

Psa.87 nes fluctus tuos induxisti super me,sine

B dubio etiam inducti sunt super Mariã, quæ erat iuxta crucem Iesu. Quæ vero adeo misericors erat,ut de inimici crudelissimi morte doleret quomodo,obsecro,de filii morte doluit? Ad eam, accedamus,ut nos plorare doceat, salutantes. Aue Maria.

Dolor,ac flet⁹ de alieno malo ex duobus prouenit, ex amore quo diligimus eũ,q malis premitur, & ex magnitudine mali,ac dolorũ ipsis, vtcunque nunc consideremus. De amore nostro, quem Xpo Domino debemus, illud breuiter dicam,nullum esse titulũ nullam cãm dilectionis maximę, quæ in Xpo non sit.

Simile Cum homine.n. Deus se habuit, ac dux strenuus,q ut ciuitaté expugnet ac obtineat,arcé illius primum impetit,& in illam vniuersa tormenta bellica iacit, qa ea expugnata,ciuitas omnino sese tradere debet nullo resistéte. Ita intendit De⁹

C hominem sibi subijcere,eumque lucrari tanta contentione,ac si inde eius gloria penderet. Cum autem nouerit illius arcé cor esse,quo obtento reliqua obtenta

Psa.44 sunt, in cor hois uniuersas iecit machinas,vt ad se illud traheret. Hinc Psaltes: Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis, quasi dicat sagittas tuas acutas dirigis in corda,ut populi sub te cadant. Quia ergo cor a bonitate, ac pulchritudine trahit, õdit bonitaté,& pulchritudiné infinitã. Quia amor,ac bñficia effera corda emolliunt,ac lapides post se trahũt,infinitũ in hoíes õndit amoré,& bñficia contulit absq; numero,& immensa, de qb.

p Oseam ait. In funiculis Adam trahã eos,in uinculis charitatis. Quia sĩtudo est cã amoris,cũ ei essemus sĩles aĩa,quę est eius imago factus hõ assimilatus ét corpori est,& sic debuit per omnia fratribus assimilari,ut undique similé, vndique diligamus. Quia bonũ totius plus diligitur a parte,q̃ bonũ ipsius, õndit se vr̃e bonũ esse,quod adeo ab omni creatura naturali inclinatione plus dirigitur quam se ipsam diligat. Quia naturalis est dilectio in patrem,ac matrem, patré se,ac matrem exhibuit, & patré cui nullus ualet conferri pr̃ & matré, q̃ non ob liuiscatur filiĩ. Quia super hunc amoré ést amor sponsæ in sponsam, cum esset Deus infinitæ maiestatis desponsari aĩę uoluit,vt cũ uehementius diligeret, q il le attendens eius amore liquescit,ut patet in uniuerso Canticorum libro. Et demum in mundũ veniens factus est nobis oĩa,frater,rex,pastor,medicus,redéptor,dux,legifer,cibus,ut oĩ ex parte cor expugnaret. Vñ ait. Igné ueni mittere in terram,& quid uolo,nisi ut accendatur. Luc 12 Si obstinationé tolleres a corde dęmonis,uictus esset tot beneficijs, vt Deum diligeret. Vñ iure Christo dicere possumus,quod Dauid Ionathæ: Doleo super te frater mi Ionatha decorus nimis, & 2.Re.1 amabilis super amorem mulierum,quia nullus est dilectionis titulus,qui in Deo non sit summus. Et ideo ĩ morte ipsius dolendum nobis est quasi in morte patris, matris,sponsi,& denique dilectissimi.

Sed iã sm uideamus,quanta uidelicet C eius passio sit,q̃ acerbi dolores. Interrogat D.Th.3.p.q.49.ar.6. An Xpi dolor D.Th. fuerit summus. Et r̃ndes, fuisse summũ inter dolores huius uitæ. Et iõ in persona eius dictũ est, o uos oẽs qui transitis per uiã,attédite,& uidete, si est dolor sicut dolor meus. Hinc in uerbis initio cõcionis ppositis uocat illũ Esaias virũ Thra. dolorum. Mirum profecto nomen uir dolorum. Multos multa passos audiuimus,sed nullũ agnouimus,aut legimus

virum

Osee.11 (margin)

A virum dolorum nũcupatum, solus Christus vir dolorum dr, quia acerbissimos dolores pertulit, & omni consolatione, ac leuamine destitutus. Multis vexati doloribus, ac malis sancti fuere, sed aliquo adhibito solatio, ac cordis leuamine, quo eis Deus aderat. Sic adfuit patrib. priscis, & martyribus sanctis. At vero Xpm suũ dereliquit, ut acerbissimos dolores pateretur nulla admixta consolatione nihil fuit quod eius dolorẽ leniret, ideo vir dolorum merito dictus fuit.

Sed sigillatim doloris ipsius causas expendamus, ex quib. liquido cõstabit summum illum fuisse. Prior eius cã fuit summa patris ira in Christum, qua rõne ille personã oĩum peccatorũ agebat. Pro cuius expositione notandum, cum esse pec-

B catorũ numerũ, ac grauitatem, ut maximè extollatur diuina mĩa, cũ dr, tantam eam esse, ut peccata superet: simili rõne extollamus Chri dolores, attendentes, in eo posita esse uniuersa peccata hominũ, ut de eo ultio sumeret ꝓ oĩbus illis.

Esa. 53 Sic. n. Esaias ait. Posuit in eo Deus iniqtates oĩum nrm, & attritus est ꝑ scelera nra. Non solum passus est Xps ꝓ peccatis eorũ, qui salutẽ consequuntur, sed ẽt pro uniuersis oĩum hoĩum peccatis, licet reprobi Christi satisfactione usi non

1. Io. 2. fuerint, nec sibi applicuerint. Hinc Ioannes, ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tm, sed pro totius mundi. Nunc ergo attende Dei iram aduersus peccatorem quemlibet, quæ certè magna est. Sicut. n. diuinus amor, immensa bona dilecto dare disponit, sic ira Dei meditatur dura, ac durissima aduer

C sus peccatorem. Audi loquentem, ac mi-

De. 32. nas intentantem in Deuteronomio. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Et sagittas meas complebo in eis. Finge ergo nunc, ab oĩ homine peccata auferri uniuersa, & in uno hominum reponi, qualis obsecro ira Dei in illum dæseuiret? quanta uindicta de eo sumeretur? Hoc ergo in

Esa. 53 Xpo factum ostendit Esaias, cum ait, oẽs nos quasi oues errauimus, & posuit Deꝰ in eo iniquitates omnium nostrum.

Et vltionem de eo sumpsit pro omniũ hominum sceleribus. Qualis obsecro, illa vindicta, q̃ tãtã iram erat mitigatura? A

Loquitur Natan ad Dauid, dñs quoque transtulit peccatum tuum, non morieris, uerum tñ filius, qui natus est tibi, morte morietur. Quibus verbis significatur, translatũ esse Dauidis peccatũ in filium in Christum. s. qui pro illo mortuus est. Sicut ergo Dauidis pctm ad Iesũ translatum est, ita ad eundem transferuntur furta oĩum latronum, opprobria blasphemantium, & oĩa deniq; hoĩum peccata. Et in eo illa oĩa punita sunt, in illumque omnis diuina ira deseuit. Impletumque 2. Reg. 12.

est illud Ezechielis, afflictio una ecce venit, nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem Eze. 7.

meum. Id in Christo factum est, de quo B

tanta uindicta sumpta est, ut furor Dei quieuerit, & impletus sit. Et iõ sicut pctã hoĩum plurima sunt, sup numerum arenæ maris, ita dolores Xpi absque numero, quasi gutta maris. Sicut pctã grauissima fuere, ita dolores grauissimi, modi pctõrũ uarij, sic et tormẽtorũ. Et demum sicut modus satisfactionis, q̃ a nobis exigit Paulus, est, sicut exhibuistis membra vestra seruire iniqtati ad iniquitatem, ita exhibete nunc seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Ita Xps Redẽptor, vt ꝓ pctis satisfaceret, se totum exposuit tormentis, sicut nos toti expositi fuimus delictis. Et sicut homo a planta pedis usque ad uerticẽ capitis plagis pctõrũ vulneratus fuit, Esa. 1.

ita Xps tormẽtis. Hinc D. Th. ait, noluit D. Th.

se Christum pñte sola peccata tollere, 3. p. q.

sed purissima iustitia, licet. n. ꝑ uim in- 46. a. 6

finitã diuinitatis minimum Xpi opus satis erat ad satisfaciendũ pro omni pctõ, noluit hac pñte uti, sed alia rigorosa, vt C

ita dicam iustitia, tantum. n. noluit assumere dolorem, ut satis esset ad satisfaciẽdum pro omni peccato. Et tantus illius dolor fuit, ut si purus esset homo, satis esset ad satisfaciẽdum pro omni pęna tẽporali, quę uniuersis pctis debebatur remissa culpa. Itaq; tanquam Deus effecit, vt culpa hoĩum deleretur, & gra eis concederetur, tanquã homo uero tantos suscepit dolores, quasi si purus hõ esset, qui suo dolore omnem erat soluturus reliquam

A liquam pœnam temporalem, ut hoc facto oĩs Dei ita in eũ desæuiret, & vltione sumpta quiesceret. Secundo colligitur grauitas dolorũ Xp̃i dñi ex ira rabida, qua in illum exarsit dæmõ, cui in passio-
Iob. 1. ne sua traditus Chrs fuit, ut oẽs uires in illũ effunderet. Traditus Iob est a Deo ĩ dæmonis ptãtem, ut eũ torquæret, sed limite adhibito, ut uita illius seruaret. At
Luc.22 Chrs traditus ei fuit absque vllo limite. Hoc ipse significauit, cum dixit. Hæc est hora vr̃a, & ptãs tenebrarũ. Nos qdẽ pp pctã tradẽdi eramus dæmoni, & ne nos traderemur, tradit⁹ Chrs est. Attẽde nũc dęmonis odiũ cõtra Xp̃m. Cõtra hoĩem in inferno damnatum odio exardet, sed maiori odio prosequit̃ iustũ, q est ei dissimilis, & aduersus. Quo ergo putãdũ est,
B odio ,psequi Chr̃m, qui dux, ac princeps
Mar. 1 electorũ est? Sciebat illũ esse Chr̃m, & q in hoc uenerat, ut uniuersũ genus humanũ redimeret, & ab ei⁹ ptãte auferret, & iõ eũ summo odio prosecutus est, & in illũ pcipue uniuersum conuertit beliũ.
3.Reg. 22. Christoq; accidit, qd regi Israel, cum Regum historia ait: Rex ãt Syriæ præceperat, nõ pugnabitis cõtra minorẽ, & maiorẽ quẽpiã, nisi contra regẽ Israel solũ. Et iõ nũc dæmon nihil mali curauit alteri fieri ex Christi discipulis, sed in solũ Xp̃m exarsit, q ergo tormenta, q arma in illũ nõ iaculauit? Maximè cũ tormentis, ac dolorib. id curaret, ut ad impatiẽtiã Xp̃m prouocaret. Tertio colligit̃ hæc dolorũ Xp̃i immẽsitas ex amore illi⁹, tũ ad patrẽ, tũ ad hoĩum genus, & ex hac
Eph.3. C dilectione summ⁹ efficiebat̃ dolor. Charitas Xp̃i ad patrẽ, & ad hoĩum gen⁹ supereminet oĩ scientia, ut Paulus ait, nec eã explicare ualet vniuersus Angelorum cætus. Cũ ergo uidit innumera hoĩum pctã, uidit offensas Dei summas, vidit simul mala hoĩũ immẽsã, & quasi gladio ancipiti trãsuerberatũ fuit illius cor, qa pcti malitiã nullus penetrare oĩno valet nisi Xp̃s. Quod si Dauid ait, vidi præuaricãtes, & tabescebã, qa mãdata tua non
Ps.118 custodierũt. Si fili⁹ patris iniurias vidẽs dolet, quo dolore putas affectũ fuisse cor
Mar.7. Christi, cũ uidit patris offensas. Minimi profecto fuerunt dolores, quos claui, spinæ, flagella, & crux effecerũt, si cũ hoc cõ A
ferant̃. Hinc suspiciẽs in cœlũ ingemuit. Luc.19
quia diuinitatis cælũ offendi uidit pctis hoĩum. Cũ ẽt hoĩes a se maximè dilectos sub tanto uidit malo, ẽt ingemuit, & lachrymas multa fudit, ut cũ uidit Ierusalẽ, fecisse legitur. Augetaũt dolorẽ istũ, qd uniuersa ista pctã ,ppria reputauit, vt ea dolorib. suis persolueret, & de eis cõterere tur, ac si ipse illa cõmisisset Nouim⁹, aliquos eo contritionis, dolore affectos fuisse, ut uitã eis dolor ademerit, cũ autẽ contritionis dolor procedat ex Dei cognitione, ac amore, cũ hæc in Christo tãta fuerint, qualis, obsecro, dolor ĩ eo fuit? Vide an merito vir dolorũ sit dicendus.

Quarto colligit̃ magnitudo dolorum Christi ex optimo, maximeq; sensibili tactu, qui.n. delicatiori tactu est, eodẽ tor- B
mento plus doloris percipit. Cũ corpus Christi opere Spiritus sãcti fuerit formatum, & ex purissimis Mariæ sanguinib. & ad nobilissimam suscipiendã animã, & ut diuinę psonæ uniretur, perfectissimum, ac temperatissimũ esse oportuit. Recte aiebat Philosophus quidã, multa Dei opera in manu causarum secũdarũ pdi, ac infici, cũ.n. illæ sæpe deficiant, effectus mãcos, & imp̃fectos producunt. Et inde fit, ut opera, q Deus immediate a se ipso facit, perfectissima sint, qa Deus est cã indeficiens. Huiusmodi uero fuit Christi corpus, qd immediate a diuino spiritu effectum est. Quo vero corpus perfectius, ac temperatiũ magis, eo sensibilio ri est tactu. Et iõ Xp̃s plus doloris percipiebat, cũ torqueretur Augebat autẽ dolorẽ gloria, q in parte aiæ superiori erat, C
Sicut Adã exiliũ plus sensit, qa paradiso fruitus fuerat. Et rex incõmoda patiens plus affligitur, qa delicate nutritus est. Sic Xp̃s tãtã gloriã expertus, amplius doloribus augebat̃. In ignominijs ẽt augebatur & sensus, & dolor pp personæ excellentiam. Sicut maiori dolore tangitur princeps uir, aut rex, si flagellet̃, aut furca suspendatur, quam infimus de plebe. Cum ergo Deus flagellis cęditur, in patibulo ponitur, illuditur, ac blasphematur sine dubio eximius adfuit dolor.

Quinto dolorem auget, cum conside-

rat,

A rat, a quib. passio procedebat. Vniuersus fere mundus in eũ cõspirasse vr cum ille oẽum parens beneficus esset. Huius rei
Psa. 2 admiratio tenebat Dauidẽ dicẽtẽ, Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania, astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus dñm, & aduersus Xp̃m eius. Qua, obsecro, dementia fieri potuit, ut oẽs cõuenirẽt aduersus Xp̃m? Herodes, & Pilatus pri⁹ inimici, ut Xp̃m illudãt, amici fiũt, Iudæi, & Gẽtes, q pri⁹ diuisi erãt aduer-
Luc. 23 sus Xp̃m adunãtur, Pharisæi, qb. Romanũ imperiũ inuisũ erat, nunc illud reue-
Ioã. 19. rent, ac tutãtur, ut Xp̃m ĩterimãt, & aiũt inuenimus hũc hominẽ subuertentẽ po
Ma. 26 pulũ, & prohibentẽ tributa darí Cæsari. Et iterũ. Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Patit̃ ẽt a discipulis, ex qb. vnus illũ vẽ-
B dit adeo vili p̃tio, ut dicat, qd vultis mihi dare, & ego eũ uobis tradã. Alter illũ negat. Et oẽs derelinquunt eũ. Vnde ait
Ps. 141 p Ps. Considerabã ad dexterã, & videbã, & nõ erat, qui cognosceret me. Præclare ait, ad dexteram, i. inter amicos, ꝙ. n. ad ad sinistrã, inter inimicos non inueniret
Thre. 1 auxiliũ, mirũ non esset, sed inter amicos mirũ valde. Hinc Ieremias. Nõ est, q cõsolet̃ eã ex oib. charis eius, oẽs amici eius spreuerũt eũ. Inter calamitates suas hãc
Iob. 19 Iob magni faciebat, dicẽs. Noti mei quasi alieni recesserũt a me, dereliquerũt me & q me nouerãt, oblíti sunt mei, abominati sunt me quõdã cõsiliarij mei, & quẽ maximè diligebã, aduersatus ẽ me. Augebat ẽt dolorem, quo ab illi pateretur, in
Esa. 1. quos tãta contulerat beneficia. Hinc Es. filios enutriui, & exaltaui, & ipsi spreue
C runt me. Et Iulius Cęsar cum inter con iuratos uidit Brutum, dolore tactus dixit: Et tu quoq; fili? Hunc exprimit dolorẽ dñs per Micheam. Popule meus quid
Mic. 6. feci tibi, aut quid molestus fuit rñde mihi, qd iterato hodie Ecclesia repetit, quia eduxi te de terra Aegypti, parasti crucẽ saluatori tuo. Ego pp te flagellaui Aegyptũ, & tu me flagellatũ ducis ad crucifigendũ. Ego añ te apui mare, & tu lãcea
Deu. 32 aperuisti lat⁹ meũ. Ego te potaui aqua, & me le de petra, tu me potasti felle, & aceto. Ego te exaltaui magna uirtute, & tu me suspẽdisti ĩ patibulo. Hęccine reddis A
dño popule, & insipiens? Nunqd reddit̃ Ier. 18
ꝑ bono malũ, qa foderũt foueã aiæ meę.

Sexto deniq; dolorẽ auget modus passionis, q acerbissimus fuit. De quo ĩ Xp̃i
persona Psal. ait: Fortes quæsierunt animam meam. Diuersæ profecto fuerunt Ps. 55.
opiniones, vbi nam aĩa hoĩs esset, quidã enim dixere, esse in capite, alij in corde, alij melius dicunt, est tota in toto, & tota in qualibet parte. Et Aug. ait, anima magis est ubi amat, quam ubi animat. Hinc factum est, qd cum fortes inimici Christi eius quæsierint aĩam, oĩa hęc perscrutauerunt, & sic a planta pedis vsque ad verticẽ capitis nõ est in eo sanitas, nihilque in eo relictũ est, nec interius, nec exterius, in quo nõ eũ lederẽt inimici. Plus primũ est in honore, qd hoĩem grauissimũ maxime cõturbare solet, & plus
quam vitam amittere. Capitur tanq̃ la- B
tro, tanq̃ ad latronẽ existis cum gladijs,
& fustibus comprehendere me, & tanq̃ Luc. 22
latronũ princeps ĩ medio eorũ crucifigitur. Dr̃ blasphemus, & seditiosus. O De⁹ meus, q ipsa gloria es, & infinitus honos ante quẽ tremũt potestates, qui respicis terram, & facis eam tremere, præ maiestatis magnitudine, qũo nũc despiceris? vili pretio venderis, qui infinito pretio dignus es, latro reputaris, q nihil a creatura accepisti, sed aperis manum tuã, & imples omne animal benedictione. seditiosus diceris, q es pax nostra, tanq̃ stultus despiceris, qui es infinita sapiẽtia, seductor diceris, qui es prima veritas. Deniq; tot opprobrijs exagitat⁹ fuisti, ut de
te dictũ sit, saturabit̃ opprobrijs. Et no- Thre. 3
uissimus virorum fuisti, cui plat⁹ fuit C
Barrabas, vñ nec reputauimus eũ, sic. n. Esa. 53
tollẽdum fuit opprobriũ nr̃m sempiternũ. In corpore est? Xp̃i q̃sierunt inimici aĩam illius, illud vniuersum torquentes. Caput illud tremendum Angelis, de quo spõsa ait, caput ei⁹ aurũ optimũ corona spinea durissima, ac acerbissima trãsfigi
tur. Capil i illi quasi elatæ palmarũ eual Cant. 5
si, ac dilacerati. Oculi tui sicut colũbę su per riuos aquarũ, splendidi, & pulcherrimi, nũc tabescũt, ac frãgunt̃. Genæ tuę sicut areolæ aro matũ cõpositæ a pig mẽta

rijs,

A rijs,in quas deſiderāt Angeli ꝓſpicere; nunc colaphis cæſæ, pallidæ, & ſãguine plenæ. Labia eius lilia diſtillãtia myrrhã primã,in quib.diffuſa erat gr̃a,nunc nigra,pallentia,atq; tumida. Manus eius tornatiles aureæ plenæ Hiacīthis, q̃ tāgentes leproſos,ac infirmos eos ſanabāt panes multiplicabāt, quæ plenę erant anulis,in quib.lapides ꝑtioſi virtutum,ac gratiarū,nūc foſſæ, ac clauis perforatæ. Pedes illius miſericordia pleni ſimiliter. Totū deniq; corpus vulnerib.plenum,q candidus,& rubicundus,& totus deſiderabilis,nunc non eſt ei ſpecies,neque decor. Deinde patitur X p̃s in omni re dilecta,in marte,in diſcipulis. Denique ſine ulla conſolationis admixtione patitur,et iō ſummus eius dolor eſt,ſũma paſsio.

B Galat. Refert. Galat.lib.8.c.10. Dixiſſe antiquos doctores Iudęorū, ſimilem futurā

Ioā.16. paſsionē Meſsiæ partui,cui ēt eā contulit X p̃s dicēs. Mulier,cū parit, triſtitiā hēt, quia uenit hora eius. Partus uerò doloris eſt plenus, ꝑcipue cū primus eſt par-

Iere.4. tus. Hinc Iere.ait,uocē quaſi parturiētis audiui,anguſtiā,ut primo pariētis. Peperit nos oēs X p̃s in ſua paſsione ſummis dolorib. Vñ aiebāt Rabbini antiqui,ueniat Meſsias,ſed ego non uideā eū. Interrogati uero,qua de cā eū videre nollent, dicebāt,pp illud Iere. Interrogate,quęſo

Ier.30. & uidete,ſi parturit maſculus, quia uidi oēm uirum,cuius manus ſup lũbos eius velut parturientē. Hic oīs uir Meſsias ē, q oīū virorū hēt uirtutē,quē quaſi parturientem uidebat Iere. Tantus ergo eius dolor fuit,ut hi,q maxime optabāt eum uidere,nollēt aſpicere,pp dolorū acerbi-

Luc.2. tatē. Et hac de cā Simeon ꝑdicēs X p̃i paſſionē,mori optat,ne eam uideat, & ait, nūc dimittis ſeruū tuū dñe ſ'm uerbum

C tuū in pace. Tantus aūt dolor iſte fuit,ut cū Deus illū depingere uellet,multos homines elegerit,i q b. illū depingeret quia in uno tātus dolor eſſe nō poterat. Et iō dolor Abelis in morte a fratre ſuſcepta, afflictio Noe in diluuio,& irriſione filij, dolor Abrahæ,& Iſaac ī ſui immolatione,Ioſeph dolor uēditi,ac afflicti,'& deniq.dolores Iob X p̃i dolorū figura fuerunt,q a non eſt dolor ſicut dolor meus.

A Et iō id nos nunc cū X p̃o agere deberemus,q, amici cū Iob ſanctiſsimo,q audi- Iob 2. ta eius calamitate,pariter diē dixerūt ut uiſitarent eum,cūq; leuaſſent ꝓcul oculos ſuos,non cognouerunt eū, & exclamātes plorauerūt,ſciſſiſq; ueſtib. ſpar ſerūt puluerē ſup caput ſuū in cęlum. Et ſederūt cū eo ī terra ſeptē dieb. & ſeptē noctib. & nemo loquebat ei uerbū, uidebāt.n. dolorē eſſe uehemētē. Idipſū cum X p̃o agere dēremus,uerbum non loqui, ſed lachrymis fuſis, ac dolore X p̃m comitari. Reputemus X p̃i dolores tanq̃ 2.Re. capitis nr̃i,eoſq.defleamus. Cū Ioab interfecit Abner,ut oñderet Dauid, abſq; ipſius cōſenſu ꝑpetratū facinus illud,dixit Dauid ad Ioab,& ad oēm populū, q erat cū eo,ſcīndite ueſtimenta ur̃a,& accingimini ſaccis, & plangite añ exeqas Abner. Nunc exequiæ Chriſti celebrantᷣ B doleamus,deploremus,& lachrymis,ac dolore teſtemur, non uoluntate noſtra occiſum eſſe Chriſtum Dominum.

Secunda pars concionis,uel concio ſecunda de hiſtoria Paſsionis Chriſti Domini.

EGreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trās torrentē Cedrō,ubi erat hort⁹. 2.Reg. Egreſſus eſt Dauid à Ieruſa ē fugiēs Ab 15. ſalō, Rex quoq; trāſgrediebatᷣ torrētem Cedron. Flebat Dauid, & oēs q cū eo erāt. Nūc triſtis Ieſus cū puſillo grege ſuo ꝓcedit,& trāſit torrētē Cedrō ſicut Dauid. Recordare dñe legis a Salomone cō- 3.Re.2. ſtitutæ aduerſus Semei,ut occideretur,ſi tranſiret torrentē Cedrō. Tu uero Dñe nunc malefactoris geris figuram,& hūc tranſgrederis torrentē, dānatus ergo in mortē ꝓcedit,comitemur nos nūc Chri- 2.Reg. ſtū filiū Dauid in hac uia, dicamusq, ei 15. q, Ethai Dauid dixit,cum ſuaderet ei,ut maneret Ieruſalē,uiuit dñs,& uiuit dñs meus rex,quia in quocũque loco fueris, C ſiue in uita, ſiue in morte,ibi erit ſeruus tuus. Flebant,& nudis pedib.incedebāt, qui comitabantur Dauid, nos ſimiliter doleamus,cū nūc trāſgrederis ò dñe torrentē Cedrō,a qua ſolum genua ꝑtingit, ſed cito ingredieris in aquā nimiā,& dices ueni in altitudinē maris, & tēpeſtas Pſa.6 demer-

A demersit me. Sed & in hoc torrēte id affirmare poteris. Vide ô Dñe, quē ingrediaris torrentē. De hoc. n. torrente scriptū est. 2. Paral. 30. Iussu Ezechię destruxerunt altaria, q̄ erant in Ierusalē, atque vniuersa, in quib. idolis adolebāt incensum, subuertentes proiecerunt in torrētē Cedron. Et in capite præcedenti additur. Extulerunt omnem immunditiā, q̄ intro repererūt in domo Dñi, & asportauerūt ad torrētē Cedrō. Si oīs immunditia in hoc torrente est, eam contrahes, & ideo dicere poteris, infixus sum in limo profundi, & non est substātia. Egrederis ergo Dñe ex hoc torrente, & ex eius limo onust⁹ oī immūditia peccatorum nostrorum, quemadmodum hircus maledictus, super quem ōia imponeban B tur peccata. Sed nō ideo deficias dñe, qa & ipse torrens ostendit, non diu duraturam passionem tuam, sed cito transiturā. Sicut enim torrens inundantib. aquis excrescere solet, & simile mari effici, cito tamen illius furor quiescit labentib. aqs & pluuia cessante. Ita omnis tentatio, & huius uitæ passio torrens est inundans, qui absorbere nos vult, sed cito pertransit, & tranquillum tempus redditur. (Ingressus est in hortum,) vel vallem oliuarum. Iuste āt a mīa passio incipit, quia ut Paul. ait, nō ex operib. iustitię, q̄ fecimus nos, sed s̄m mīam suam saluos nos, fecit. In hortū īgredit̄, vt vñ ꝓcessit mors, inde remediū initiū sumeret. Ira, ac tristitia commotus Assuerus ingressus est in hortū arborib. cōsitū, locus. n. solitarius tristitiæ cōueniēs est. In hoc ēt horto cū morte luctari vult, & postea in alio horto, ubi sepeliet̄, eā oīno supabit sua resur C rectione. In hoc īgressu horti implet̄ illud Iere. (q̄ & ipsi Rabini de Messia intellexere, vñ Galat. lib. 8. ca. 12.) sedebit solus, & tacebit, qa baiulauit, uel tulit su p se, dabit in puluere os suū, forsitan erit spes, dabit peutiēti se maxillā, saturabit̄ opprobrijs. Sicut. n. sūma tristitia affectus hō solus sedet, ita nunc Xp̄s, secedit ī hortū, & solus manet a discipulus auulsus, qa baiulauit sup se vniuersa, certe p̄ctā. Et ꝓcidens ponit in puluere os suū Territus est imminēte tribulatione maxima, sicut in Iob dr: Terrebit eū tribulatio, & angustia uallabit eum, sicut regē, qui præparat̄ ad prelium. O rex regum, qui nunc pararis ad prēliū, in quo uides ī te armari vniuersos hostes tuos, hoīes, dæmones, & ipsam Dei iram, & sine armis prælīū ingressurus es, & totum pondus belli in te vnum vertendum est.

2. Par. 29.

Leu. 6.

Tit. 3.

Este. 7.

Thr. 3.

Galat.

A

Iob. 15

Angustia ergo nunc Xp̄m tenet, & iō ait. (Tristis est aīa mea vsq; ad mortē.) Sed vñ tristitia tāta? R̄ndet D. Tho. 3. p. q. 46. ar. 6. Xp̄s nō solū doluit ꝓ amissione uitæ tp̄alis, sed ēt ꝓ p̄ctis oīum hominū, q dolor in Xp̄o excessit oēm dolorē cuiuscūq. cōtriti, tū qa ex maiori sapientia, & charitate ꝓcessit, ex qb. dolor contritionis auget̄, tū ēt, qa pro oīb. p̄ctis simul doluit, s̄m illud, vere lāguores n̄ros ipse tulit, & dolores n̄ros ipse portauit. Et inferius ait D. Th. Xp̄s uoluit genus humanū liberare, non sola p̄tāte, sed iustitia, iō non solū att ndit, quantā uirtutē hēet dolor eius ex diuinitate unita, sed ēt quantum dolor eius sufficeret secūdū humanā natura ad tantā satisfactionē. Hæc D. Tho. Vere doctrina hæc ōndit immēsum fuisse Xp̄i dolorē, ac ꝓpe infinitum, nullum cor nisi Xp̄i tm̄ caperet dolorē. Merito ais, tristis est aīa mea usque ad mortē, dolor. n. tantus est, q mille hominib. mortē afferret. Sed notandum est, non solū uoluisse Xp̄m hunc dolorē suscipere, sed eū nobis maxime testatum esse uoluit. Ad hoc. n. tribus discipulis illum manifestauit, ut in ore trium fideliū testium staret hoc verbum. Et iō semel, iterū, ac tertio eos uigilare admonuit, ut testimonium vigilantium certius esset. Et Angelo de cælo descendens, ut eum confortaret, testis ēt doloris est. Et ideo sanguinē sudauit, qui summæ angustię indiciū fuit. Sed ut quid testimonia tanta? Certe in hoīum consolationē, cum. n. sine summo dolore p̄ctā non remittātur, nos vero cū ingentē dolorem nō habeamus, ēt si dolor noster tantus nō sit, si tm̄ p sacra dignè suscepta Xp̄i dolor nobis applicetur, remittuntur nobis ēt ingentia p̄ctā, quia iam pro illis doluit, ac satisfecit Christus. O clementissime Domine, iam incipis debita mea super te collere;

D. Th.

B

Esa. 53

C

A lere, & tanq̄ fideiussor illa persoluere vere dñe factus es fasciculus myrrhæ, & immēsum dolorum pelagus, in quo uniuersa hominū pctā suffocata sunt. Auxit aūt tristitiā istā, qd̄ uidit, paucos fructū passionis percepturos. Cū.n. gutta sanguinis ipsius satis esset, ut innumeri mūdi redimerētur, hoc nō cōtētus uniuersū fundebat sanguinem, & innumeros suscipiebat dolores, nihilominus tñ paucis admodū eis pro futuri erant, qd ipsum sūma affecit tristitia. Cū maximis impēsis conuiuium pparasti, si conuiuæ a te vocati ad sint, & epulis fruant, gaudes, si verò illi negligant uenire ad cōuiuium, & vane a te consumptas diuitias videas, doles nimiū. Quod si tu doles deperditā pecuniā, an nō doleat X ps ,pfusum vni-

B uersum sanguinē suū, qui infinitis mundis redimendis, sat erat, cū pauci admo-

Ma.22 dū eo usi sint in salutē? Hoc innuit X p̄s parabola illa nuptiarū, cū ait, oīa parata sunt, uenite ad nuptias, at illi neglexerunt. Si sciret X p̄s uniuersos hoīes saluā dos fore, & oēs passione sua non solū redimēdos, sed, & effectu saluādos, aliqua leuaretur cōsolatione, vel saltē si maior pars hoium, vel saltē uniuersi fideles, sed cū pauci admodū electi fuerit, doluit maxime X p̄s. Auxit dolorē reprobatio Iu-

Ionę.4 dæorū, sicut doluit Ionas uehemēter de hederæ iteritu. Præterea, ait Athanasius, verus fuit hic timor, & dolor X pi, sed artificiosè sūptus ad decipiēdū dęmonem, vt auderet impetere X p̄m. Solet.n. strenuus dux, cū certā uictoriā sperat, ut inimicus in pugnā ,pducat, simulare metū, ac fugā, vt venietib. hostib. in pugnam,

C victoria facile obtineat. Sic fecit Iosue, cū expugnauit ciuitatē Ahi, simulauit.n. fugā, sed postea in hostes irruit, & oēs in

Iosu. 8 teremit. Sic nūc X p̄s uere timuit, & tristatus est, ac sic decepit dęmonem, qui si dominū gloriæ cognouisset, non utique crucifixisset, q̄a se superādū agnosceret.

3.Reg. 22. Nunc ergo rex Israel mutauit habitum suū, & ingressus est bellū. Cū.n. mors illius necessaria esset in salutē nr̄am, oportuit dæmonem decipi, ut bellū nō recusaret. Sic ēt Athenaium rex Codrus noīe, fecisse legitur, quia ab oraculo responso accepto illū exercitū uicturū inimicos, A cui⁹ rex occūberet, ipse mutabo habitu, ingressus bellū discrimini se dedit, & eo mortuo exercit⁹ illius hostes superauit.

(Procedit in faciē suā orās, pater, si possibile est transeat a me calix iste, veruntamē, nō sicut ego uolo, sed sicut tu.) Hæc fuit oro illa, de qua Paulus, Qui in dieb. Heb.5
carnis suæ preces, supplicationesq; ad eū fudit, qui posset illum saluum facere a morte, cum clamore valido, & lachrimis exauditus est pro sua reuerentia. Oratus .n. pro omnib. mundi peccatis, corā throno patris comparauit summa reuerentia ut corporis prostratione ostendit. Nec solū flectit genua cordis ut manasses, sed procidit corpore, & spū, & cū lachrimis, & clamore, qui in toto cœlo per sonauit, orationē fudit, & exauditus est, & consummatus obedientia, qua mortē B
acceptauit, factus est nobis causa salutis æternæ. Sed qd orat? Certe orationis sensus hic est. Pater appetitus meus, & uoluntas ipsa naturali motu mortem recusat, & licet appetitus non moueatur in me sine rōnis consensu, ego uolo, ut eam recuset nunc, velitq; mortē euadere, & dolorē eius leniri. Nihilominus tñ oro, non ut hæc uolūtas fiat, sed tūa æterna, qua decreuisti me mori sūma tristitia, atq; dolore. Simil em huic orationem fudit Iob sanctissimus, cū ait. Quis det, ut veniat petitio mea, & qd exopto tribuat Iob. 6.
mihi Deus, ut q cæpit, ipse me conterat, soluat manū suā, & sucidat me, & hæc mihi sit consolatio, quod affligēs me dolore nō parcat. Sic nunc vidēs Christus patrem misericordiarum, & Deum totius cōsolationis paratum, ut ei adsit, & C
dolorē leuet, & calicē auferat, ait. Nolo pr̄, ut me consoleris, ut mortem tollas, noli mihi propitius esse, sed hominibus, moriar ego, dū uiuāt illi. Sicut ēt Dauid 2.Reg.
orabat, qs mihi det, ut ego moriar ,p te. 19.
Beatus hō, q itelligit sup egenū, & paupe Psa.40
rē. Intelligebas ò bone Iesu sup nos egenos, & pauperes oblit⁹ tui, dicebasq; cū 2.Reg. 24.
Dauid, vertat, obsecro furor tuus super me, isti, q oues sunt, quid fecerunt? Verē dñe, nos lupi sumus, & tu innocēs ouis, nec solū corā tondēte obtumescis, sed &

per'

A petis tóderi, ac occidi. Dixeras prius, baptismo habeo baptizari, & qúo coarctor
Luc. 12 vsq; dú perficiatur, nunc ope id pstas, & adeo efficaciter horas, vt ter repetas oróné. Quid tibi repédemus ò dñe pro tanta volútate, ac charitate? Excessit voluntas tua vniuersa torméta, qa cú aĩa Xpi cognoscat infinita, ét infinita tormenta paratus fuit, p nobis subire, & ad oĩa se paratú ostédit, si patris volútas ea sit. Ecce
Esa. 53 oblat⁹ est, qa ipse voluit. Ego pono aĩam
Ioã. 10 meã, nemo illã aufert a me, Deus meus
Psa. 39 volui, & legé tuã ĩ medio cordis mei. Et ut oĩno eius oro exaudiret, pcidit, q. n. procidés aliqd petit, quasi vim ĩfert ei, a quo postulat. Sed ut qd dñe, pcidis? nú
B cú terra pactú, ac pacé inire uis, q̃ prius maledixeras? Sed si id agis, sero dñe pacé postulas, iã. n. pduxit lignú crucis, in quo crucifigédus es, iã ptulit spinas, qb. transfigendú est caput tuú, iã clauos dedit, iã flagella, iã funes, quib. ligádus, flagellandus, ac crucifigendus es. Non ista vitare Christus intendit pace cum terra inita, sed poti⁹ illã amplectit, ac osculat, qa ista pduxerit, & cú illa ad manú núc nó habeat, ut illã amplexet terrã amplexat, a qua ista processerút, eiq; gratias refert, qd illa germinauerit. (Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã.) Tristitia, ac timor sanguiné ducit ad cor. Cú ergo ibi Xpi sanguis esset, núc ille effundit. Sicut. n. nimio igne olla feruet, liquoré effundit in seipsam, ita summa Xpi charitas, feruétissimaq; hoĩum dilectio, sanguiné in corde collectú fundit. Súma ét illius afflictio, & angor id ipsum efficit, vidit. n. se iã a pre de
C relictum, sicut ipse petierat, & angustia erát ipsi vndiq;, vidit se pximú morti, icipit sudoré mortis emittere. Scdm naturã fieri pt, ut q spiã sanguiné sudet, quod medici dñt, cótingere his, q pcussi sút a serpente, cui a fluxu sanguinis Hæmorroos nomen est. Et Arist. ait, id aliqñ accidisse, ut refert Caiatanus hic. Sed hic naturalis sanguinis sudor paruus est, & solú tenuissimus sanguis, procedere solet, & ĩ parua quãtitate. Sed sudor Chri nó sunt hmõi, fuit. n. copiossim⁹, & crassis guttis, ut significat nomé græcum, qd hic Lucas posuit, qualis sudor visus núq̃

é, qa nec filis angor ĩ terra fuit unquã. O A
dñe núc uere es fasciculus myrrhę, angu Luc. 12
stijs plen⁹, hic erat sine dubio baptism⁹, quo te dicebas baptizandú. O Angelorú lætitia, qúó sup te maledictio illa descen Gen. 3
dit, ĩ sudore vultus tui vesceris pane tuo, panis tuus corda sunt nra, nec satis tibi fuit, nos lachrymis emere, nisi & sangui ne emeres? O dulcissime sanguis nondú tibi ianua aperta é, vt exeas, & exis sum mo desiderio exoptas exire, cum priusq̃ claui, & flagella uiã aperiant, pcedas. O corp⁹ diuinú cortinæ tabernaculi bis tinctæ, núc primo tingeris sanguine, iterú ĩ cruce tingédú. O uirgo clementissima, q̃ vocasti spósú ĩ hortú, ueniat dilect⁹ me⁹ B
in hortú suú, tã venit, quoties lachrimas pueri tersisti, quoties eiulatú eius lenisti, veni núc ĩ hortú dñi, ut eius sudoré tergas, doloré lenias, aspicies coloré vultus eius imutatú. O Magdalena, q̃ caput, & pedes ei⁹ vnguéto unxisti, & capillis tersisti pedes ei⁹, accede núc, ut simile pstes obsequú, quo núc maxime indiget. O Adã, cui nimiú placuit arbor uetita, ueni ĩ hortú, & videbis, aliã arboré sine spé, & decore, cui⁹ tñ fruct⁹ alteri⁹ arboris dãna reparat. Aspice eú, qui est ranq̃ malus inter ligna siluarú, q tibi nó interdú dr. O Moyses, q adeo desiderasti Dei vultú cóspicere, quiq; paulo ante ĩ Thabor fulgété uidisti, accede nunc, ut uideas excessú eius, & vultum sanguine plenú. O spon sa, q̃ desiderasti in hortos exire, ut myrrhã tibi colligeres, ueni in húc hortú, in Cant. I
quo plurimã inuenies, ut fasciculum cóficere possis, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Nunc factus est Chrs mare amaritudinis, qa plenus dolore, ac angu C
stia. Nos ergo s fres ne dormiam⁹ cú discipulis, sed cópatiamur Xpo, si. n. lasso 1. Reg.
Aegyptio cópais⁹ é Dauid, cur nó cúpa- 30.
tiamur Xpo dolorib. pleno nri causa?
(Apparuit ei Angelus cófortás é i., Có Ge. 22
stitutus erat in agonia, Abraã, & Isaac ĩ státe hora sacrificij, sed Ecce Angelus ap paret, dicés, ne facias ei quicq̃ mali. En dñe in Chro utriusq; adunata tristitia, ipse. n. se offert pro pctis nostris, ueniat Angelus, q dicat, ne facias tibi quicquam mali,

A mal tristatur Elias fugiēs Iezabel,q̄a ze
3.Reg. 19. lo zelatus fuerat ꝓ Dño Deo exercituū
apparet ei Angelus,cibans eū, & mittēs
i mōtē Oreb,vbi magis cōsolet̃. En Dñe
filiū tuū,q zelo zelatus est pro te, quem
nūc persequit̃ Synagoga,mitte Angelū,
qui eū cibet,ac cōsolet̃. Sed hic Angel⁹,
q ad Xp̄m mittit̃, non obstat sacrificio
sed iuuat,non eum in montē Oreb mit-
tit,sed in Caluarium , & crucem . Inge-
Tho. 3 muit Thobias cum lachrymis orans, &
4.Reg. 18. mittit̃ a Deo Raphael,ut eum sanet,In-
gemuit Ezechias, & uenit Angelis eum
Dan. 3 liberās,& exercituū Senacherib perdēs.
Erāt tres pueri in camino ignis,& descē
dit Angelus,& fecit rorem flantem,eri-
puitque eos. Sed nunc ingemuit Xp̄s,&
dolet,& Angelus ad eum uenit, nec tñ
B eripuit. Quid ergo ei dicit? hoc plane, ꝙ
sequit̃ Princeps noster, hic adest multi
tudo exercitus tui,oēs te libenter defen-
deremus,si.n.lectulum Salomonis sexa
ginta fortes ambiū, te ambit vniuersus
Angelorum cætus, sed regni tui insignia
instrumenta passionis sunt,q̄b.quo ma-
gis depræssus fueris,eo nobis magis ho-
norabilis,si homines te maledicent, nos
inter eos erimus,& eo te magis benedi-
cemus,quo illi plus maledixerint,uiden
tes.n.diuinā faciē tuā,q̄n inde descendi
mus,vt humilitatē cōtemplemur,q̄ a so-
la bonitate,ac dilectione procedit , nihil
magis nos in tui admirationem rapit. Si
ergo tu deliberata uōlūtate liberare uel
les,liberareris certe,sed q a tu ipse te ini-
micis tradis,ideo nos dissimulamus iiu-
rias capitis nr̄i. Pater hæc ad te mādat,q̄
Pro. 6. olim. Sapiēs dixit,fili mi si spoponderis
C ꝓ amico tuo,defixisti apud extraneum
manū tuā, illaqueatus es uerbis oris tui
Esa. 51 & captus ꝓpriis sermonib. Iō ut Es. mo
ner, Consurget,consurge, induere forti-
tudine tua brachiū Dñi cōsurgere sicut
in principio,nonne tu vulnerasti super-
bū deiecisti draconē? Cum hæc in horto
agerēt,uenit Iudas & turba missa a Pha
risæis , & principib, & chors gentiliū,q̄
cōtinebat trecentos milites, ut Rupert⁹
ait,& plurimi ex Pharisæis & magistra-
tib.& oēs ergo in Xp̄m conueniunt. Sed
Iudas prior,q sciebat locū,quē spōsa se
re desiderabat,cum diceret, indica mihi A
quē diligis aīa mea,ubi paschas, ubi cu-
bes i meridie. Sed q̄ male vsus hac s. en
tia fuit,tāto neq,cūctis hominibus , q̄- Cant. 1
ro serpens maledictus super oīa aīantia
callidior cunctis. Sicut.n. misterio serpē
tis usus est dęmon ad perdendū primū
hoīem in horto. Sic idē diabolus miste-
rio Iudæ usus est ad comprehendendū
Iesum in horto,& occidendum. Sicut er
go serpens instrumentū diaboli fuit ma
ledictus super oīa aīantia,ita & Iudas su
p oēs hoīes maledictus . Vnde totus Ps. Ps. 108
108. conficitur ex triginta maledictioni
bus,quarum numerus rn̄det triginta ar
genteis quib. Christum vēdidit, hęc Ru
pertus. Cum aīt tanta turba iam appro
pinquaret horto,ait Christus . (Surgite
eamus.) Expendit Chris. fugisse Christū B
cum q̄reret̃ in regnū,nūc cum quæritur
in crucē,obuiā procedit hostibus. Perfe- Ioan. 6
cta Xp̄i charitas foras misit oēm pauorē
& quēadmodū inūdās fluuius oīa rapit ,
inuenit i uia, sic eximius Xp̄i amor oīa
superauit impedimenta , & non solum
mortē suscipere paratus est,sed & ei ob-
uiā procedit. Sed ò Dñe , quo procedis,
quos exceptur⁹ ꝓperas,nō satis tibi fuit
mortē sustinere,nisi,& illam exciperes,
& ei obuiā procederes? O regiū,īmo di-
uinū cor iā ondis uim,ac fortitudinē,q̄ i
passione ōnsurus es , & q̄ in tu:s pones
martyribus? Ait ergo ad eos Xp̄s, (Quē
q̄ritis?) Cū laternis,ac facibus uenerant,
nec eū agnoscebant , ut inde agnoscerēt
ꝙ uoluntate se offerebat,facile.n. eos de
clinare posset. (Ego sum.) Ait. Et cecide-
rūt retrorsū. Rupertus i Ioanē ait. Qua-
re cū agnus esset protinus immolandus, C
iā sicut leo modicū irrugiit,cū dixit , ego
sū,& eos ꝓstrauit,sanè ut essent inexcu
sabiles,manifesta experiētia cernētes Ie
sū eē eū,q est,& reuelata est eis ira Dei,
q̄ expectare debebāt,& reuelata fortitu
do venturi ad iudicium. Si. n. hoc fecit
moriturus,q̄uo ꝓualebit in hostes i ęter-
nū regnaturus? Optime Iob, si vix par-
uā stillā sermonū eius audiemus ,q̄s po
terit tonitruū magnitudinis illi⁹ ītueri ?
Cū ergo Deū i voce maiestatis agnouis-
sēt,ñ sicut Deū glorificauerūt,sed cōpre

A bus uerbis nihil Ioannes addit, putãs satis dictum esse, cum Christus inimicis traditus sit. Interrogatus an sit Christus respondet, se esse. Tunc omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et vniuersa illa nocte nihil aliud egerint, nisi ei illudere, ut Lucas ait. Positus erat Xps quasi signum ad sagittas. Quinqq; illusionum species dicunt Euangelistæ, ei factas. Primo expuerunt in faciem eius, quod apud Iudæos erat summæ iniuriæ
Nu. 12 ut patet numerorum. 12. Si pater eius
De. 25. spuisset in faciem illius, nõne debuisset saltem septem diebus rubore suffundi? Et in Deu. mulier expuit in eius faciem, qui non suscitat fratri semen. Secundo oculos eius velant, vt audacius, & inuerecund us eum percutiam. Tertio eum
B alapis, & pugnis percutiunt, unde facies tumida facta fuit. Quarto eum illudunt, dicentes, prophetiza Christe, quis es, qui te percussit, & multa alia, ait Lucas, blasphemantes dicebant. Horrore hæc oĩa plena sunt. Horrendum.n. cogitatu est, homini quantumuis reo, hæc fieri morituro, sed innocenti, & adeo beneficio lõge horribilissimum, Deum uero ista pati, adeo execrandum est, ut humanæ aures audire nequeant impletum nunc in
Iob 16 Christo est illud Iob, apparuerunt si p r me ora sua exprobrantes, percusserunt
Ps. 21. maxillam meam satiati sũt pœnis meis.
Thr. 3. Et illud Ps. Ego autẽ sum vermis, et non homo, opprobrium hominum, & abie-
C ctio plebis. Et illud Ieremiæ, dabit percutienti se maxillam, saturabitur oppro
Esa. 50 brijs: Et illud Es. corpus meum dedi per cutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuẽtibus. Sed ais, quo pacto rabies tanta in hominum cordibus esse potuit? Certe fuit nunc potestas tenebrarum, & a rabido dæmonum corde ista procedebant, qui membra sua mouebat vt indignissime Christum tractarent. Totam ergo in ferni ferociam armant dęmones, ut Christi animum ad impatientiam flecterent, inferni ergo sæuitia tanta erat. Sed iterum eis, quo pacto miraculum nullum nunc ostendit? imo exhibuit maximum. An nõ miraculũ, talem inhumana carne splendere patientiã, ut A nec minimum tot iniurijs commoueatur? Quis.n. adeo serenus, & tranquillus esse potest tot furẽtibus processus agitatus, nisi Deus ipse? Totus infernus, & uniuersa synagoga, & gentilitas perstant, & summa vi quatiunt Christum, ipse vero adeo pacatus est, ac si nihil pateretur, an non hoc miraculum. Audi Moysem dicentem vadam, & videbo vi Exo. 3
sionem hãc magnã, quomodo ardeat rubus, nec cõburatur. Visio plane magna Christus ardens tormenti, & integre perseuerans. Adeo visio hæc magna est, vt Deus sit eius inspector. Angeli admiratores, attoniti dęmones, & homines. Sed dęmum inquiris, quid Christus nũc ageret, quid ve cogitaret. Sane licet pater ei B
præcluserit aditum, eumq; dereliquerit, ne consolatione leuaretur, sed ad negotia hoĩum pertractanda nunc maximè ianua aperta Xpo erat, & ideo cum patre æterno de hoĩum negotijs agebat, oĩum.n. recordabat̃, p oĩb. torm ẽta ista offerebat, præcipue tñ pro electis plorãs super singulos, sicut olim Ioseph sup fratres plorasse memoratur. Nunc ergo omnium nostrum memoratus. Noli ergo ò homo ipsum obliuisci, ne ingratissimus omnium videaris, sed dic memoria me- Ge. 45.
mor ero, & tabescet in me anima mea. Maneaut facto adduxerunt eum ad Pilatũ, & Pilatus ad eos. (Quã accusatione afferτis aduesus hoĩem hunc?) Certe triplex accusatio aduersus Christũ proposi C
ta est Prior ĩ cõcilio Trinitatis, vbi accusatus Christus est de oĩ hoĩum crimine, quod ille tanquam fidei uxor exsoluendum suscepit sola mia, ac bonitate. Et ita lata aduersus eum sentẽtia iusta est, ut morti addiceretur. Altera accusatio in concilio Caiphæ, & coram Pilato proposita est, de criminibus, quæ ei falso obijciebantur, & cũ hæc accusatio iniqua esset, nec testimonia cõuenietia, iniustissima mortis ipsius sentẽtia fuit. Tertia fuit accusatio a sapiẽtia humana profecta aduersus Christum, quẽ irrisit, quod tam indigna hominis causa sustinuisset. Sed stulta facta est mundi sapientia, nec intellexit, summam in hac re dilectionem, ac

A an diabolum? Quem sequeris Xpm, an Luciferum? cui adhærea, cuius mandata seruas? Si Iudęos damnas cur eos operibus imitaris? Si quamlibet rem mundi eligis præ Deo, Barrabam dimittis, & Christum crucifigis? An non super tanta stultitia omnes creaturæ clamare deberent? Quam aliter te Domine nobiscum habes. Tu uiles nos in tanto habuisti pretio, vt libenter pro nobis sanguinem dederis, nos te oium summũ adeo vilipendimus, ut pro te minima non demus. Tanta uero charitas tua est, ut placeat tradi te in mortẽ, ut Barabas liber sit. O charitas immensa, q̃ ait redimatur
B peccator, licet honor sanguis, ac uita mihi profundẽda sint. Nã ut ego uiuam, tu moreris. Initio passionis in horto q̃rabatis, quod tanq̃ at latronẽ ad te uenirent, sed iã excreuerunt aquæ, & posthabitus es latroni, homicidæ, ac seditioso.

Videns Pilatus nihil se hoc adhibito medio profecisse, aliud excogitauit flagell.... eum, vt sic inimicorum animi qc scerent. Nunc ergo mentis oculos aperi, grande.n. proponitur spectaculum, dũ a seruis peccati princeps libertatis cæditur ut seruus. Primum.n. qui oĩa induit vestibus suis nudatur, & ut confusionẽ nr̃am tegeret, nudari uoluit ignominiose. Secundo, qui soluit compeditos ligatur in columna, adsunt carnifices eum flagellantes. Impleturque illud Psalmi, qm̃ ego in flagella paratus sum. Cum ãt intellexissent Iudæi, Pilatũ uelle Xpm liberare à morte, curauerunt, ut tot flagellis cęderet, ut in eis expiraret, sed qui
C crucẽ elegerat, in qua moreretur uires humanitati addidit, ut nõ deficeret in uia.

Addit, ergo plaga super plagam, uulnus super vulnus, liuor super liuorẽ sãguis super sanguinem, donec a plãta pedis, vsq; ad uerticem capitis non sit relicta in eo sanitas, & speciosus forma prę filiis hoiem talis relictus est, vt non sit ei species, neq; decor. Posuit Deus in eo iniquitates oium nr̃m, & ipse vulneratus est pp iniquitates nostras, attritus ẽ pp scelera nr̃a, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. De hac crudeli flagellatione ait Psaltes; Supra dorsum meum fabricauerunt pctõres &c. Quæ verba Chaldæus interpres sic uertit, super corpus meum arauerunt arantes, prolõgauerunt orationes suas. Adeo.n. durè eũ flagellauerunt, ut arare eum uiderentur, rumpentes oẽm carnẽ. O ineffabilis Dei benignitas, qua factũ est, ut tã caro redimeremur, o ineffabilis dispõ. Peccat iniquus, & flagellatur iustus q̃ perpetrat seruus, soluit dñs, quod committit homo, sustinet Deus. Quo nate Dei, quo tua processit humilitas? quo puenit compassio? Ego inique egi, & tu pœna mulctaris, ego facinus cõmisi, & tu cæderis. Ego superbiui, tu humiliaris, ego vuam acerbã comedi, & dentes tui obstupescũt. Sed qd loq̃ris tu o dñe? B amor mutum te reddidit, loquere, & pete ut satientur pęnis tuis. Sed diuersæ admodũ sunt cogitationes tuæ. Non.n. ais Luc. 10 sit satis, sed plura multiplicare flagella, qa plura merẽtur hoĩs peccata. Ecce hõ, qui descendit ab Ierusalem in Hierico, & incidit in latrones, qui despoliauerũt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. O impij carnifices relinquite agnum innocentẽ, & si rabies uobis multa est, eã in me explete, ego.n. latro sũ, ego flagella cõmeritus. Sed obsecro potuit ne alia uia homo magis a pctõ arceri, quam hoc uiso spectaculo? Aliqñ.n. Simile cum filius regis maximum facinus admisit, ut sciat illud graue esse piaculum, necullo mõ admittendũ, corã eo duriter flagellatur seruus, qui simile facinus admisit, & in supplicio serui agnoscit sui criminis grauitatem. Sed nunc contra fit, flagellatur durissimè Xps ut ibi agno- C scat hõ peccati fęditatem, quis ergo eo inspecto amplius peccare audebit?

Sed consummata dira flagellatione, nõ quiescit animus inimicorũ, qui a dęmone commouebatur. Suscipiunt.n. Iesum milites cũ Iudæis, & eo uocant totã cohortẽ, tanq̃ ad ludicrũ spectaculũ, erat aũt cohors trecentorũ militũ, alij dicunt esse quingentorum quinquaginta quinq;. Deinde eũ induũt purpura, uel clamyde coccinea, q̃ erat inferior purpura, quã reges super arma deferebant in prælijs. Deinde corona spinea ex iuncis

A marinis cōpacta, q̄ longas spinas, ac durissimas hēt, illū coronant, infigentes cā capiti. Et arundinē tanq̄ sceptrū imponunt dexteræ. Et irrident eum salutantes, aue rex Iudæorū. Et in faciē expuūt,
Cant 7 & alapas, & pugnos sine numero ei impingunt. Et pcutiebant arundine caput, & sic corona amplius infigebat. Hæret aīus his auditis, vere Dñs nūc comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta cana libus, ut sponsa ait. Si Euangelium hæc nō traderet, incredibilia apparerent De' erat, qui patiebatur incredibili charitate & dæmon, q ista adinueniebat summo odio, & ideo, nec dęmon satiatur pęnis,
1.Re.2 nec Dei charitas tormentis. Quia irreuerenter aspexerunt arcā Betsamitæ innu-
B meri occisi sunt, & nunc sustinet Deus ita irreuerenter tractari. Tangit Oza arcam, ut teneat, & percutitur, nunc adeo dire tractatur, & nihil mali fit, sane tempus nunc est occidendi, non homines, sed peccata. Solus ego nunc moriturus sum, vt homo uiuat. Non est uoluntatis meæ mors impij, sed mors mea.

Produxit eum Pilatus, dicens. (Ecce homo.) Attendite ò hoīes hominem: q penè hoīs figuram amisi, qui homo est, non lapis, aut ferrum, & mirum est ualde, quod tot sustinere potuerit tormen-
Ps.108 ta. Miseremini ergo ò hoīes hominis afflicti. Ne uos comprehendat illa maledictio: dispereat de terra memoria eorum pro eo quod nō est recordatus facere misericordiam, & persecutus hominē inopem, & mendicum, & compunctum cor
C de mortificare. Si irati estis, quod Deum se fecerit, en homo est, nouissimus hominum, & minor homine. Ecce homo, qui solus est hoc nomine dignus; nam Adā, & sui non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, hic uero innocens homo est, quia nihil admisit contra rationem. Ecce homo hoīum principium, hoīum filius, hoīum pater, ac mater, hominum via, hominum ueritas, hoīum vita, hominum exēplar. Prius inuitabamini ab Esaia ut Abrahā attenderitis, nūc
Esa.51 inuitamini, ut nunc attendatis. Homo Hebræis significat ærumnosum, nullus ergo sic homo, nullus sic ærumnosus, vt

Christus, attendite, si est dolor sicut dolor eius. Oculis ergo mentis conspiciamus hunc hominem, quid enim non meretur a nobis accipere, qui tanta pro nobis passus est? En uermem, & non hominem, qui laborauit, & mortuus est, vt tu serico induaris. Sed mirū hoc ualde q̄ diuersis oculis hic homo aspiciat Iudęos quam illi eum. Ille dulcissimis oculis, ut eos saluaret, illi eum crudelissimis. Sed cum te domine talem videmus, quasi nō reputamus te esse, es tu patrator miraculorum, qui splenduisti in Thabor, in quas incidisti manus, ut talis nūc sis, vbi est gloria unigeniti a patre? Hoccine est regnū Dauid, & eius insignia, quæ pmissa sunt matri tuæ, cum te cōcepit? B
Sed certe dñe ego horū causa sum malorum, superbia, & delitiæ meæ talem te reddiderūt, abominor ego iniquitatē, & peccata mea, q̄ tanta mala effecerunt.

(Cū uidissent eū clamabāt crucifige.) Pulchre Euangelista ostendit impietatē dicens, cum uidissent, ergo excusationem non habent de pctō suo, uiderunt .n. & oderunt me, & patrem meum. Nō satis nobis est sic eum uidere, nisi in cruce uideamus. Iratus Pilatus tanta uisa crudelitate, aspere ad eos ait. Accipite eū uos, & crucifigite, ego enim non inuenio causam. Et de inde curauit Christū liberare. Sed Iudæi dicunt. (Si hunc dimittis, nō es amicus Cęsaris.) Et ne amicitiam Cæsaris amitteret, Christum crucifixit, & sic Cæsaris iram tandem incurrit, ut refert Iosephus li. 18. c. 7. & Eusebius lib. 7. Ecclesiasticæ historiæ c. 8. Pri C
uatus enim præfectura, in exilium mis- Ioseph.
sus est, & tantis malis affectus, ut pro- Euseb.
pria se manu transuerberauerit.

(Tradidit eū uolūtati eorū.) Sed cum hanc sententiam Maria audiuit, quomodo cōmotum eius cor fuerit, quis dicat? verba non suppetunt, & ideo uelū apponendū hic est, sicut patri Iphigeniæ positum a pictore fuit, quod eius mæstitiā explicare nō posset. Ecce agnus lupis traditur, ut faciant in eum, quæcunque uoluerint. (Tunc susceperunt Iesum, & postq̄ illuserunt te, exuerunt eū clamydem, & induerunt eū uestimentis suis, & eduxerunt

A rũt eum, vt crucifigerent, & baiulãs sibi crucẽ exiuit.) Iterum illuditur, iterum exuit, & corpus eius apparuit quasi uno confectum uulnere, quia nihil in eo sine vulnere erat. Abstulerunt ab eo coronã, ut induerent, quã iterũ capiti infixerunt, & tunc super dolorẽ vulnerum eorum addiderunt, nec enim decebat, tantum regem thronum regni ascendere sine corona. Defertur crux, quæ baculus eius est, virga regni, thronus eius thalamus desponsationis eius, virga Moysi, q̃ prius coluber erat, nunc suscepta a Chri
Esa. 22 sto virga est clauis cęli, de qua Esa. dabo clauẽ domus Dauid super humerũ eius.
B Exiuit ergo baiulãs sibi crucem, exeamus, & nos cum illo, Salutem imprope
Augu. rium ipsius considerantes. Augustinus, grande spectaculum, sed si spectet impie
1. Pe. 1 tas, grande ludibrium, si pietas, grande mysterium, tanquam ouis ad occisionẽ ducitur. Grauissimum profecto crucis illius onus erat, præcipue si attendas uniuersa hominum peccata, quæ in cruce erant. Vnde Petrus, ait, ipse peccata nostra portauit sup lignum. Tãto pondere grauatus cadit Christus in terrã, & uniuersa vulnera renouantur. De præcone nihil meminerunt Euangelistæ, quia vnus non fuit, sed è terra omnes inimici eius clamabant, en iustitiam, quæ exercetur in hoĩem blasphemum, seditiosum, dæmoniacum. E cælo præcones erant,
C vniuersi spiritus adstantes attoniti huic spectaculo, qui clamabant, ò immensam charitatem, infinitam misericordiam, inexcogitabilem dignationem. Si enim in natiuitate facta est multitudo cælestium spirituum clamantium, gloria in altissimis Deo, quod nunc clamabunt, cum ad vltimum videant processisse charitatem.

Venerunt in Golgota, & ibi crucifixerunt eum.) Expoliat primum vestib. quę carni adhæserant, & ideo vulnera renouantur. Hac vero morte eum uoluerunt occidere, quia erat crudelissima, & ignominia plena, Crudelissima propter sensibilitatẽ manuũ, & pedum, & totius corporis in cruce positi, quod distendebat, erat ẽt inter Iudęos maximę ignominię, & maledictus dicebatur, qui pendebat in ligno. Vnde dicunt, morte turpissima A
condemnemus eum, mittamus lignum Sap. 2.
in panem eius. Quo loco per panem Ter Tertu.
tulianus libro contra Iudæos intelligit Christi corpus, quod ipse panem dixit, vt significarent lignum crucis inijciendum corpori eius. Sed alio spectauit diuina sapientia, oportebat eum, vt sicut in ligno perditi fueramus, in ligno recuperaremur, vt medelam ferret inde hostis vnde lęserat. Quã rationum innuit sponsus. Sub arbore malo suscitaui te ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua, Eua, scilicet. Deinde hoc mortis genus acerbissimum erat conueniens, vt
tanto esset copiosior satisfactio, quanto B
mors acerbior, & sic Dei in nos charitas maxime commendaretur. En igitur fideles petra scissa est, venite bibere omnes sitientes. Ecce fons est patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, si ergo fuerint peccata vestra vt coccinum, sicut nix dealbabuntur. Vna porta fuit in arca Noe, per quam ingressi sunt omnes saluandi, sed in Christo quinque nobis apertæ sunt, vt ingrediamur, & salutem consequamur æternam.

De septem verbis Christi in cruce, vide tractatum integrum in quarto tomo nostro.

C

In cõpassione Beatæ Marię, vide concionem, quæ est in Primo Tomo nostrarũ concionum, & alterã quæ est in Quarto Tomo nostro in tractatu de septem Christi Domini verbis in cruce, concione tertia illius tractatus.

A

In Resurrectione Christi Domini.

The. Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die. Luc. 24.

HAec in Dei domo lex est, ut mensura dolorum sit eadem cum mensura gaudiorum. Hinc Psalm. secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lętificauerunt animam meã. Hac lege seruata, immensa Maria lætitia hodie est, qm̃ in passione immensus fuit dolor eius. Erat Christus in cruce vir dolorum, decoqui poterat in lachrymis matris, ille quasi rubes in medio maris vndiq; vndis circumuallatus, & dicens, intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Stabat autem iuxta crucem Iesu Maria mater eius, in quem irruebant etiam uniuersi illi fluctus. Iure tunc uocare filium potest Benoni, i. filium doloris mei. Sed hodie idem cum filium sit, in Beniamin mutatus est, hoc eũ nomine nunc eum pater insigniuit, hoc & illum mater nunc compellat. Vere filius dexteræ, est Christus patris, & matri, vere dicet Maria conuertisti planctũ meum in gaudium mihi, & circumdedisti me lætitia, secundum multitudinẽ dolorum tuorum est, nunc tibi pręcipuũ gaudium, in die bona uenimus ad te, in die lęta. Nobis, de hoc gaudio aliquid impertire, oremus. Aue Maria.

Ps. 63.

B

Isa. 19.

Ge. 35.

Ps. 29.

C

Grego. Gregorius huius diei solennitatem cõmendans, ait, sicut locus tabernaculi secretior, at sanctior ducebatur sancta sanctorum, per antonomasiã, & sicut, liber, quo Christi cum Ecclesia sponsalia celebrantur, dr̃ cantica canticorum, sic festũ hodiernum dici debet festum festorum, & solennitas solẽnitatũ, sabbatumq. dñi, quia in hoc die requieuit Dñs ab omni opere, quod patrauit, & a laboribus plurimis, quibus laborauit, & huic diei ille benedixit, & in memoriam huius diei uoluit singulis hebdomadibus diem dñicam celebrari. Hac die ortus est sol iustitiæ, multo clarior, ac illustrior, quam omnibus diebus supioribus. Cum post plu-

Simile

A

res dies nubis, & caliginis sol oritur, nec vlla, vel parua nubes eum obscurat, dies ille lætior est, quam illi, quibus diei læta diei lętæ succedit, & aliquæ nubes solem obscurant. In cæteris Christi festis, non ita lętatus Xp̃s nobis ostenditur, quoniã post lætos dies læti succedunt, & hucusq; nunquam defuit nubes, quæ lætitiam diei aliquo modo obscuraret, passibilis enim & patiens aliqua passibilitate Xp̃s ostenditur in natiuitate, circuncisione, epiphania. Sed nunc post plures dies caliginis, post passionis dolores, progreditur sol iustitiæ, nulla nube mortalitatis obumbratus, nullo dolore circunfusus, hic dies illi lætissimus, hic dies uobis resurrectionem nostram depingit, hic dies spem resurrectionis roborat, uitę æternę viam nobis aperit, exultemus ergo, & lætemur in eo. B

Mysterium hoc resurrectionis Xp̃i fundamentũ, basisque est totius religionis Xp̃ianæ, quia ostenditur animæ immortalitatis, uita alia, quã speramus, q̃ si hoc abstuleris, nõ manet fides, nec lex, nec uirtus. Ita Paulus arguit. Si aũt Xp̃s prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quõ quidã dñt in uobis, qm̃ resurrectio mortuorum non est? Si autẽ resurrectio mortuorum nõ est, neq; Xp̃s resurrexit, i si aũt Xp̃s nõ resurrexit, inanis est prędicatio nostra, inanis est, & fides uestra. E infra, si hac uita tm̃ in Xp̃o sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et infra, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur, nolite seduci. C 1. Cor. 15.
Hæc scribit Paulus, quia multi Corinthiorum impossibilem putabant resurrectione, quæ si nõ sit omnino fides nostra & spes perijt, ut Pau. Quibus similes illi sunt, q nunc sic uiuũt, quasi uita alia præter hanc non esset, nunc aũt certum est Xp̃m surrexisse, certum, & nos surrecturos, certum, aliam uitam esse. Hoc stabilito fundamento Christianæ uitæ altitudo facile consurgit, spe enim melioris uitę hanc contemnere facile est, hic pari non est difficile, quia non sunt condignę passiones huius tp̃is ad futuram gloriã, q̃ reuelabitur in nobis, multa hic bona opera p̃stare facile est, cum ęterna merce

de sint

A de sint afficiēda. Hoc antidotū sibi,& alijs pbebat Paul. Tim. memor est Dñm
2.Ti.2. Iesum Xpm̄ resurrexisse à mortuis sm̄ Euangeliū meū,in quo laboro usque ad vincula,sed uerbū Dei non est alligatū, iō oīa sustineo pp electos, ut & ipsi salutē consequant,q est in Christo Iesu cum gloria cælesti. Fidelis sermo, nā si commortui sumus & cōuiuemus, si sustinebimus,& conregnabimus. Hæc cōmoue testificans coram Deo Hac rōne sibi in consolationē,& profectū,& alijs,mysteriū hoc resurrectionis Xpi indelebiliter
Iob 19. scribi postulabat Iob,dicēs,quis mihi tribuat,ut scribantur sermones mei,qs mihi det,ut exarentur in libro styllo ferreo & plumbi lamina, uel certe sculpātur in
B silice? Sed quid ita scribendum sit,subiūgit; scio.n.quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sū,& rursum circūdabor pelle mea,& in carne mea uidebo Deum , reposita est hæc spes mea in sinu meo. Hac spe roboratus nō defecit in laboribus, hac spe si eā firmā,viuamq; habuerim⁹,facile mala tolerabimus,& bona pstabim⁹ multa Hinc cōtēptus diuitiarū,& delectationū hinc vitæ rō aspera, hinc denique uita Xpiano digna ortū hēt. Quia ut Ioānes
1.Io.3. ait.qui habet hanc spem,sanctificat se.

Hac rōne Christus Dominus ueritatem resurrectionis suæ plurib. argumentis probare studuit,quam aliud uitæ suæ
C mysterium. Hinc toties discipulis uisus est,& cum eis mãducauit, & bibit: hinc se palpandum præbuit,nihil non fecit,vt se resurrexisse ostenderet. Sed quib. apparuerit,uidendum nunc nobis est.

Primū quidem Mariæ apparuisse ma
Ambr. tri,certū est. Ita Amb.lib.3. de virginib.
Sedul. Sedulius,Ansel.Greg. Nissen. oratione
Ansel. 2.de resurrectione,Ruper.li.7.de diuin.
Nisse. offi.c.25.Niceph.lib.3.historiæ Ecc.cap.
Rupe. 32.& 33.& Simeō Metaph.in concione
Nicep. de uita, & morte Mariæ, ubi ait Mariā
Meta. à sepulchro nō recessisse, donec Xps surrexit,& iō inter alias Marias non numerat,q ibant,& recedebant, illa uero perpetuo ibi mansit,& cū nullus Christi uiderit resurrectionē, eumq; primū resurgentē,credibile est Mariā illum tunc vidisse,q sepulchro aderat. Euangelistæ q- A
dē hanc apparitionē non dixerunt, quia solū testes resurrectionis numerant,qui in foro contentioso testes sunt, mris vero testimoniū eo foro nō admittit. Glorificasti dñe carnem tuā, sed memor esto, qm̄ mris caro ēt caro tua est, q socia fuit passionis, sit & consolationis, Sāpson inuentū fauū mellis continuo mri detulit.
Ita Christus sine dubio fecit, dicēs illud Can.4.
Canticorū: Vadā ad montē myrrhæ,& ad collē thuris. Hmōi Maria erat mons myrrhę,& amaritudinis,& collis thuris & orōnis,cui.n.conuenientius apparere poterat,quā mri? quæ dignior filii uisitatione,quam Maria, in qua fides, & spes B
nō defecerunt,charitas non refriguit? Si Xps ait: Qui diligit me,diligetur a patre
meo, & ego diligā eū, & manifestabo ei Ioā.14.
me ipsum,cui manifestandus prius Xps erat nisi ei, q plus diligebat? Sicut ergo oriens sol primū in cacumine altissimi
mōtis apparet,ita Xps primū illi manife Psa.67
statur,de qua in Ps. mons Dei mons pinguis,mōs coagulatus,mōs in quo bñplacitū est Deo habitare in eo. Sicut charitate oēs excedit,ita desiderio filiū uidendi, & suspirijs in hanc rem ex imo pectore ductis oēs superat. Vocat filiū dicens reuertere dilecte mi,reuertere dilecte uotorum meorū,exurge gloria mea , exurge
psalteriū,& cythara. Hęc dicēs rigarora C
lachrymis,audit è tumulo catulus ęstuā- Ge.49.
tis leęnę rugitus,& in uitam redit. Prędixerat hoc Iacob bñdicens Iudā filiū, ex quo ortus est Xps dñs. Catulus, ait, leonis Iuda,ad pdā fili mi ascendisti,requiescēs accubuisti ut leo,& quasi leęna quis suscitabit eū? Pulchre ondit Xpm mris clamorib. suscitandū sicut leo solet mris suscitari rugitu. Hæc ergo uirgo,quę suis clamorib. Xpm è cęlo deduxit,suis ēt clamoribus ex inferno reuocauit. Romanorum 10. Quis ascendet in cęlum? i. Xpm deducere, aut qs descendet in abyssum? hoc est Xpm a mortuis reuocare? Venit ergo Xps ad Mariā,cuius oculi sicut piscinę in Esebon. Cesset iā Maria lachrymarū diluuiū, cū redierit colūba ramū oliuę deferēs. Quo uero gaudio affectū fuerit Marię cor,visa illa facie plena gratia.

A tiarũ, speculo illo inspecto, in ꝙ illa intuebatur, uidens gloriosum corpus, ꝙ illa cõtrectauit paulo añ discussũ, quis dicat? Tũc ꝓ dolore loq nõ poterat, nũc ꝓ gaudio tacet, sufficit illi, ꝙ Iesus eius uiuit, in hoc filio uniuersa hẽt. Intuent̃ se mutuo mr̃, & filius, & vniuersa, q̃ uolũt sibi dñt cordib. Mutuum desiderauerãt cõspectũ S. Ludouicus Francorũ rex, & Aegidius socius S. Frãcisci, & cũ sese fortè offendissent, mutuis amplexib. se cõstrinxerunt, & inspexerunt, & recesserunt nihil locuti ad inuicẽ, cumque interrogati eẽnt, cur nihil fuerit collocuti, dixerunt, cordib. sibi inuicẽ uniuersa locutos fuisse.
B Quid obsecro sibi nõ loquerentur Maria, & Iesus, Maximè ꝙ sicut Angeli mutuo loquuntur, dum conceptus ordinant suos ad eos, quibus illos manifestare uolunt, ita Mariam, & Iesum locutos credendũ est. Nec uero solus Xp̃s dñs Mariæ uisus est, sed ẽt vniuersi sancti, qui cũ eo resurrexerunt, & hi ẽt oẽs, qui ex limbo prodierunt. Si. n. plurib. uisos esse Euangelistæ testantur, præcipue Mariȩ uisos credendum est. Cumque ad Mariam uenissent, cum ea fecerunt, quod cum Iudith factum scriptura testatur, dicẽs, Ioachim aũt summus pontifex de Hierusalẽ uenit in Bethuliã cũ uniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith, q̃ cũ exisset ad illũ, bñdixerunt eam oẽs una uoce dicẽtes, tu gl̃ia Hierusalẽ, tu lætitia Israel, tu honorificẽtia populi nr̃i quia fecisti viriliter, & confortatũ est cor tuum, hȩc lætitia Mariæ in die hac fuit summa. Iud. 15
C

Sed quia sol oriens non montẽ solum altissimum lumine, & lȩtitia replent, sed & uniuersum mundũ, ita sol iustitiæ nõ Mariã solam illuminauit, & lætitia affecit, sed & vniuersos discipulos, et vniuersos fideles. Id uero nobis explicãdũ est. De discipulorum lætitia quid dicemus? Certe illud eis euenit, ꝙ usu euenire solet dispso gregi, est aliqñ pastor in monte gregẽ pascẽs, subito cœlũ nubib. turbatur, ꝓcella ruit, uenti ꝑflãt, imber copiosus, uehemẽsq; descẽdit, tũc pastor, ut se tueat̃ sub lapide, uel in spelũca abscõdit̃, grex uniuersus dispergit̃, oues errãt. Sed cũ tẽpestas cessauit, & serenitas cœlo reddita est, egreditur pastor è latebris, & uniuersas requirit dispersas oues, eas congregat in caulã, eas reficit, ac curat. Ita Xp̃o dño, eiusque paruo gregi contigisse propheta ait. Ecce ego ipse requirã oues meas, & uisitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, in die qñ fuerit in medio ouium dissipatarum, sic uisitabo eas, & liberabo eas de oĩb. locis, in quibus dispersæ erãt in die nubis, & caliginis. Erat añ passionẽ suã Xp̃s Dñs in medio gregis, & aiebat: Nolite timere pusillus grex, cõplacuit patri dare uobis regnũ, sed repente venit turbo dñicæ indignationis, dies caliginis, in quo sol obscuratus est, dies turbinis, in die absconditus est pastor nr̃ sub lapide sepulchri. Vñ ei dicit ꝓpheta: abscondere ad modicũ, donec ꝑtranseat indignatio mea, dispersæ sunt oues, ut Christus ait ex propheta: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis, oẽs. n. relicto eo fugerunt. Sed iã turbo dñicæ indignationis pertransiit, tẽpestas conquieuit, egreditur e latebris pastor bonus, prodiit è sepulchro, incipitq; dispersas colligere oues, quæ in die nubis, & caliginis fuerant dispersȩ, iã has, iam illas uocat. Et quemadmodum cum accipiter inuadit columbas, & unam rapit, aliæ disperguntur, & sicut cum turbo aciem militum dispergit, ac deordinat, sereno postmodum lucente cælo agglomerantur milites passim, sic nunc dispersos lapides sanctuarii Christus congregat, & in ordinem uocat.

Simile · A · Ez. 34. · Lu. 12. · B · Esa. 26 · Zac. 13 · Simile

Quãta uerò affecti lȩtitia fuerint Xp̃i discipuli uiso dño, dici uix põt. Hȩc diuersitas est iter nocturnas aues, & diurnas, ꝙ sole occumbente diei aues lȩtitiã exuunt, nec uolitant, nec canunt, contra vero nocturnȩ aues tunc è latebris suis prodeunt, uolant, ac ululant. Cum uero sol oritur, aues diei prodeunt, alas explicant suas, uolant, & suauiter cantãt, tũc vero nocturnæ aues latebras suas quȩrunt. Cum sol iustitiȩ occubuit, videres Scribas, ac Phariseos hilares, ac lætos, garriẽtes blasphemãtes, tũc Xp̃i discipulis abscõsi sunt, & tristitia sũma grauati. Sed nolite lȩtari ò Pharisȩi, hinc ꝑ prophetam ad eos loquitur Christũ Dominus: Simile C

A nus: Ne læteris inimica mea sup me, qa
Mich. 7 cecidi, consurgã. Licet currens dederim morti, ut occumberé, sed consurgã continuo, & eam vincam. Nunc autem pcedit sol, & ut pphetá ait, vobis timétib.
Mal. 4. nomen meum orietur sol iustitiæ, nunc turbantur custodes sepulchri, turbantur Pharisæi, insaniuntque, discipuli uero Xpi lætantur. Lętamini in dño, & exultate iusti, & gloriamini oés recti corde. Cum dñs familiæ in dignitatem maximá euectus est, uniuersa familia lætať, cum dux, vel princeps alterũ principem superauit bello, vniuersi milites eius lætantur. Nunc Xps triũphator, victorq; mortis procedit in lucem, nunc data est ei omnis pt s in cœlo, & in terra, omnis
B eius familia summa lætitia afficienda é.

Proponuntur hodie nobis duo discipuli euntes Emaus, quos Christus, ut oues, colligit, & in caulã reducit, ubi congregati erant undecim, ibant quasi oues errantes, ac desperátes, sed a pastore reducti sunt, qui eos quæsiuit, ac reduxit. Sed antequam eorum explicemus viá, de nostra lætitia aliquid dicamus.

Nobis omnibus in hac resurrectione lætãdũ est, nullũ.n. mane adeo fuit mundo desideratũ, ac hoc, nox longa pcesserat, in qua male hõ infirmus habebat, sed iá aurora lucis rutilat, cœlũ laudib. intonat, mũdus exultans iubilat, gehẽnés infernus u'u at. Q'ñ sicut in Adã omnes transiuimus a luce gřæ, in noctem peccati, ita in Christo translati sumus a nocte peccati in lucem gratiæ, a morte in uitá.
C Mirandum hoc plane est, tenebras materiales in lucé nó ualere, sed facile uinci, ac superati a parua luce, peccati tamen tenebra adeo fuit potens, ut lucem, & solé Christum pertineret. Hæc iit, est
Simile hora nostra, & ptãs tenebrarũ. Et quem admodũ cũ lucerna magna extinguis, ut penitus ignis extinguatur, eius extincto lumine, expuis in eã, pede conculcas, & in terra, vel pariete eã cófricas, ut nec scintilla luminis maneat. Sic Iudæi eã rabie Xpm occiderunt, ut eũ cóculcarent, in eũ expuerent, & mortuũ sub grandi petra collocant, & custodiã militũ adhibent, ne vel parua lux illius maneat, sed ecce hodie procedit lux ista in mundum A
impletq; illud, lux orta est iusto, & rectis
corde lętitia. Hodie Iudæis noua lux ori Ps. 96.
ri uisa est, honor, gaudiũ, & tripudium, Ester 8
sñia.n. mortis in uniuersum hominum genus lata reuocatur. Hodie in mundũ procedit lux nostra, quæ extingui non valet, dñs dixit ad me filius meus es tu,
ego hodie genui te. Quę uerba accipi pñt Psa. 2.
de æterna uerbi gñatione, & sic illud, hodie dies est æternitatis, accipi & pñt de tẽporali natiuitate, & illud hodie dies est natalis Chři, accipit uerò hæc Psal. uerba Paulus de Christi Resurrectione, & Act. 13
sic illud, hodie dies est Resurrectionis, quia hodie natus Christus est in uitam
immortalem. Soles dicere, cũ filius tuus Simile
in aliquod maximum discrimen ueniés B
ereptus est, hodie mihi natus est, sic pater æternus uidens hodie vnigenitũ suũ procedere, morte deuicta, superatis hostib. tot perpessis laboribus ego hodie genui te, hodie mihi denuo natus es.

In hac ergo die multis de causis nobis lætandum est, quarum prior sit, ꝙ videamus Xpm hilaré, gloriosum, oĩbus bonis affluentem, & munerib. affectũ ꝑ tot ppessis laborib. De quo manifestis
uerb s loquitur Psal. 29. cui titulus est, ĩ Ps. 29
dedicatione domus Dauid Psal. cantici. Domus ista Dauid corp⁹ Christi est,
de quo ille ait: soluite tẽplum hoc, & in Ioan. 7
trib dieb. reædificabo illud hodie summa celebritate dedicatur hoc templum.
Cum ædificatur domus, tunc sunt labor Simile
puluis, ictus, & sudores, sed ex ædificato templo, vel domo, cum dedicatur, & omnib. ostenditur pulchra apparet, & or-
nata. Iam transierunt labores, & sudo- C
res ædificij huius, iam ictus, & puluis abscessit, nunc oĩa plena gloria apparét, & vulnera ipsa cęlestes fenestrę sunt, quib. diuinitate bonitas, & mĩa cernitur.

In hac ergo corporis sui dedicatione, sic canit Christus Dñs, sicut Dauid oo in Psalmo: Exaltabo te Domine, quoniã suscepisti me, nec dilatasti inimicos meos super me, Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me a descẽdentib. in lacũ, factus sum inter

A ter mortuos liber. Conuertisti plãctum meum in gaudium mihi, cõcidisti saccũ meũ,& circundedisti me lætitia. Præcipuè nobis de hoc Christo bono lætandũ est, quia ille gloria, & honore decoratus est. Hoc verò nos Christo debemus, ipse .n. in passione sua ita nostri recordatus est, ita bonũ curauit nostrũ, ut se obliuisceret, & incõmoda sua post haberet, dũ lucra nostra curaret. Vt ergo nos tanto r̃ndeamus amori, gaudẽdũ nobis nunc de bono Christi est, qa bonũ ipsius est, hæc gloria, & lætitia nobis sit qđ Chr̃s lętus, & gloria ornatus est, ꝙ qui præmio dignissimus est, eo decoret, ꝙ victor, & triumphator corona ornetur. Hoc.n. ad
Apo.5. amorẽ amicitiæ pertinet. Beatus Ioãnes
B est, vt uideret festũ diẽ, qui hodie in cęlis agit Christo resurgenti, & vidit cantores in Dei domo, & erat numerus eorũ mille millium, habẽtes singuli citharas, dicentiũ uoce magna, dignus est agnus, q occisus est, accipere virtutem, & diuinitatẽ, honorẽ, & gloriã, & benedictionẽ. Eorũ gloria, gaudiumq; erat Chr̃m ĩtueri gloriosum. Iungamus ergo nos voces terræ uocib. & cãtico cęli, illi cantẽt Deo gloriã, & nos r̃ndeamus. Amen. Iõ Ioannes addit, oẽm creaturã, quę in cęlo est, & sup terrã, & sub terra, oẽs audiui dicẽtes sedenti in throno, & agno, benedictio, honor, & gloria, & potestas in sęcula sæculorũ, Amen. Hoc ergo gaudiũ sit nostrum, ꝙ Ioseph noster viuit, ꝙ Christus surrexit summa ornatus gloria.

Sed quanta gloria Chr̃i corpus ornatũ fuerit in Resurrectione, nulla lingua
C sufficit enarrare, qa .n. gloria aĩæ illius excedit gloriã oĩum beatorũ simul sumptã, gloria ẽt corpori ex ea redundãs excedit oẽm gloriã corporum beatorũ, q̃ futura est in nouissimo die, & oĩum ẽt angelorum, si corpora h̃rent. Additur ẽt maximus glorię cumulus corpori illi pp vnionem ipsius ad verbũ Hic finis est laborũ
Simile Chr̃i, hic termin⁹ passionis. Sicut.n. egregius pictor super laminã, aut tabulã litturas plures coloris purpurei immittis, & tu id videns putas pditã tabulã esse illis litturis, sed ille arte sua ex illis efficit pulcherrimũ hortũ, flores plures depingẽs, quarũ initium, & quasi bases illę litturę A sunt. Ita vulnera sanguisq; Chr̃i per corpus aspersa quasi litturæ erant, ex quib. hodie pater efficit florens Pascha, suscitans floridũ filium ornatum oĩ gloria, nõ iam gloria depicta, q̃ facile tollat, qualis ea, q̃ in transfiguratione fuit, sed quasi oleo depicta est, nunc ut duret in æternũ nulla pluuia, uel uẽtis unq̃ pdẽda. Et iõ gloriã transfigurationis uocare dotes imaginẽ depictã, non oleo mixto coloribus, sed aqua vulgo dr̃ (pinta da al temple,) nunc in resurrectione, oleum adest, iõ indelebilis est, vulgo dr̃ (pintada al olio.) Sicut verò terminus passionũ Christi hic est, ita, hic ẽt erit finis oĩum laborum, quos Dei cã sustinuerimus, immensum certe gloriæ põdus. O fęlices, labo- B res, ò prædiuites nundinæ, ò mirabilis mercatura. Audi ò hõ, cui seruias, cuius Heb. 6 cã labores, nõ.n. iniustus est Deus, ut obliuiscat operis uestri, & dilectionis, q̃ ostẽdisti ĩ noĩe ipsius. Nõ ergo segnes efficiamini, sed imitatores eorũ, qui fide, & patiẽtia pmissiones hẽditauerũt. Et Heb. Heb.10 10. nolite amittere confidentiã uestrã, q̃ magnã hẽt remunerationẽ. Si placet corona, non displiceat bellũ, si merces placet, nõ displiceat labor, quod.n. Christo cõtigit, & tibi cõtinget, efficieturq; in te, qđ in Iacob, q audit post luctã, nõ uoca- Ge.32. beris vltra Iacob, idest, lucrator, sed Israele erit nomẽ tuũ, i. vidẽs Deũ. Aliqñ dices cum Ps. lætari sumus pro dieb. qb. Psa.89 nos humiliasti, annis, qb. vidimus mala.

Sed inquiris, quæ sunt dotes corporis Chr̃i, quas ĩ resurrectione sua accepit, & 1. Cor. nos in nostra recipere speramus? Qua- 14. tuor a sanctis numerãtur, quas colligũt ex Paulo dicente seminat in ignobilita- C te, surget in gloria, seminat in infirmitate, surget in virtute, seminatur corp⁹ animale, surget corpus spirituale. Et ex illo Sap. fulgebunt iusti, & tanquã scintillæ Sap. 3. in arundineto discurrent. Si.n. in vili ve Hest.6 ste palatium Assueri ingredi non licebat, multo magis Dei regiam ingressuri corpus gloriosum accipiẽt. Hac uero dotes sunt, prima immortalitas, & ĩpassibilitas, secunda subtilitas, tertia agilitas, q̃ Paulus uirtutẽ appellat, quarta claritas.

Has

A Has hodie Christus suscepit,& nos cor pore nostro suscipiemus,cũ surgemus,et reformabit corpus humilitatis nostre cõ figuratum corpori claritati suæ.Nũc uero mente,& animo illas suscipiamus,ut Rom.6 Christum resurgentem imitemur,iuxta Pauli sententiã,ut sicut Christus resurre xit à mortuis per gloriam patris ; ita & i.Co.15 nos innouitate uitæ ambulemus.

i.Co.15 Prima corporis Xpi dos,q̃ imiteris,ẽ impassibilitas,& immortalitas,quam explicat Paulus dicẽs,seminatur in corruptione,surget in incorruptione, & iterũ oportet corruptibile hoc induere incorruptionem,& mortale hoc inducere im Rom.1 mortalitetem,& iterũ Deus reddet unicuiq; secundum opera eius,ijs quidã, qd gloriam,& honorem, & incorruptionũ B quærunt,uitam æternam. Est autem hec dos firmitas talis in statu suo,& uita glo riosa ut dimoueri nullatenus possit ab D.Th. eo. Et ratio huius impassibilitatis ex D. Thom.in 4.distinction.49.quæst.4.articul.5.est quia nihil patitur passione pro prie dicta,nisi ab agente,quod intendit assimilare sibi passum,vt euincatur,& superetur, ut patet in aqua igni admota. Hæc autem uictoria contingere nequit nisi forme passi debilitetur, & eius uirtus attenuetur. Post resurrectionem uero sicut anima beata erit omninò Deo subiecta, sic & corpus erit animæ subditum,atque ab ipsa perfectum,ut nullum C ei naturale agens dominari ualeat, ut Augus. possit ipsum ab animæ dominio diuellere. Vnde Augu. 13.de ciuit.exponens illud,remittatur corpus animale, surget spirituale,ait,non quod caro in spiritum conuertetur,sed quia spiritui summa,& mirabili obtemperandi facilitate subdetur usque ad implendam mortalitatis indissolubilem securissimam uoluntatem,omni molestiæ sensu,omni corruptibilitate detracta. Hanc uerò dotem nunc nos imitari oportet, firmiter uirtuti inhærentes, ut à Deo nullo modo separemur. Nam ut Paulus ait, tristitia, quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. An non arma falsa ea iudicabis,quæ uelut papyrus facile rumpuntur. Quomodo ueram gratiam suscepisti,si tam facilè à Deo di A cessisti ? Si primo suscepto ictu mutus decidir,æneum eum dices, & non potius uitreum ? Miserrimum profectò est,heri surrexisse, & hodie rursum mori. An non miserum iudicares hominem, qui singulis annis moreretur ? & resurgeret. Tam male tu cum Deo habes, ut Simile continuo eum relinquere uelis ? Quid inuenerunt in me patres uestri iniquitatis ut dereliquerent me ; & abirent Hie.2. post uanitatem,hæc per Hieremiam dominus loquitur. Sed ais,infirmus sum, & tanquam debilis decido facile. Natura,quidem infirmus es,sed ideo tibi gratia concessa est,quæ semen est immortalitatis,& uirtus cum ea tibi concessa est superior omni inferno. Hinc Ioannes, B omnis qui natus est ex Deo non peccat (id est, accipit virtutem ad non peccan- 1.Io.3. dum) quia semen ipsius manet in eo, Ioel.3. Infirmus dicat,quia fortis ego sum, Ioel ait. Quod si hanc uitam gratiæ securam habere uelis,& firmiorem,fac, quod Adam in paradiso facturus erat, ne moreretur,comede ex arbore uitæ, Eucharistiam frequenter sume. O diuina arbor uitæ, quomodo neglecta haberis ? Qui nunc uoce præconis audirent, esse prope hanc ciuitatem arborem, cuius fructus in decennium uitam protrahe- C bat, qua quiditate currerent omnes, ut Simile de fructu eius comederent, & tu audis Ioan.6 a Christo,qui manducat hunc panem uiuet in æternum, & negligis ad eum accedere ? Vis nosse qua ratione cito peccas? longe à Christo discedis,& periculis te exponis occasiones non fugis, in domum ludi intras, mulierculas libenter intueris, igni appropias, & comburi non uis? inter uiperas conuersari uis, & venenum uitare ? Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, & omni- Ecc.12 bus qui appropiant bestijs? Sic & qui commiscetur cum uiro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius. Sapiens ait. His Simile plane contingit,quod iumentis, quæ ex puteis aquam hauriunt, quibus oculi clauduntur,ut in circuitu ambulent, & inflicto flagello uiam incipiunt, qui si aliquando paululum consistat,altero flagello.

A sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideat opera uestra bona. Et Sapiens, iustorum uia sicut lux splendens, & crescens usque ad perfectam diem. Iustus crux est, sol est, luna, & stella illuminas omnes. Hinc Paulus, omnia autem faci
Pro. 4. te sine hæsitationibus, & murmurationi
Phili. 2 bus, ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos luceatis sicut luminaria in mundo uerbũ uitæ continentia. Et iterum, eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate, fructus A
autem lucis in omni bonitate, &c. Si Eph. 5.
Deus in te manet, abscondi non potest, sed lucis eius abyssus in te apparebit. Ignis magnus abscondi nequit. Si Deus ignis in te est, mittet lucem, & scintillas
per oculos tuos, per os tuum. An non ui Ex. 34.
des Moysen è Dei consortio uenientem, qui luce plenus est. Hoc te lumine illustrandum, hac gloria decorandum, uoluit dominus, ut eum suscitatum imiteris nunc in animo, ut postea animo, & corpore ei similis inueniaris.

LAVS DEO.